Anno dni 1472 [illegible] sacerdos
albertus de poznania legavit hunc
vnz epistolarum Senece pro libr
artistarum maioris collegii in Craco
orate pro eo .

Soranis ul' Stratini

Seneca Phus manu scripti

L. Hieronymus de viris illustribus.
Ucius Anneus Seneca Cordubensis fauonis stoici discipulus.
et patruus lucani poete. continentissime uite fuit. quē nō po
nerē ī catalogo sanctorū. nisi me ille epistole prouocarent.
q̄ leguntur a plurimis Pauli ad Senecā. et Senece ad Paulū. In qb;
cū esset Neronis magister et illius t̄poris potētissimus. optare se di
cit eius esse loci apud suos. cuius sit Paulus apud xp̄ianos. Hic ante
bienniū q̄ Petrus et Paulus martyrio coronarētur a Nerone inter
fectus est :- Seneca Paulo salutē.

Credo tibi Paule nūtiatū. qd heri cū Lucilio nostro de apocryphis
et aliis rebus habuerim⁹. Erāt enī qdā disciplinarū tuarū comites
mecū. nā ī ortos salustianos secesseram⁹. quo loco occasione nostri. alio tē
dētes. hi de qbus dixi. uisis nobis. adiuncti sūt. certe quo tui presētiā op
tauimus. Et hoc scias uolo. libello tuo lecto. id est de plurimis aliquas litte
ras quas ad aliquā ciuitatē seu caput prouīcie direxisti. mira exhorta
tione uitā moralē cōtinētes. usq; quaq; refecti sumus. Quos sensus nō
puto ex te dictos. sed p̄ te. certe aliquādo ex te et p̄ te. Tanta enī ma
iestas earū est rerū. tantaq; generositate callet. ut uix suffecturas putē
etates hoīū; q his īstitui pficiq; possit. Bene te ualere frater cupio :-

Senece Paulus salutē.

Litteras tuas hilaris heri accepi. ad quas rescribere statī potui. si p̄
sentiā iuuenis quē ad te erā missurus habuissē. Scis enī quādo et
p̄ quē et quo t̄pre et cui. qd dari cōmittiq; debeat. Rogo ergo nō putes
neglectū. dū p̄sone qualitatē respicio. Sed q̄ litteras meas bene a uobis
acceptas alicubi scribis. felicē me arbitror tāti uiri iudicio. Nec enī hoc
diceres cēsor sophista magister tāti principis et omniū. nisi qa uere dicis.
Opto te diu bene ualere :- Seneca Paulo sal.

Quedā uolumina ordinaui. et diuisionibus suis statū eis dedi.
Ea quoq; Cesari sū destinatus legere. si modo sors prospere ānue
rit ut nouas aures afferat. eris forsan et tu p̄sens. Sin alias reddam
tibi diē. ut hoc opus īspiciamus ī uicē. Et possē nō prius ei edere eā scrip
turā nisi prius tecū cōferrē. si modo īpune hoc fieri potuisset ut scires
te non preteriri : Uale carissime Paule.

Senece Paul' sal'.

Q Votiēsciq; litteras tuas audio p̄sētiā tui cogito. nec aliud extimo q̄ om̄i tēpore te nobiscū̄ esse. Cū̄ primū̄ itaq; uenire cepis. iuicē nos et de proximo uidebim'. Bene te ualere opto :- Seneca Paulo sal'.

N Jmio tuo angimur secessu. qd ē .·. q̄ te res remotū̄ faciūt. Si īdignatio ē domini. q̄ a ritu et secta ueteri recesseris et aliorsū̄ cōuersus sis. erit postulandi locus. ut ratione factū̄ nō ex leuitate hoc existimet :- Senece et Lucilio Paulus sal'.

D E his q̄ michi scripsistis nō licet arūdine et atramēto eloq. quaꝝ altera res notat et designat aliqd. altera euidēter ostēdit. p̄cipue cū̄ sciā inter uos esse. hoc ē apud uos et ī uobis q̄ me ītelligāt. honor om̄ib' ē habendus. tāto magis. q̄to īdignādi occasionē captāt. Quib' si patiētiā demus. omnino eos quaq; parte uicem'. si modo hi sīt q̄ penitētiam sui gerāt. Bene ualete :- Seneca Paulo et Theophilo sal'.

P Rofiteor me bene acceptū̄ lectione litterarū̄ tuarū̄. quas Galatis. Corīthijs Acheis misisti. et ita īuicē uiuam' ut etiā cū̄ honore diuino eas exhibeam'. Spiritus enī sanct' ī te. et sup excelsos et sublimiores satis uenerabiles sensus exprimit. Vellē itaq; cū̄ res eximias proferas. ut maiestati earū̄ cultus sermonis nō desit. Et neqd tibi frater surripiā. aut cōscientie mee debeā. augustū̄ cōfiteor sēsibus tuis p̄motū̄. cui perlecto ueritatis exordio. ista uox fuit. Mirari eū̄ posse. ut q̄ legitime ībutus nō sit. taliter sentiat. Cui ego respondi. solere deos ore īnocētiū̄ effari. aut eorū̄ q̄ preuaricari doctrina sua qd possīt. et dato ei exēplo uatis hominis rusticuli. cui cū̄ uiri duo apparuissēt ī agro reatino. q̄ postea Castor et Pollux sūt nominati satis īstructus uidet̄. Valete.

Paulus Senece sal'.

L Jcet nō ignorē Cesarē nostrarū̄ rerū̄ admiratorē. siquādo deficiet amatorē esse. p̄mittes tamen te nō ledi. sed admoneri. Puto enī te grauiter fecisse. q̄ eius ī notitiā p̄ferre uoluisti. quod ritui et disciplinę eius sit contrariū̄. Cū̄ enī ille gentiū̄ deos colat. quid tibi uisum sit. ut hoc scire eū̄ uelles. non uideo. nisi nimio amore meo facere hoc te existimo. Rogo de futuro ne id agas. Cauendū̄ ē enī. ne dū̄ me diligis. offensū̄ dominū̄ facias. cui' qdē offensa nec oberit si p̄seuerauerit. neq; si nō sit p̄derit. Si ē regina nō īdignabit̄. si mulier ē offēdet̄. bn̄ val'.

Seneca Paulo salutẽ

SCio te nõ tam tui causa cõmotũ litteris. quas ad te de editione litte
rarũ tuarũ Cesari feci. q̃ natura rerũ. que ita mẽtes hominum
ab omnibus artibus et moribus rectis reuocat. ut nõ hodie admirer q̃ppe
ut is qui multis documẽtis hoc iã notissimũ habeã. Igitur noue agam'.
ut siquid facile ĩ preteritũ factũ est. ueniã irrogabis. Misi tibi librũ
de uerborũ copia. Vale Paule kme :- Paul' Senece sal'.

QVotiens cũq; tibi scribo. et nomen meũ tibi subscribo. grauem et
secte mee incõgruẽtẽ rem facio. Debeo enĩ ut sepe professus sũ
cũ omnibus omnia esse. et id obseruare in tuã personã. quod lex roma
na honori senatus concessit. ꝑlecta epistola ultimũ locũ eligere. ne cũ
aporia et dedecore cupiã illud efficere quod mei arbitrij. Vale deuo
tissime magister :- Seneca Paulo sal'.

AVe mi Paule kme. Putas ne me haud contristari et nõ luctu
osum esse. qd' de ĩnocentia uestra subinde supplicia sumuntur.
Dehĩc q' tã duros tã q; obnoxios uos reatui omnis populus iudicet.
putans a uobis effici. quicqd in urbe contrariũ fit. Sed feramus equo
animo. et utamur foro quod sors concessit. donec inuicta felicitas fi
nem malis imponat. Tulit et priscorũ etas macedonẽ Philippi filiũ.
et post Dariũ Dionysiũ. nostra quoq; G. Cesarẽ. Quicqd libuit. li
cuit. Incendiũ urbs romana manifeste sepe unde patiatur constat.
Sed si effari humilitas humana potuisset. quicqd cause sit et impune
ĩ his tenebris loqui liceret. iã omnes omnia uiderẽt. xpiani et iudei
q' quasi machinatores incendij supplicio affecti fieri solent. Crassator
iste quisquis ẽ. cuius uoluptas carnificina est. mediana et mẽdaciorũ
uelamẽtũ tẽpore suo destinatus est. et ut optimus quisq; unũ pro
multis donatũ est caput. ita et hic deuotus pro omnibus igne crema
bitur. Centũ triginta due domus insule nostre sex diebus arsere.
Septimus pausã dedit. Bene te ualere frat' opto :- Seneca Paulo sal'.

AVe mi kme Paule. Si mihi nomini q; meo uir tantus et
dilectus omnibus modis. nõ dico fueris iunctus sed necessario
mixtus. actũ erit de Seneca tuo. Cũ sis igitur uertex et altissimorũ
omniũ montiũ cacumen. uis ita leter. ita sim tibi proximus. ut alter
tui similis deputer. haud itaq; te indignũ prima facie epistolarũ

nominandũ censeas· ne tẽptare me q̃. ludere uidearis· Quippe cũ scias te ciuẽ esse romanũ· nã qui meus. tuus apud te locus. qui tuus. uelim ut meus· Vale Paule karissime :· Paulo Seneca sal'·

Allegorice et enigmatice multa a te usq; quaq; colliduntur· Et ideo rerũ tanta uis et muneris tibi tributi. nõ ornamento uerborũ sed cultu quodã decoranda est· Hec uerearis q; sepe dixisse te teneo. Multos qui talia affectent. sensus cõrumpere. rerũ uirtutes emollire. Certe michi concedas uelĩ. latinitati morẽ gerere· honestis uocabulis speciẽ adhibere· ut generosi muneris cõcessio digne a te possit expediri· Bene uale :· Paulus Senece sal'·

PErpendenti tibi ea sunt reuelata que paucis diuinitas cõcessit· Certus igitur ego ĩ agro iã fertili semẽ fortissimũ sero· nõ qdẽ materiã que corrũpi uidetur. sed uerbũ stabile dei deriuamentũ crescentis et manentis ĩ eternũ· qđ prudentia tua assecuta ĩdeficiens fore debebit. ethnicorũ israelitarũq; obseruationes censere uitandas· nouũ te autorẽ feceris ihũ xpi preconiis ostendendo rhetoricas irreprehensibilẽ sophiam quã propemodũ adeptus. regi tẽporali eiusq; domesticis ac fidis amicis insinuabis· quibus aspera et implacabilis erit persuasio· cũ pleriq; eorũ minime flectantur insinuationibus tuis· quibus uitale cõmodũ. sermo dei instillatus. nouũ hominẽ sine corruptela perpetuã animã parit ad deũ istinc properantem· Vale Seneca karissime nobis :·

EPITAPHIUM SENECE·

CVra labor meritũ sũpti pro munere honores
Ite alias posthac solicitate animas·
Me procul a uobis deus euocat. ilicet actis
Rebus terrenis hospita terra uale·
Corpus auara tamen solẽnibus accipe saxis
Namq; animam celo reddimus· ossa tibi·

ITA FAC MI LUCILI. VENDICA TE TIBI. ET
tempus quod adhuc aut auferebatur. aut surripiebatur.
aut excidebat. collige et serua. Persuade hoc sic esse ut
scribo. Quedam tempora eripiuntur nobis. quedam
subducuntur. quedam effluunt. Turpissima tamen
est iactura que per negligentiam fit. Et si uolueris at
tendere maxima pars uite elabitur male agentibus. magna nichil
agentibus. tota uita aliud agentibus. Quem michi dabis qui ali
quod precium tempori ponat? qui diem extimet? qui intelligat se
quotidie mori? In hoc fallimur q̄ mortem non prospicimus. Magna
pars eius iam preterit. Quicquid etatis retro est. mors tenet. Fac
ergo mi Lucili. quod facere te scribis. Omnes horas complectere. Sic
fiet. ut minus ex crastino pendeas. si hodierno manum inieceris.
Dum differtur uita transcurrit. Omnia Lucili aliena sunt. Tem
pus tantum nostrum est. In huius rei unius fugacis ac lubrice pos
sessionem natura nos misit. ex qua expellitur quicunq; uult. et tan
ta stultitia mortalium est. ut que minima et uilissima sunt. certe re
parabilia imputari sibi cum periere patiantur. Nemo se iudicat
quicq̄ debere qui tempus accepit. cum interim hoc unum est quod
ne gratus quidem potest reddere. Interrogabis fortasse quid ego fa
ciam qui tibi ista precipio. Fatebor ingenue. quod apud luxuriosū
sed diligentem euenit. ratio michi constat impense. Non possum
dicere me nichil perdere. sed quid perdam. et quare. et quemadmo
dum. dicam. Causas paupertatis mee reddam. Sed euenit michi
quod plerisq; non suo uicio ad inopiam redactis. Omnes ignoscunt ne
mo succurrit. Quid ergo est? Non pauperem puto. cui quantulun
cunq; superest. sat est. Tu tamen malo serues tua. et bono tempore
incipies. Nam ut uisum est maioribus nostris. sera parsimonia in
fundo est. Non enim tantum minimum in imo. sed et pessimum
remanet. Val.

·I·

De colligenda et sistenda
fuga temporis et nō esse
pauperē cui etiā modicū
satis est.

habent multi.
Magna male agentib'
Maxima nichil agētib'
Tota aliud.

.ij.

De mutatione locorum et multiplicium uoluminum Lectione uitanda et quod honorabilis est leta paupertas.

Ex his que scribis michi. et ex his que audio bonam spem de te concipio. Non discurris. neque locorum mutationibus inquietaris. Egri animi ista iactatio est. Primum argumentum composite mentis existimo. posse consistere et secum morari. Illud autem uide. ne ista lectio multorum auctorum et omnis generis uoluminum. habeat aliquid uagum et instabile. Bonis ingeniis immorari et innutriri oportet. si uelis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Qui ubique est. nusquam est.

at // Vitam in peregrinatione agentibus

In peregrinatione exigentibus hoc euenit. ut multa hospitia habeant. nullas amicicias. Id accidat necesse est his. qui nullius ingenio familiariter se applicant. sed omnia cursim et properanter transmittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit. qui statim sumptus emittitur. Nichil eque sanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio. Non uenit uulnus ad cicatricem. in quo medicamenta temptantur. Non conualescat planta. que sepe transfertur. Nichil tam utile est. ut in transitu prosit. Distrahit librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris. satis est habere quantum legas. Sed modo inquis. hunc librum euoluere uolo. modo illum. Fastidientis stomachi est multa degustare. Que ubi uaria sunt et diuersa. inquinant non alunt. Probatos itaque semper lege. et si quando ad alios diuerti libuerit. ad priores redi. Aliquid cotidie aduersus paupertatem. aliquid aduersus mortem auxilii compara. nec minus aduersus ceteras pestes. Et cum multa percurreris. unum excerpe quod illo die concoquas. Hoc ipse quoque facio ex pluribus que lego. aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est. quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim et in aliena castra transire. non tamquam transfuga. sed tamquam explorator. Honesta inquit res est leta paupertas. Illa uero non est paupertas. si leta est. Cui cum paupertate bene conuenit. diues est. Non qui parum habet. sed qui plus cupit pauper est. Quid enim refert quantum in arca illi. quantum in horreis iaceat. quantum pascat aut feneret. si alieno imminet? si non acquisita sed querenda computat? Quis sit diuitiarum modus queris? Primus. habere quod necesse est. proximus. quod sat est.

·III·

De modo eligendi et colēdi amicū et q̄ tm̄ uitiū ē hōis ōibus credere q̄ nullis. sicut ul sēp īqetū ēē ul semp quiescare.

Epistolas ad me perferendas tradidisti ut scribis amico tuo. Deinde me admones. ne omnia cum eo ad te pertinentia cōmunicem. quia ne ipe quidem id soleas facere. Ita eadem epistola. illum et dixisti amicum et negasti. Itaq; sic priore illo uerbo quasi publico usus es. et sic amicum illum uocasti. quomodo candidatos bonos uiros dicimus. quomodo obuios si nomen non succurrit dominos uocamus. Sed si aliquem amicum existimas. cui non tantundem credis quantum tibi. uehementer erras. et non satis nosti uim uere amicitię. Errat et ille qui amicum in conuiuio probat. in atrio querit. Nullum habet maius malum occupatus homo. et bonis suis obsessus. q̄ q amicos sibi putat. quibus ipe non est. Tu uero omnia cum amico delibera. sed de ipo prius. Post amicitiā credendum est. ante amicitiam iudicandum. Isti uero preposterο officia permiscent. qui contra precepta Theophrasti cum amauerint iudicant: et non amant cum iudicauerint. Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. Cum placuerit fieri. toto illū pectore admitte. Tam audacter cum illo loquere. q̄ tecum. Tu quidem ita uiue. ut nichil tibi committas. nisi quod committere etiam inimico tuo debeas. Sed quia interueniunt quędam. quę cōsuetudo fecit archana. cum amico omnes curas. omnes cogitationes tuas misce. fidelem si putaueris. facies. Nam quidam fallere docuerunt. dum timent falli. et illi ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est. quare ego illa uerba coram amico meo retraham? Quid ē. quare me coram illo non putem solum? Quidam. quę tantum amicis committenda sunt. obuiis narrant. et in quaslibet aures quicqd illos urit exonerant. Quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant. et si possent. ne sibi quidem credituri. interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est. Vtrunq; enim uitium est. et omnibus credere et nulli. Sed alterum honestius dixerim uitium. alterum tutius. Sic utrosq; reprehendas. et eos qui semper inquieti sunt. et eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria. sed exagitatę mentis concursatio. et hec non est quies. quę motum omnem. molestiam iudicat.

at salutamus

sed dissolutio et langor. Itaq; quod apud Pomponium legi. animo
mandabitur. Quidam adeo in latebras refugerunt. ut putent ī tur
bido esse quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt. et quiescen
ti agendum. et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibe
ra. Illa dicet tibi. et diem fecisse et noctem.

·IIII·
De cōtēnenda morte et q̄ magne diuitie sīt secū dum naturā composita pauptas.

PErseuera ut cepisti. et quantum potes propera. quo diutius
frui emendato animo et composito possis. Frueris quidem
etiam dum emendas. etiam dum componis. Alia tamen il
la uoluptas est. que concipitur a contemplatione mentis ab omni
labe pure et splendide. Tenes utiq; memoria quantum senseris gau
dium. cum pretexta posita sumpsisti uirilem togam. In forum de
ductus es. maius expecta. cum puerilem animum deposueris. et te
in uiros philosophia transcripserit. Adhuc enim non pueritia. sed
quod est grauius. puerilitas remanet. et hoc quidem peius est. q̄ au
toritatem habemus senum. uitia puerorum. nec puerorum tantum.
sed infantium. Illi leuia. hi falsa formidant. nos utraq;. Profice
modo. intelliges quedam ideo minus timenda. quia multum metus
afferunt. Nullum magnum. quod extremum est. Mors ad te ue
nit. timenda erat. si tecum esse posset. necesse est. aut non perueniat.
aut transeat. Difficile est inquis animum perducere ad contemplati
onem anime. Non uides q̄ ex friuolis causis contemnatur? Alius
ante amice fores laqueo pependit. alius se precipitauit e tecto. ne
dominū stomachantem diutius audiret. alius ne reduceretur e fu
ga. ferrum adegit in uiscera. Non putas. uirtutem hoc effecturam.
quod efficit nimia formido? Nulli potest secura uita contingere. q̄
de producenda nimis cogitat. qui inter magna bona multos consu
les numerat. Hoc quotidie meditare. ut possis equo animo uitam re
linquere. quam multi sic complectuntur et tenent. quo modo qui a
qua torrente rapiuntur. spinas et aspera. Pleriq; inter mortis me
tum et uite tormenta miseri fluctuant. et uiuere nolunt. et mori
nesciunt. Fac tibi iocundam uitam. omnem pro illa solicitudinem
deponendo. Nullum bonum adiuuat habentem. nisi ad cuius amis
sionem preparatus est animus. Nullius autem rei felicior est amis

sio. quam que desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia que in
cadere possunt. etiam potentissimus. adhortare te et indura. De Pom
pei capite pupillus et spado tulere sententiam. De Crasso crudelis et
insolens parthus. C. Caesar iussit Lepidum Dextro tribuno prebere
ceruicem. ipse Chereę prestitit. Neminem eo fortuna prouexit. ut non
tantum illi minaretur. quantum permiserat. Noli huic tranquillitati
confidere. momento mare euertitur. eodem die ubi luserunt. naui
gia sorbentur. Cogita posse et latronem et hostem admouere iugulo tuo
gladium. et ut potestas maior absit. nemo non seruus habet in te ui
te necisque arbitrium. Ita dico. quisquis uitam suam contempsit. tuę do
minus est. Recognosce exemplum eorum. qui domesticis insidiis pe
rierunt. aut aperta ui. aut dolo. Intelliges non pauciores seruorum
ira cecidisse quam regum. Quid ad te itaque quam potens sit quem times.
cum id propter quod times nemo non possit? Aut si forte in manus
hostium incideris. uictor te duci iubebit. Eo nempe momento quo
duceris. quid te ipse decipis? et hoc nunc primum quod olim patieba
ris intelligis. Ita dico. ex quo natus es. duceris. hec et huiusmodi
uersanda in animo sunt. si uolumus illam ultimam horam placidi
expectare. cuius metus. omnes alias inquietas facit. Sed ut finem
epistolę faciam: accipe quod michi hodierno placuit. et hoc quoque ex
alienis ortulis sumptum est. Magnę diuitię sunt lege naturę compo
sita paupertas. Lex autem illa naturę quos nobis terminos statuat scis.
non esurire. non sitire. non algere. ut famem sitimque depellas. Non
est necesse superbis assidere liminibus. nec superciliium graue et con
tumeliosam etiam humanitatem pati. Non est necesse maria tempta
re. nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat et appositum.
ad superuacua sudatur. Illa sunt quę togam conterunt. quę nos se
nescere sub tentorio cogunt. quę in aliena impingunt. Ad manum
est quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit. diues est.

.V.
De uitanda nimia uitę districtione.

QVod pertinaciter studes. et omnibus omissis hoc unum agis
ut te meliorem cotidie facias. et probo et gaudeo. nec tan
tum hortor ut perseueres. sed etiam rogo. Illud autem te ad
moneo. ne horum more qui non proficere sed conspici cupiunt fa

cias aliqua. que in habitu tuo. aut genere uite notabilia sint. Asperū
cultum et intonsum caput. et neglegentiorem barbam. et indictum
argento odium. et cubile humi positum. et quicquid aliud ambitio
nem peruersa uia sequitur. euita. Satis ipm nomen philosophie eti
am si modeste tractetur. inuidiosum est. Quid si nos hominū con
suetudini ceperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint. frons
populo nostra conueniat. Non splendeat toga. ne sordeat quidem.
Non habeamus argentum. inquo solidi auri descenderit celatura.
sed non putemus frugalitatis indicium. auro argentoq; caruisse.
Id agamus ut meliorem uitam sequamur q̄ uulgus. non ut contra
riam. Alioquin quos emendari uolumus. fugamus a nobis et auerti
mus. Illud quoq; efficimus. ut nichil imitari uelint nostri. dum ti
ment ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit.
sensum cōmunem. humanitatem et congregationem. a qua profes
sione dissimilitudo nos separabit. Videamus. ne ista per que admi
rationem parare uolumus. ridicula et odiosa sint. Nempe propositū
est nostrum. secundum naturam uiuere. hoc contra naturam est.
torquere corpus suum. et faciles odisse munditias. et squalorem appe
tere. et cibis non tantum uilibus uti. sed etiam horridis. Quem
admodum desiderare delicatas res. luxurie est. ita usitatas et non
magno parabiles fugere. dementie. Frugalitatem exigit philoso
phia. non penam. Potest autem esse non incompta frugalitas. Hic
modus michi placet. temperetur uita inter bonos mores et publicos.
Suspiciant omnes uitam nostram. sed agnoscant. Quid ergo?
eadem faciemus que ceteri? nichil inter nos et illos intererit? plu
rimum. Dissimiles esse nos uulgo sciat. qui inspexerit propius. Qui
domum intrauerit. nos potius miretur q̄ supellectilem nostrā. Ma
gnus ille est. qui sic fictilibus utitur quemadmodum argento. Nec
ille minor est. qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus. In
firmi animi est. non posse pati diuitias. Sed ut huius quoq; diei
lucellum tecum cōmunicem. apud hecatonem nostrum inueni
cupiditatum finem. etiam ad timoris remedia proficere. Desines
inquit timere. si sperare desieris. Dices. Quomodo ista tam diuer

sa pariter sunt. Ita est mi Lucili. Cum uideantur dissidere coniuncta sunt. Quemadmodum eadem catena et custodem et militem copulat. sic ista que tam dissimilia sunt. pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire. Vtrumq; pendentis animi est. utrumq; futuri expectatione solicitum. maxima autem utriusq; causa est. q non ad presentia aptamur. sed cogitationes in longinqua premittimus. Itaq; prouidentia maximum bonum conditionis humane in malum uersa est. Fere. que uident pericula fugiunt. cum effugere secure sunt. Nos et uenturo torquemur et preterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit. prouidentia anticipat. Nemo tantum presentibus est miser. Val.

·VI·

De malo spei et timoris et de efficacia exemplarie doctrine.

Intelligo Lucili non emendari me tantum. sed transfigurari. Nec hoc promitto iam aut spero. nichil in me superesse. quod mutandum sit. q (ul' cum) multa habeam que debeant colligi. que extenuari. que attolli. Et hoc argumentum est ipsum in melius translati animi. q uicia sua que adhuc ignorabat. uidet. Quibusdam egris gratulatio fit. cum ipsi egros se esse senserunt. Cuperem itaq; tecum comunicare tam subitam mutationem mei. Tunc amicicie nostre certiorem fiduciam habere cepissem illius uere. quam non spes. non timor. non utilitatis sue cura diuellit. illius. cum qua homines moriuntur. pro qua moriuntur. Multos tibi dabo. qui non amico. sed amicicia caruerunt. Hoc non potest accidere. cum animos in societatem honesta cupiendi par uoluntas trahit. Quidni non possit. Sciunt enim ipsos habere omnia comunia. et quidem magis aduersa. Concipere animo non potes. quantum momenti michi afferre singulos dies uideam. Mitte inquis et nobis ista que tanta efficacia expertus es. Ego uero omnia in te cupio transfundere. Et in hoc aliquid gaudeo discere ut doceam. nec me ulla res delectabit. licet sit eximia et salutaris. quam michi uni sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia. ut illam inclusam teneam nec enuntiem. reiciam. Nullius boni sine socio iocunda possessio est. Mittam itaq; ipsos tibi libros. et ne multum opere impendas. dum passim profutura sectaris. imponam notas ut ad ipsa protinus que probo et miror accedas.

Plus tamen tibi et uiua uox et conuictus q̄. oratio proderit. In rem pre-
sentem uenias oportet. Primum quia homines plus oculis credunt q̄.
auribus. deinde quia longum iter est per precepta. breue et efficax
per exempla. Cenonem Cleantes non expressisset. si eum tantūmodo
audisset. Vite eius interfuit. secreta perspexit. Obseruauit illū. ut ex
formula sua uiueret. Platon et Aristotiles et omnis in diuersū itu
ra sapientium turba plus ex moribus q̄. ex uerbis Socratis traxit. Me
trodorum et Ermachū et Polienū magnos uiros nō schola Epicuri
sed contubernium fecit. Non in hoc te accerso tantū ut proficias.
sed ut prosis. Plurimū enim alter alteri conferemus. Interī quo
niam diurnam tibi mercedulam debeo. quid me hodie apud Heca
tonem delectauerit dicam. Queris inquit quid profecerim? Ami
cus esse michi multum proficit. Qui nunq̄ erit solus. scito hunc ami
cum omnibus esse. Val.

·VII·

De fugiendo turbe cōsortio.

Quid tibi uitandum precipue existimē. queris. Turbam. Non
dum illi tuto cōmitteris. Ego certe confitebor imbecillitatem
meam. nunq̄ mores quos extuli refero. Aliquid ex his que fu
gaui redit. Aliquid ex eo quod composui turbatur. Quod egris eue
nit quos longa imbecillitas usq; eo affecit. ut nunq̄ sine offensa pro
ferantur. hoc accidit nobis. quorum animi e longo morbo reficiunt̄.
Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis uiciū
aut cōmendat. aut imprimit. aut nescientibus allinit. Vtiq; quo ma
ior est populus cui miscemur. hoc periculi plus est. Nichil uero tam dā
nosum bonis moribus. q̄. in aliquo spectaculo desidere. Tunc enī per
uoluptatem facilius uicia surrepunt. Quid me existimas dicere? Aua
rior redeo. ambitiosior. luxurior. immo uero crudelior et inhumani
or. quia inter homines fui. Casu ī meridianum spectaculū incidi.
lusus aspectās et sales et aliquid laxamenti quo hominū oculi ab
humano cruore acquiescant. contraria sunt. Quicquid autē pu
gnatum est. misericordia fuit. Nunc omissis nugis. mera homicidia
sunt. Nichil habent quo tegantur. ad ictum. totis corporibus expo
siti. nunq̄ frustra manū mittunt. hoc plerique ordinariis paribus
et postulaticiis preferunt. Quidni preferant? Non galea. non scuto

gladij

repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? Omnia ista mor
tis more sunt. Mane leonibus et ursis homines. meridie spectatoribus
suis obiciuntur. Interfectores interfecturis iubent obici. et uictorem
in aliam detinent cędem. Exitus pugnantium mors est. ferro et i
gne res geritur. hec fiunt dum uacat arena. Sed latrociniũ fecit
aliquis. Quid ergo? occidit hominem quia occidit? ille meruit ut
hoc pateretur. tu quid meruisti miser ut hoc spectes? Occide. uerbera.
ure. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parũ audacter
occidit? Quare parum libenter moritur? Plagis agitur in uulnera.
mutuos ictus nudis et obuiis pectoribus excipiunt. Intermissum est
spectaculũ. iugulantur homines. ne nichil agatur. Age. ne hęc quidẽ
intelligitis mala exempla in eos redundare qui faciunt. Agite diis im
mortalibus gratias. q eum docetis esse crudelem qui non potest disce
re. Subducendus est populo tener animus. et parum tenax recti. fa
cile transitur ad plures. Socrati et Catoni et lelio excutere suũ morẽ
dissimilis multitudo potuisset. Adeo nemo nostrũ qui cum maxime
concinnamus ingenium. ferre impetum uiciorũ tam magno comi
tatu uenientium potest. Unum exemplũ luxurię aut auaritię
multum mali facit. Conuictor delicatus. paulatim eneruat et mol
lit. Vicinus diues. cupiditatem irritat. Malignus comes q̃uis can
dido et simplici rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his
moribus credis. in quos publice factus est impetus. Necesse est aut
imiteris aut oderis. Utrunq; autem deuitandum est. ne uel similis
malis fias. quia multi sunt. ne uel inimicus multis. quia dissimiles sũt.
Recede in te ipsũ quantum potes. Cum his uersare. qui te meliorem
facturi sunt. Illos admitte. quos tu potes facere meliores. Mutuo ista
fiunt. et homines dum docent discunt. Non est quod te publicandi
ingenii gloria producat in medium. ut recitare istis uelis. aut dis
putare. quod facere te uellem. si haberes a populo idoneam mercem.
Nemo est qui te intelligere possit. Aliquis fortassis unus aut alter in
cidet. et hic ipse tibi formandus erit instituendusq; ad intellectum
tui. Cui ergo hoc didicisti? Non est quod timeas ne operam perdide
ris. tibi didicisti. Sed ne michi soli hodie didicerim. cõmunicabo

tecum que occurrunt michi egregie dicta circa eundem sensum. fere
tria. De quibus unũ hec epistola in debitum soluet. Duo. in antecessũ
accipe. Democritus ait. Vnus michi pro populo est. et populus pro uno.
Bene et ille quisquis ille fuit. ambigitur enim de autore. cum quere
retur ab eo. quo tanta artis diligentia spectaret ad paucissimos peruen
ture. satis sunt inquit michi pauci. satis unus. satis nullus. Egregie
hoc tertium. Epicurus cum uni ex consortibus studiorum suorũ scribe
ret. hoc inquit ego non multis sed tibi. Satis enim magnum alter
alteri theatrum sumus. Ista mi Lucili condenda sunt animo. ut cõ
temnas uoluptatem ex plurium assensione uenientem. Multi te lau
dant. et quid habes. cur placeas tibi? si is es quem intelligunt multi.
introrsus bona spectent. Val.

·VIII·

Viscatũ benificiũ fortune reprobat et frugalitatẽ cõmendat. et q͞ phie seruire uera libertas ẽ.

Tu me inquis mones uitare turbam. secedere et ex conscien
tia esse contentũ. Vbi illa precepta uestra. que imperant ĩ
actu mori? Quod ego tibi uideor interim suadere. ĩ hoc
me recondidi et fores clausi. ut prodesse pluribus possem. Nullus mi
chi per ocium dies exit. Partem noctium studiis uendico. Non uaco
sõpno sed succumbo. et oculos uigilia fatigatos cadentesq; in opere
detineo. Secessi non tantũ a rebus. sed et ab hominibus. et in primis
a rebus meis. posteriorum negocium ago. Illis aliqua que possint pro
desse conscribo. salutares admonitiones. et litteris mando. uelut me
dicamentorum utilium compositiones. esse illas efficaces in meis ulce
ribus expertus. que etiam si persanata non sunt. serpere desierunt.
Rectum iter quod sero cognoui et lassus errando. aliis monstro et cla
mo. Vitate quecunq; uulgo placent. que casus attribuit. Ad omne
fortuitum bonum. suspecti pauidiq;. subsistite. Et fera et piscis spe
aliqua oblectante decipitur. Munera ista que fortune putatis. insi
die sunt. Quisquis uestrum tutam agere uitam uolet. q͞ plurimũ
potest. ista usitata beneficia deuitet. In quibus ex hoc quoq; miserri
mi fallimur. habere nos putamus ac tenemur. In precipitia cursus
iste deducit. huius eminentis uite exitus. cadere est. Deinde ne
resistere quidem licet. cum cepit transuerso agere felicitas. Aut
saltem rectis. aut temet fruere. Non uertit fortuna. sed cernulat

et allidit. hanc ergo sanam et salubrem formam uite tenete. ut cor
pori tantum indulgeatis. quantum bone ualitudini sat est. Durius
tractandum est. ne animo male pareat. Cibus famem sedet. potio
sitim extinguat. Vestis arceat frigus. domus. munimentū sit aduer
sus infesta corporis. hanc utrum cespes erexerit. an uarius lapis
gentis aliene. nichil interest. Scitote tam bene hominē culmo q̄
auro tegi. Contemnite omnia que superuacuus labor uelut orna
mentum ac decus ponit. Cogitate preter animum nichil esse mira
bile. cui magno nichil est magnū. Si hec mecum. si hec cum poste
ris loquor. non uideor tibi plus prodesse. q̄ cum ad uadimoniū ad
uocatus descenderem. aut tabulis testamenti anulum imprimerē.
al' et manū
aut in senatu candidato uocem ex magno cōmodarem? Michi cre
de. hi qui nichil agere uidentur. maiora agunt. humana diuinaq;
simul tractant. Sed iam finis faciendus est. et aliquid ut institui
pro hac epistola dependendum. Id non fiet de meo. adhuc epicurū
compilamus. cuius hanc uocem hodierno legi die. Philosophie
seruias oportet. ut tibi contingat uera libertas. Non differtur in
diem. qui se illi subicit et tradidit. statim circumagitur. hoc enī
ip̄m philosophie seruire. libertas est. Potest fieri ut me interroges.
quare ab Epicuro tam multa benedicta referam. potius q̄ nostro
rum. Quid est tamen quare tu istas Epicuri uoces putes esse non
publicas? Quā multa poete dicunt. que a philosophis aut dicta sūt
aut dicenda? Non attingam tragicos. nec togatas nostras. habent
enim hec quoq; aliquid seueritatis. et sunt inter comedias ac trage
dias medie. Quantū disertissimorū uersuum inter mimos iacet?
Quā multa publij nō excalceatis sed coturnatis dicenda sunt? Unum
uersum eius qui ad philosophiam pertinet. et ad hanc partem que
al' proprio
modo fuit in manibus referam. quo negat fortuita in nostro haben
da. Alienum est omne quicquid optando euenit. Hunc uersū a te
dici. non paulo melius: sed astrictius memini. Non est tuum fortu
na quod fecit tuum. Illud etiam nunc melius a te dictū non preteri
bo. Dari bonum quod potuit. auferri potest. hoc non puto insolutū
de tuo tibi. Val'.

·VIIII·

Qualit' sapiens se ipo cotent' no egeat amico. et quomodo quis sibi amicu faciat.

An merito reprehendat i quadam epistola Epicurus eos qui dicunt sapientem se ipo esse contentum. et propter hoc amico no indigere. desideras scire. hoc obicitur Stilboni ab Epicuro. et his quibus sūmū bonū uisum est animus in patiens. In ambiguitate incidendum est. si exprimere apathiam uno uerbo cito uoluerimus. et impatientiam dicere. Poterit enim contrarium ei quod significare uolumus intelligi. Nos cum uolumus dicere. qui respuat omnis mali sensum. accipietur is qui nullum ferre possit malum. Vide ergo num satius sit aut inuulnerabilem animū dicere. aut animū extra omnē patientiam positum. hoc inter nos et illos interest. noster sapiens uincat quidem in cōmodum omne sed sentit. illorum. ne sentit quidem. Illud nobis et illis cōmune est. sapientem se ipo esse contentū. sed tamen et amicum habere uult et uicinum et contubernalem. quāuis ipse sibi sufficiat. Vide q. sit se contentus. Aliquando sui parte contentus est. Si illi manum aut morbus aut hostis exciderit. siquis oculū uel oculos casus excusserit. reliquię illi suę satisfacient. et erit i minuto corpore et amputato tam lętus. q. integro fuit. Si quę sibi desunt non desiderat. non adesse mauult. Ita sapiens se contentus est. non ut uelit esse sine amico. sed ut possit. Quod dico possit. tale est. Amissum equo animo fert. Sine amico quidem nunq. erit. In sua potestate habet q. cito reparet. Quomodo si perdiderit Phidias statuam. protinus alteram faciet. sic hic faciendarum amicitiarum artifex. substituit alterum i locum amissi. Quomodo cito amicum facturus sit queris? dicam. si illud michi tecum conuenerit. ut statim tibi soluam quod debeo. et quantum ad hanc epistolam paria faciamus. Hecaton ait. Ego tibi monstrabo amatoriū sine medicamento. sine herba. sine ullius uenefice carmine. Si uis amari. ama. Habes autē non tantum usu amicitię ueteris et certę. magnam uoluptatem. sed etiam initium et cōparationem nouę. Quod interest inter metentem agricolam et serentem. hoc inter eum. qui amicum parauit. et qui parat alios. Attalus philosophus dicere solebat. iocundius esse amicum facere q. habere. quomodo artifici iocundius est pingere q. pinxisse. Illa i opere suo occupata sollicitudo. ingens habet oblectamentū in ipa occupatio

ne. Non eque delectatur. qui ab opere perfecto remouit manū. Iam
fructu artis suę fruitur. ipsa fruebatur arte cum pingeret. fructuosi
or est adolescentia liberorum. sed infantia dulcior. Nunc ad propo
situm reuertamur. Sapiens etiam si contentus est se. tamen habe
re amicum uult. si ad nichil aliud. ut exerceat amicitiam. ne tam
magna uirtus iaceat. non ad hoc quod dicebat Epicurus in hac ipsa
epistola. ut habeat. qui sibi egro assideat. succurrat in uincula con
iecto uel inopi. sed ut habeat aliquē cui ipse egro assideat. quē ipse cir
cū uentum hostili custodia liberet. Qui se spectat. et propter hoc ami
citiam init. male cogitat. Quemadmodum cepit. sic desinet. Para
uit amicum aduersus uincla opem laturum. Cum primū crepuerit
catena. discedet. he sunt amicitię quas temporarias populus appellat.
Qui utilitatis causa assumptus est. tam diu placebit q̄ diu utilis fue
rit. hac re florentes amicorum turba circumsedet. circa euersos so
litudo est. et inde amici fugiunt. unde probantur. hac re ista tam
nefaria sunt exempla. aliorum metu relinquentiū. aliorū metu prodi
dentium. Necesse initia inter se et exitus congruant. Qui amicus es
se cepit quia expedit. placebit aliquod pretium contra amicitiam. Si
ullum placet. in illa pretium preter ipsam. In quid amicum paras?
Ut habeam inquis. pro quo mori possim. ut habeam quem in exilium
sequar. cuius morti me opponam. et impendam. Ista quam tu descri
bis negotiatio est. non amicitia. quę ad cōmodum accedit. quę quicqd
consecutura sit spectat. Non dubię habet aliquid simile amicitię affec
tus amantium. Possis dicere illam insanam esse amicitiam. Nunquid
ergo amat quisq̄ lucri causa? Nunquid ambitionis et glorię? Ipse p
se amor. omnium aliarum rerum negligens. animos in cupiditatem
formę. non sine spe mutuę caritatis accendit. Quid ergo? Ex hone
stiore causa coit turpis affectus? Non agitur inquis de hoc nunc. an
amicitia propter se expetenda sit. nam si propter se expetenda est. po
test ad illam accedere. qui se ipso contentus est. Quomodo ergo ad illā
accedit? Quomodo ad rem pulcherrimam. non lucro captus. nec ua
rietate fortunę territus. Detrahit amicitię maiestatem suam. qui il
lam parat. Ad bonos casus se contentus est sapiens. Hoc mi Lucili p

peram interpretantur. Sapientem undiq; submouent. et intra cutem
cogunt. Distinguendum autem est. quid et quatenus uox ista significet.
Se contentus est sapiens ad beate uiuendum. non ad uiuendum. Ad
hoc enim illi. multis rebus opus est. Ad illud. tantū animo sano et rec
to et despiciente fortunam. Volo tibi Chrysippi quoq; distinctionem
indicare. Ait sapientem nulla re indigere. et tamen multis illi rebus
opus esse. Contra stulto nulla re opus esse. nulla enim re utitur. sed
omnibus eget. Sapienti et manibus et oculis et multis ad quotidianū
usum necessariys opus est. sed eget nulla re. egere enim necessitatis
est. Nichil autem sapienti necesse est. Ergo quamuis se ipso contentus
sit. illi opus est amicis. hos cupit habere q̄ plurimos. non ut beate
uiuat. uiuet enim beate et sine amicis. Sūmum bonū extrinsecus
instrumenta non querit. Domi colitur. ex se totum est. Incipit for
tunę esse subiectus. siquā partem sui foris querit. Qualis tamen fu
tura est uita sapientis. si sine amicis relinquatur. in custodia cōiec
tus uel in aliqua aliena gente destitutus. uel in nauigatione longa
retentus. aut in desertum litus eiectus? Qualis est iouis. cū resoluto
mundo et dys in unū confusis paulisper cessante natura. adquiescit
sibi cogitationibus suis traditus. Tale quiddam sapiens facit. in se
reconditur. secum est. Q̄diu quidem illi licet suo arbitrio res suas
ordinare contentus est. Et si ducit uxorem. se contentus est. si libe
ros tollit. se contentus est. et tamen non uiuet. si fuerit sine homine
uicturus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua. sed naturalis ir
ritatio. Nam ut aliarum rerum nobis in uita dulcedo est. sic amici
cię. Quomodo solitudo in odio est. et appetitio societatis quomodo ho
minem homini p naturam conciliat. sic inest huic quoq; rei stimu
lus. qui nos amicitiarum appetentes facit. Nichilominus cum sit ami
corum amantissimus. cum illos sibi comparet et sepe preferat. omne
intra se bonū terminabit et dicet. quod Stilbon ille dixit. Stilbon
quem Epicuri epistola insequitur. hic enī capta patria. amissis libe
ris. amissa uxore. cum ex incendio publico solus. et tamen beatus exi
ret. interroganti Demetrio cui cognomen ab excidio urbiū Polior
chetes fuit. num quid perdidisset. omnia inquit bona mea mecū sunt.

Ecce uir fortis ac strenuus. ipām hostis sui uictoriam uicit. Nichil inquit
perdidi. Dubitare illum coegit. an uicisset. Omnia mea mecū sunt. iu
stitia. prudentia. uirtus. temperantia. hoc ipm̄. nichil bonū putare
quod eripi possit. Miramur animalia quedam. que p medios ignes si
ne noxa corporum transeunt. Quanto hic mirabilior uir. qui per fer
rum et ruinas et ignes illesus et indemnis exiuit. Vide q̄to facilius
sit totam gentem q̄ unum uirum uincere. Hec uox illi cōmunis est
cū stoico. Eque et hic intacta bona per concrematas urbes fert. Se
enim ipso contentus est. hoc felicitatem suā fine designat. Ne existi
mes nos solos generosa uerba iactare. et ipse Stilbonis obiurgator Epi
curus similem illi uocem emisit. Quā tu boni consule. et si hunc diē
expunxi. Si cui inquit sua non uidentur amplissima. licet totius mū
di dominus sit. tamen miser est. Vel si hoc modo melius tibi enunti
ari uidetur. Id enim agendum est. ut non uerbis sed sensibus ser
uiamus. Miser est qui non se beatissimū iudicat. licet imperet mun
do. Vt scias autem hos sensus esse cōmunes natura dictante. apud
poetam comicum inuenies. Non est beatus esse se qui non putat.
Quid enim refert qualis status sit tuus. si tibi uidetur malus. Quid
ergo inquis. si beatum se dixerit ille turpiter diues. et ille multorū do
minus. sed plurium seruus. beatus sua sententia fiet. Non quid dicat
sed quid sentiat refert. nec quid uno die sentiat. sed quid assidue. non
est autem quod uerearis ne ad indignum res tanta perueniat. nisi sa
pienti sua non placent. Omnis stultitia laborat fastidio sui. Val.

X.

De solitudine uitanda ĩprudētibus et de sinceritate orādi deum.

Sic est. non muto sententiam. fuge multitudinem. fuge pauci
tatem. fuge etiam unum. Non habeo cum quo te cōmunicatū
uelim. et uide quod iudicium meum habeo. Audeo te tibi cre
dere. Crates ut aiunt huius ipsius Stilbonis auditor. cuius mentionē
priore epistola feci. cum uidisset adolescentulum secreto ambulantē.
interrogauit. quid illic solus faceret. Mecum inquit loquor. Cui
Crates. caue inquit rogo. ne cum homine malo loquaris. Lugentem
timentemq; custodire solemus. ne solitudine male utatur. Nemo ē
ex imprudentibus. qui sibi relinqui debeat. Tunc mala consilia agi
tant. tunc aut aliis. aut ipsis. futura pericula struunt. Tunc cupi

ditates improbas ordinant. tunc quicquid aut metu aut pudore cela
bat animus exponit. tunc audacia acuit. libido irritat. iracundia in
stigat. Deniq;. quod unum solitudo habet cōmodum. nichil ulli com
mittere. non timere iudicem. perit stulto. ipse se prodit. Vide itaq; qd
de te sperem. immo quid spondeam michi. Spes enim incerti boni ē.
Non inuenio cū quo te malim esse q̄ tecum. Repeto memoria. q̄
magno animo quedam uerba proieceris. q̄ti roboris plena. Gratu
latus sum protinus michi et dixi. non a sūmis libris ista uenerunt.
habent he uoces fundamentum. Iste homo non unus est e populis.
ad salutem spectat. Sic loquere. sic uiue. Vide. ne te ulla res depri
mat. Votorum tuorum ueterum licet gratiam facias. alia de integro
suscipe. Roga bonam mentem. bonam ualitudinem animi. deinde
tunc corporis. Quid ni tu ista uota sepe facias? Audacter deum ro
ga. Nichil illum de alieno rogaturus es. Sed ut more nostro cum
aliquo munusculo epistolam mittam. uerum est. quod apud Athe
nodorum inueni. Tunc scito te omnibus esse cupiditatibus solutum.
cum eo perueneris. ut nichil deum roges. nisi quod rogare possis pa
lam. Nunc enim quanta dementia est hominū? Turpissima uota dijs
insusurrant. et siquis admouerit aurem conticescent. et quod scire
hominem nolunt. deo narrant. Vide ergo an hoc precipi salubriter
possit. Sic uiue cum hominibus tanq̄ deus uideat. sic loquere cum
deo. tanq̄ homines audiant. Val.

·XI·
De inmutabilis uerecūdie
qualitate et imaginaria
boni uiri presentia.

Locutus est mecum bone indolis amicus tuus. in quo quantū
esset ingenij. quantum animi. quantum etiam profectus. ser
mo primus ostendit. Dedit nobis gustum. ad quem respon
debit. Non enim ex preparato locutus est. sed subito deprehensus.
Ibi se colligebat uerecundia. bonū in adolescente signum. Vix po
tuit excutere. adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hoc illum ut suspi
cor etiam cum se confirmauerit. et omnibus uitijs exuerit. sapientē
quoq; sequetur. Nulla enim sapientia. naturalia corporis aut ani
mi uitia ponuntur. Quicquid ingenitum est et infixum. lenitur
arte non uincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu
populi sudor erumpit. non aliter q̄ fatigatis et estuantibus solet.

Quibusdam

Quibusdam tremunt genua dicturis. quorundam dentes colliduntur.
lingua titubat. labra concurrunt. hec nec disciplina nec usus excutit
unq̄. sed natura uim suam exercet. et illos uicij sui etiam robustissi
mos admonet. Inter hec etiam esse ruborem scio. qui grauissimis q;
uiris subitus affunditur. Magis quidem in iuuenibus apparet qui
bus et plus caloris est et tenera frons. Nichilominus et ueteranos
et senes tangit. Quidam nunq̄ magis q̄ cum erubuerint. timen
di sunt. quasi omnem uerecundiam effuderint. Sylla tunc erat
uiolentissimus. cum eius faciem sanguis inuaserat. Nichil erat mol
lius ore Pompeij. nunq̄ non coram pluribus rubuit. Vtiq; in conti
onibus fabianum cum in senatum testis esset inductus. erubuisse
memini. et hic illum pudor mire decuit. Non accidit hoc ex in
firmitate mentis. sed ex nouitate rei. que inexercitatos etiam si
non concutit mouet. naturali in hoc facilitate corporis pronos. nā
ut quidam boni sanguinis sunt. ita quidam incitati et mobilis et
cito in os prodeuntis. Hec ut dixi nulla sapientia abigit. alioquin hrēt
rerum naturam sub imperio suo. si omnia eraderet uicia. Quecumq;
attribuit condicio nascendi. et corporis temperatura. cum multū
diuq; se composuerit animus. herebunt. Nichil illorum uitari po
test. non magis q̄ accersiri. Artifices scenici qui imitantur affec
tus. qui metum et trepidationem exprimunt. qui tristiciam repre
sentant. hoc indicio imitantur uerecundiam. Deiciunt enī uultū.
uerba summittunt. figunt in terram oculos et deprimūt. ruborem
sibi exprimere non possunt. Hec prohibetur hic nec adducitur. Ni
chil aduersus hoc sapientia promittit. nichil efficit. sui iuris sunt.
iniussa ueniunt. iniussa discedunt. Iam clausulam epistola poscit.
Accipe equidem utilem et salutarem. quam te affigere omnino uo
lo. Aliquis uir bonus nobis eligendus est. ac semper ante oculos ha
bendus. ut sic. tanq̄ illo spectante uiuamus. et omnia tanq̄ illo ui
dente faciamus. Hec mi Lucili Epicurus precepit. custodem nobis
et pedagogum dedit. Nec īmerito. magna enim pars peccatorum
tollitur. si peccaturis testis assistit. Aliquem habeat animus quem
uereatur. cuius autoritate etiam secretum suum sanctius faciat.

O felicem illum: qui non actus tantum: sed etiam cogitatus emendat. O felicem qui sic aliquē uereri potest. ut ad memoriam quoq; eius se componat: atq; ordinet. qui sic aliquem uereri potest. cito erit uerendus. Elige itaq; Catonem. Si hic tibi uidetur nimis rigidus. elige remissioris animi uirum Lelium. elige eum cuius tibi placuit. et oratio et uita. et ipsius animū ante te ferens et uultum. illum tibi semper ostende uel custodem uel exemplum. Opus est inquā aliquo. ad quē mores nostri se ipsos exigant. Nisi ad regulam praua non corriges. Val.

XII.

De bono senectutis et q̄ in necessitate uiuere nulla necessitas est.

Quocunq; me uerto. argumenta senectutis meę uideo. ueneram in suburbanum meum. et querebar de impensis edificij dilabentis. Ait uillicus michi non esse neglegentie sue uicium. omnia se facere. sed uillam ueterem esse. hec uilla inter manus meas creuit. Quid michi futurū est. si tam putria sunt etatis meę saxa. Iratus illi. proximam occasionem stomachandi arripio. Apparet inquam has platanos negligi. nullas habent frondes. q̄ nodosi sunt et retorti rami. q̄ tristes et squalidi trunci. Hoc nō accideret. siquis has circū foderet. siquis irrigaret. Iurat p̄ geniū meū se omnia facere. in nulla re cessare curam suam. sed illas uetulas esse. Quod inter nos sit. ego illas posueram. ego illarum primum uideram folium. Conuersus ad ianuam. quis est iste inquā decrepitus. et merito ad hostium admotus. foras enim spectat. unde istic natus est. Quid te delectauit alienum mortuum tollere. At ille. non cognoscis me inquit. Ego sum Felicio. cui solebas sigillaria afferre. ego sum Philositi uillici filius. deliciolum tuum. Profecto inquam iste delirat. Vetulus etiam deliciolū meū factus est. Prorsus potest fieri. dentes illi cum maxime cadunt. Hoc suburbano meo debeo. q̄ michi senectus mea quocunq; me uertam apparuit. Complectamur illam et amemus. Plena uoluptatis est illa. si scias uti. Gratissima sunt poma cum fugiunt. Pueritię in exitu maximus decor est. Deditos uino potio extrema delectat. illa quę mergit. quę summam ebrietati manū imponit. Quod in se iocundissimum uoluptas hominis habet. in finem sui differt. Iocundissima est etas deuexa. iam non tamen preceps. et illam quoq; in extrema regula

tantum iudico habere suas uoluptates. aut hoc ipm̄ succedit in locũ uo
luptatum. nullis egere. Quã dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse.
Molestum est inquis. mortem ante oculos habere. Primũ ista tam seni
ante oculos debet esse q̃ iuueni. Non enim citamur ex censu. deinde ne
mo tam senex est. ut non probe unum diem speret. Unus autem dies
gradus uitę est. Tota ętas partibus constat. et orbes habet circumduc
tos maiores minoribus. Est aliquis qui omnes complectatur et cingat.
hic pertingit a natali ad extremũ diem. est alius qui adolescentię an
nos excludit. Est qui totam pueritiam ambitu suo astringit. Est de
inde ipse annus per se. omnia in se continens tempora. quorũ multi
plicatione uita componitur. Mensis artiore precingitur circulo. An
gustissimũ habet dies gyrum. Sed et hic ab initio ad exitum uenit.
ab ortu ad occasum. Ideo heraclytus. cui cognomen scotinon fecit ora
tionis obscuritas. unus inquit dies par omni est. Alius hoc aliter ex
cepit. Dixit enim parem esse horis. nec mentitur. nam si dies est ui
ginti quatuor horarum tempus. necesse est omnes inter se dies pares
esse. quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait parem esse unum
diem omnibus. similitudine. Nichil enim habet longissimi temporis
spatium. quod non et in uno die inuenias. lucem et noctem. et alter
nas mundi uices. Plura facit ista non alia. contractior uel produc
tior dies. Dies itaq; sic ordinandus est omnis. tanq̃ cogat augmentũ
et consumet atq; expleat uitam. Pacuuius qui Syriam usu suam fe
cit. cum uino et illis funebribus epistolis se se sepelisset. sic in cubi
culum ferebatur a cęna. ut inter plausus exoletorũ. hoc ad sympho
niam caneretur bibiote. bibiote. nullo non se die extulit. hoc quod
ille ex mala conscientia faciebat. nos ex bona faciamus. et in somnum
ituri leti hilaresq; dicamus. Uixi. et quem dederat cursum fortu
na peregi. Crastinũ si adiecerit deus. leti recipimus. Ille beatissi
mus est et securus sui possessor. qui crastinum sine sollicitudine expec
tat. Quisquis dixit. uixi. cotidie ad lucrum surgit. Sed iam de
beo epistolam includere. Sic inquis. nec ullo ad me peculio ueniet.
Noli timere. aliquid secum fert. quare dixi aliquid. Multũ. Quid
enim hac uoce preclarius quã illi tradidi ad te perferendã. Ma

at epulis.

uixũ, est.
βεβιοται

lum est in necessitate uiuere. Sed in necessitate uiuere. necessitas nul
la est. Quidni nulla sit? Patent undiq; in libertatem uię multę. bre
ues. faciles. Agamus deo gratias. q. inuitus nemo in uita teneri potest.
Calcare ipsas necessitates licet. Epicurus inquis dixit. Quid tibi cū ali
eno? Quod uerum est. meum est. Perseuerabo Epicurum tibi ingere
re. ut isti qui in uerba iurarunt. non quid dicatur estiment. sed a
quo. sciantq; que optima sunt. Val.

·XIII·

De utilitate exercitationis contra aduersa et de remediis contra mala fortuita et q. stulticia semp incipit uiuere.

Multū tibi animi esse scio. Nam etiam antē q. instrueres te prę
ceptis salutaribus et dura uincentibus. satis aduersus fortu
nam placebas tibi. et multo magis postq. cum illa manū con
seruisti. et uires expertus es tuas. que nunq. certam sui dare fiduciam
possunt. nisi cum multę difficultates hinc et illinc apparuerint. ali
quando uero et propius accesserint. Sic uerus ille animus et in alie
num non uenturus arbitrium probatur. Hec eius probatio obstrusa est. Nō
potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre. qui nunq. suggilla
tus est. Ille qui sanguinem suum uidit. cuius dentes crepuere sub pugno.
ille qui supplantatus aduersariū toto tulit corpore. nec proiecit animū
proiectus. qui quotiens cecidit contumatior resurrexit. cum magna
spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem istam prosequar. se
pe fortuna supra te fuit. nec tamen tradidisti te. sed subsiluisti. et
acrior constitisti. Multum etenim sibi adicit uirtus lacessita. Tamen
si tibi uidetur. accipe a me auxilia. quibus munire te possis. Sunt plu
ra Lucili que nos terrent. q. que premunt. et sepius opinione q. re la
boramus. Non loquor tecum stoica lingua. sed hac summissiore. Nos
enim dicimus omnia ista. quę gemitus mugitusq; exprimūt. leuia es
se et contemnenda. Omittamus hec magna uerba. sed dii boni uera.
Illud precipio. ne sis miser ante tempus. cum illa quę uelut imminentia
expauisti. fortasse nunq. uentura sit. certe nunq. uenerūt. Quedam
ergo nos magis torquent q. debent. quedam torquent cum omnino nō
debeant. Aut augemus dolorem. aut fingimus. aut precipimus. Pri
mum illud quia res in controuersia est. et litem contestatā habemus.
in presentia differamus. Quod ergo leue dixero. tu grauissimū esse
contendes. Scio alios. inter flagella ridere. alios gemere sub colapho.

Postea uidebimus utrum ista suis uiribus ualeant. an inbecillitate no
stra. Illud presta michi. ut quotiens circumsteterint qui tibi te esse mise
rum persuadeant. non quid audias. sed quid sentias cogites. et cum pa
tientia tua deliberes. ac te ipse interroges. qui tua optime nosti. Quid
est quare isti me complorent. quid est quod trepident. quod contagium
quoque mei timeant. quasi transilire calamitas possit. Est aliquid istic
mali? an res ista magis infamis est quam mala? Ipse te interroga. numquid
sine causa crucior et mereo. et quod non est malum facio? Quomodo
intelligam inquis si uana sint an uera quibus angor? Accipe huius
rei regulam. aut presentibus torquemur. aut futuris. aut utrisque. De
presentibus facile est iudicium. si corpus tuum liberum est. sanum est.
nec ullus ex iniuria dolor est. Videbimus quid futurum sit. Hodie
nichil negotii habet. Aut enim futurum est aut non. Primum despice
an certa argumenta sint futuri mali. Plerumque enim laboramus su
spicionibus. et illudit nobis illa que conficere bellum solet fama. Mul
to autem magis singulos conficit. Ita est mi Lucili. Cito accedimus o
pinioni. nec coarguimus illa que nos in metum adducunt. nec excu
timus sed trepidamus. Et sic terga uertimus quemadmodum illi
quos puluis motus fuga pecorum exuit castris. aut quos aliena fabula
non autore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis uana pertur
bent. Vera enim modum suum habent. Quicquid ex incerto uenit
coniecture et patientis animi licentie traditur. Nulli itaque tam perni
ciosi. tam irreuocabiles quam lymphatici metus sunt. Ceteri enim sine
ratione. hi sine mente sunt. Inquiramus itaque in rem diligenter. Ve
risimile est aliquid futurum mali. Non est statim. Quam multa non ex
pectata uenerunt. quam multa expectata numquam comparuerunt. etiam si
futurum est. quid iuuat dolori suo occurrere? Satis cito dolebit cum
uenerit. Interim tibi meliora promitte. Quid? facies lucri tempus.
Interuenient multa. quibus uicinum periculum ut prope admotum.
aut absistat aut desinat. aut in alienum caput transeat. Incendium
ad fugam patuit. quosdam molliter ruina deposuit. Aliquando gla
dius ab ipsa ceruice reuocatus est. aliquis carnifici suo superstes fuit.
Habet etiam mala fortuna leuitatem. fortasse erit. fortasse non erit.

Interim non est. meliora propone. Non numquam nullis apparentibus signis
que mali aliquid prenuntient. animus sibi falsas fingit imagines. aut
uerbum aliquod dubie significationis detorquet in peius. aut maiorem
offensam sibi proponit alicuius quam est. et cogitat non quam iratus sit ille.
sed quantum liceat irato. Nullus autem miseriarum modus. nulla
causa uite est. si timetur quantum potest. hic prudentia prosit. hic
rebur animi. Euidentem quoque metum respue. Si minus. uitio ui
tium repelle. Spe metum tempera. Nichil tam certum est ex his que
timentur. ut non certius sit et formidata subsidere. et sperata deci
pere. Ergo spem ac metum examina. et quotiens erunt incerta om
nia. facile crede quod mauis. Sed si plures habes sententias metus.
nichilominus in hanc partem potius inclinato. et perturbare te de
sine. Ac subinde hoc in animo uolue. maiorem partem mortalium
cum illi nec sit quicquam mali. nec pro certo futurum sit. estuare ac di
scurrere. Nemo enim resistit sibi cum cepit impelli. nec timorem suum
redigit ad uerum. Nemo dicat. uanus autor est. uanus est aut fin
git aut credidit. Damus nos referendos. expauescimus dubia pro cer
tis. non seruamus modum rerum. Statim in timorem uenit scrupu
lus. Pudet me sic loqui tecum. et tam leuibus te remediis refocil
lare. Alius dicat. fortasse non ueniet. Tu dic. Quid porro si uene
rit. Videbimus uter uincat. fortasse per me ueniet. et mors ista ui
tam honestabit. Cicuta. magnum Socratem confecit. Catoni gla
dium assertorem libertatis extorque. et magnam partem detraxe
ris glorie. Nimium diu te cohortor. cum tibi admonitione magis quam
exhortatione opus sit. Non in diuersum te a natura ducimus. Na
tus es ad ista que dicimus. Eo magis bonum tuum auge et exorna.
Sed iam finem epistole faciam. si illi signum suum impressero. idest
aliquam magnificam uocem ad te perferendam mandauero. Inter
cetera mala hoc quoque habet stulticia proprium. Semper incipit
uiuere. Considera quid uox ista significet Lucili uirorum optime. et
intelliges quam feda sit hominum leuitas. quotidie noua fundamen
ta ponentium. nouas spes etiam in exitu incoantium. Circumspice
tecum singulos. Occurrunt tibi senes qui se se tum maxime ad am

bitione. ad peregrinationes. ad negociandū parant. Quid autem
est turpius q̄ senex uiuere incipiens? Non adicerem autorem huic
uoci. nisi esset secretior. nec inter uulgata epicuri dicta. que michi
laudare et adoptare permisi.

·XIIII·

Ut nō seruiatur corpori et qualiter sit uitanda nocitura potētia et q· maxime diuitijs fruitur qui non indiget diuitijs.

Fateor insitam esse nobis corporis nostri caritatem. Fateor nos
huius gerere cautelam. Non nego indulgendum illi. seruien
dum nego. Multis enim seruiet. qui corpori seruiet. qui pro
illo nimiū timet. qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus.
non tanq̄ propter corpus uiuere debeamus. sed tanq̄ non possimus si
ne corpore. Huius nos amor nimius timoribus inquietat. sollicitudi
nibus onerat. contumeliis obicit. Honestum est ei uile. cui corpus
suum nimis carum est. Agatur igitur diligentissime cura. ita tamen
ut cum exigit ratio. cum dignitas. cum fides. mittendū in ignē sit.
Nichilominus q̄tum possumus uitemus īcommoda queq;. non tan
tum pericula. et in tutum nos reducamus. excogitantes subinde qui
bus possint timenda depelli. Quorum tria nisi fallor genera sūt. ti
metur inopia. timentur morbi. timentur que per uim potentioris
eueniunt. Ex his omnibus nichil magis nos concutit. q̄ quod ex ali
ena potentia impendit. Magno enim strepitu et tumultu uenit. Na
turalia mala que rettuli inopia atq; morbus silentio subeunt. ingens
alterius mali pompa est. Illa nec oculis nec auribus quicq̄ terroris in
cutiunt. istud ferrum et ignes circa se habet. et catenas et turbam fe
rarum. q̄s in uiscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem et
cruces et eculeos et uncum et adactum p medium hominē qui per
os emergat stipitem. et distracta in diuersum actis curribus mēbra.
illam tunicam alimentis ignium et illitam et textam. et quicquid
aliud preter hec cōmenta seuitia est. Non est itaq; mirum. si maxi
mus huius rei timor est. cuius et uarietas magna est. et apparatus ter
ribilis. Nam quemadmodum plus agit tortor. quo plura instrumē
ta doloris exposuit. specie enim uincuntur qui patientia restitissent.
ita ex his qui habent que animos nostros subigunt et domant. plus pro
ficiunt qa habent quod ostendant. Ille pestes non minus graues sūt.
famem dico et sitim. et precordiorum suppurationem. et febrem

ipsa uiscera torrentem. sed latent. Nichil habent quod intentent et
preferant. hec ut magna bella aspectu paratuque uicerunt. Demus itaque
operam. abstineamus offensis. Interdum populus est quem timere
debeamus. Interdum si ea ciuitatis disciplina est. ut plurima per
senatum transigantur. gratiosi in ea uiri. Interdum singuli quibus
potestas populi et in populo data est. hos omnes amicos habere opero
sum est. satis est inimicos non habere. Itaque sapiens numquam potentium
iram prouocabit. immo et declinabit. non aliter quam in nauigando pro
cellam. Cum peteres siciliam traiecisti fretum. Temerarius guber
nator contempsit austri minas. Ille est enim qui siculum pelagus ex
asperet. et in uortices cogat. Non sinistrum petit litus. sed id quo
propior charibdis maria conuoluit. At ille cautior peritos locorum inter
rogat. quis estus sit. quę signa dent nubes. et longe ab illa regione uor
ticibus infami cursum tenet. Idem faciat sapiens. nociturum potentiam
uitat. hoc primum cauens ne uitare uideatur. Pars enim securitatis
et in hoc est. non ex professo eam petere. quia quę quis fugit damnat.
Circumspiciendum ergo nobis est. quomodo a uulgo tuti esse possimus.
Primum nichil idem concupiscamus. rixa est inter competitores. De
inde nichil habeamus. quod cum magno emolumento insidiantis
eripi possit. Quam minimum sit in corpore tuo spoliorum. Nemo ad hu
manum sanguinem uenit propter ipsum. aut admodum pauci. plu
res computant quam oderunt. Nudum latro transmittit. et in obsessa
uia pauperi pax est. Tria deinde ex precepto ueteri prestanda sunt.
ut uitetur odium. inuidia. contemptus. Quomodo hoc fiat sapien
tia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum est uerendumque
ne in contemptum nos inuidia et timor transferat. ne dum calcari
nolumus. uideamur posse calcari. Multis timendi causas attulit.
posse timeri. undique nos reducamus. Non minus contemni quam suspi
ci nocet. Ad philosophiam ergo confugiendum est. hę littere non
dico apud bonos. sed apud mediocriter malos infularum loco sunt.
Nam forensis eloquentia. et quecumque alia populum mouet. aduersa
rios habet. hec quieta et sui negocii contemni non potest. cui ab om
nibus artibus etiam apud pessimos honor est. Numquam ergo in tantum

conualescet nequicia. nunq̃. sic contra uirtutes coniurabit. ut non
philosophie nomen sacrum ac uenerabile maneat. Ceterum philoso
phia ip̃a tranquille modesteq; tractanda est. Quid ergo inquis? Vide
tur tibi. M. Cato modeste philosophari. qui bellum ciuile modestia sua
reprimit. qui furentum principum armis interuenit medius. qui alys
Pompeium offendentibus. alys Cesarem. simul lacessit duos? Potest
aliquis disputare. an illo tempore capessenda fuerit res. p. sapienti.
Quid tu. M. Cato? Iam non agitur de libertate. Olim pessundata
est. Queritur utrum Cesar an Pompeius possideat rem. p. Quid tu
cum ista contentione? Nulle partes tue sunt. Dominus eligitur. quid
tu? Alter uincere potest. melior uincere non potest. Nec peior est qui
uictus fuerit. melior qui uicerit. Vltimas partes attigi Catonis. Sed
ne priores quidem anni fuerunt. qui sapientem in illam rapinam rei
.p. admitterent. Quid aliud q̃ uociferatus est Cato cũ misit irritas uoces.
cum modo per populi leuatus manus et obrutus sputis et portandus ex
tra forum traheretur. modo a senatu in carcerem duceretur? Sed
postea uidebimus an sapientiora opera perpendenda sunt. Interim
ad hos te stoicos uoco. qui a re. p. seclusi secesserunt ad condendam ui
tam et humano generi iura condenda sine ulla potentioris offensa.
Non conturbabit sapiens publicos mores. nec populum in se uite noui
tate conuertet. Quid ergo? utiq; erit tutus. qui hoc propositũ sequet̃?
Promittere hoc tibi non magis possum. q̃. in homine temperanti bonã
ualitudinem. et tamen facit temperantia bonam ualitudinẽ. Perit
aliqua nauis in portu. Sed quid tu accidere in medio mari credis?
quanto huic periculum paratius foret. multa agenti molientiq;. cui
ne ocium quidem tutũ est? Pereunt aliquando innocentes. Quis ne
gat? Nocentes tamen sepius. Ars ei constat. qui per ornamenta per
cussus est. Deniq; consilium rerum omnium sapiens non exitũ spec
tat. Initia in potestate nostra sunt. de euentu fortuna iudicat. cui
de me sententiam non do. At aliquid uexationis afferet. aliquid ad
uersi. Non damnatur latro cum occidit. Nunc ad quotidianã stipem
manum porrigis? Aurea te stipe implebo. Et quia facta est auri mẽ
tio. accipe quemadmodum usus fructusq; eius tibi gratior esse possit.

Is maxime diuitiis fruitur. qui minime diuitiis indiget. Ede inquis
autorem. Ut scias q̄ benigni simus. propositum est aliena laudare.
Epicuri est aut Metrodori. aut alicuius ex illa officina. Et quid inter
est quis dixerit? Omnibus dixit. Qui eget diuitiis. timet pro illis.
Nemo autem solicito bono fruitur. Adicere illis aliquid studet. Dum
de incremento cogitat. oblitus est usus. Rationes accipit. forū conte
rit. kalendariū uersat. fit ex domino procurator. Val.

·XV·

De nō saginando uel īpinguando corpore et de ipsi' exercitatione et uocis moderatione et quare stulta uita ingrata sit.

Mos antiquis fuit usq; ad meam seruatus etatem. primis e
pistole uerbis adicere. si uales bene est. ego ualeo. Recte nos
diamus. Si philosopharis. bene est. Valere enim hoc demum
est. Sine hoc eger est animus. corpusq; etiam si magnas habet uires.
non aliter q̄ furiosi aut frenetici ualidum est. Ergo hanc precipue
ualitudinem cura. deinde et illam secundam. que non magno tibi
constabit. si uolueris bene ualere. Stulta enim est mi Lucili. et mi
nime conueniens literato uiro. occupatio exercendi lacertos. et dila
tandi ceruicem ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesse
rit. et thori creuerint. nec uires unq̄. opimi bouis nec pondus equa
bis. Adice nunc q. maiore corporis sarcina animus eliditur. et mi
nus agilis est. Itaq; quantū potes circūscribe. damna. stringe corpus
tuum. et animo locum laxa. Multa sequuntur īcommoda huic de
ditos cure. Primū exercitationes. quarum labor spiritum exhaurit.
animam premit et euacuat. et inhabilem intentioni ac studiis acri
oribus reddit. deinde copia ciborum subtilitas impeditur. Accedūt
pessime note. mancipia in magistratū recepta. homines inter oleum
et uinū occupati. quibus ad uotum dies actus est. si bene desudaue
runt. si in locum eius quod defluxit. multum potionis altius ī ie
iuno gutture regesserunt. Bibere et sudare uita cardiaci est. Sunt
exercitationes et faciles et breues. que corpus et sine mora laxent et
tempori parcant. cuius precipua ratio habenda est. Cursus et cum
aliquo pondere mote manus et saltus. uel ille ut ita dicam saltatri
cius. aut ut contumeliosius dicam fullonius. uel ille qui corpus in
altum leuat. uel ille qui in longum mittit. Quē libet ex his elige.
usu rudē et facilē. Quicquid facies. cito redi a corpore ad animum.

Illum exerce noctibus ac diebus. Labore modico alitur ipse. hanc exercitationẽ non frigus non estus impediet. ne senectus quidem. Id bonum cura. quod uetustate sit melius. Neq; ego te iubeo semp īminere libro aut pugillaribus. Dandum est aliquod interuallum animo. ita tamen ut non resoluatur sed remittatur. Gestatio et corpus concutit. et studio non officit. Possis legere. possis dictare. possis loqui. possis audire. quorum nichil ne ambulatio quidem uetat fieri. Nec tu intentionem uocis contempseris. quam ueto te p gradus et certos modos adtollere. deinde deprimere. Quid si uelis deinde quemadmodum ambules discere? Admitte istos. quos noua artificia docuit fames. Erit qui gradus temperet. et buccas edentis obseruet. et in tantũ procedat ĩ quantũ audaciam eius patientię credulitate produxeris. Quid ergo? Ad amaram protinus et ad sũmam contentionem uox tua ĩcipiet? Usq; eo naturale est paulatim incitari. ut litigantes quoq; a sermone incipiant. ad uociferationem transeant. Nemo statim quiritiũ fidẽ implorat. Ergo utrunq; tibi impetus animi suaserit. Modo uehementius fac uicinis conuitiũ. modo lentius. prout uox quoq; te hortabitur in id latus modesta. Cum reuocaris illam recipiesq;. descendat non decidat. et mediatoris sui temperamentum habeat. nec hoc indocto et rustico more deseuiat. Non enim id agimus ut exerceatur uox. sed ut exerceat. Detraxit uel non pusillum negociũ mercedula. et unus grecus ad hec beneficia accedet. Ecce insigne preceptũ. Stulta uita ingrata est. trepida tota in futurũ fertur. Quis inquis dicit? Idem qui supra. Quam tu nũc uitam existimas dici stultam? Babie et Ixionis? Non ita est. Nostra dicitur. quos ceca cupiditas in nocitura certe nunq̃ saciatura precipitat. Quibus siquid satis esse posset. fuisset. qui non cogitamus q̃ iocundum sit nichil poscere. q̃ magnificum sit plenum esse. nec ex fortuna pendere. Subinde itaq; Lucili q̃ multa sis consecutus recordare. cum aspexeris quid antecedat. cogita quid te sequatur. Si uis gratus esse aduersus deos et aduersus uitam tuam. cogita q̃ multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? Te ipe antecessisti. finem constitue quem transire ne quidem possis si uelis. Discedant aliquando ista insi

diosa bona. et sperantibus meliora q̄ assecutis. Si quid in illis esset so
lidi. aliquando implerent. nunc haurientium sitim concitant. Imi
tantur speciosi apparatus. et quod futuri temporis incerta sors uol
uit. Quare potius a fortuna impetrem ut det. q̄ a me ne petam.
quare autē petam. oblitus fragilitatis humanę. In quid congerā la
borem. Ecce hic dies ultimus est. ut non sit. prope ab ultimo est. Val.

·XVI·

Vt ad bonā uitā ueniens i phie robore solidet et quomodo q ad naturā uiuit nunq̄ paup q ad opinionē nunq̄ diues erit.

Liquere hoc tibi Lucili scio. neminē posse beate uiuere. nec tole
rabiliter quidē sine sapientie studio. et beatam uitam perfec
ta sapientia effici. ceterum tolerabilem etiam incoata. Sed
hoc quod liquet firmandum. et altius cotidiana meditatione figen
dum est. Plus operis in eo est. ut proposita custodias q̄ ut honesta pro
ponas. Perseuerandum est et assiduo studio robur addendū. donec
bona mens sit. qđ bona uoluntas est. Itaq; tibi apud me pluribus uerbis
haud affirmatis tam longis nōn intelligo multū profecisse te. Que
scribis. unde ueniant scio. non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen
sententiam. q. iam de te habeam spem. nondum fiduciam. Tu quoq;
idem facias uolo. Non est quod cito tibi et facile credas. Excute te et
uarie scrutare et obserua. Illud ante omnia uide utrū in philosophia
an in ipsa uita profeceris. Non est philosophia populare artificium. nec
ostentationi paratum. non in uerbis sed in rebus est. nec ad hoc adhi
betur ut cum aliqua oblectatione consumatur dies. ut dematur ocio
nausia. Animū format et fabricat. uitam disponit. actiones regit.
agenda et omittenda demonstrat. sedet ad gubernaculum. et p̄ anci
pitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est. Innu
merabilia accidunt singulis horis. quę consiliū exigant. quod ab hac
petendum est. Dicet aliquis. Quid michi prodest philosophia. si fa
tum est. Quid prodest si deus rector est. quid prodest si casus impe
rat. Nam et mutari certa non possunt. et nichil preparari aduer
sus incerta potest. Sed aut consilium meum deus occupauit. decre
uitq; quid facere. aut consilio meo nichil fortuna permittit. Quic
quid ex his est Lucili uel si omnia hec sunt. philosophandum est.
Siue nos inexorabili lege fata constringunt. siue arbiter deus uni
uersi cuncta disposuit. siue casus res humanas sine ordine impellit et

iactat. philosophia nos tueri debet. hec adhortabitur ut deo libenter pareamus. ut fortune contumaciter. hec docebit ut deum sequaris. feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundũ. qd sit iuris nostri si prouidentia in imperio est. aut si fatorum series illigatos trahit. aut si repentina ac subita dominantur. Illó nunc reuertor ut te moneam et horter. ne patiaris impetum animi tui delabi et refrigescere. Contine illum et constitue ut habitus animi fiat quod est impetus. Iam ab initio si bene te noui. circũspicies quid hec epistola attulerit munusculi. Excute illam et inuenies. Non est quod mireris animũ meum. ad huc de alieno liberalis sum. Quare autẽ alienum dixi? quicqd ab ullo benedictũ est. meum est. sicut quoq; ab Epicuro benedictum est. Si ad naturam uiues. nunq̃ eris paup. si ad opiniones nunq̃. eris diues. Exiguum natura desiderat. opinio immensum. Congeritur in te quicquid multi locupletes possederant. ultra priuatum pecunie modum fortuna te prouehat. auro tegat. purpura uestiat. et ad hoc opum deliciarumq; perducat. ut marmoribus terram abscondas. non tantum habere tibi liceat. sed et calcare delitias. accedant statue etiam epicuree. et quicquid ulla ars luxurię elaborauit. maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt. Ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent. Nullus enĩ terminus falso est. Viam eunti aliquid extremũ est. error ĩmensus est. Retrahe ergo te a uanis. et cum uoles scire quod petis. utrũ naturalem habeat an cecam cupiditatem. considera num possit alicubi consistere. Si longe progresso semper aliquid longius restat. scito id naturale non esse. Val.

·XVII·
Quomodo ad phiam tendenti paupertas expediat.

PRoice omnia ista si sapis. imo ut sapias. et ad bonam mentẽ magno cursu ac totis uiribus tende. Siquid est quo teneris. aut expedi aut incide. Moratur inquis me res familiaris. Sic illam disponere uolo. ut sufficere nichil agenti possit. ne aut paupertas michi oneri sit. aut ego alicui. Cum hoc dicis. non uideris uim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse. Et sũmam quidem rei peruides quantũ philosophia prosit. Partes autem nondũ satis subtiliter inspicis. Hec dum scis quantum ubiq; nos adiuuet. quemadmodum et ĩ maximis

ut Ciceronis uerbo utar. opituletur et in minima descendat. Michi cre
de aduoca illam consiliarium. suadebit tibi ne ad calculos sedeas. Nē
pe hoc queris. et hoc ista dilatione uis consequi. ne tibi paupertas timen
da sit. Quidni appetenda est? Multis ad philosophandū obstitere di
uitię. Paupertas secura est. expedita est. Cum classicū cecinit. scit
non se peti. cum aliquo conclamatū est. quomodo exeat. non quid ef
ferat querit. Aut si nauigandum est. non strepunt portus. nec uni
us comitatu inquieta sunt litora. Non circumstat illū turba seruorū
ad quos pascendos transmarinarū regionum est optanda fertilitas.
Facile est pascere paucos uentres. et bene institutos. et nichil aliud desi
derantes q̄ impleri. Paruo fames constat. magno fastidium. Pauper
tas contenta est desideriis instantibus satisfacere. Quid est ergo quare
hanc recuses contubernalem. cuius mores sanus diues imitatur? Si uis
uacare animo. aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest
studium salutare fieri. sine frugalitatis cura. frugalitas autē uolun
taria paupertas est. Tolle itaq; istas excusationes. Nondum habeo quā
tum sat est. si ad illam sūmam peruenero. tunc me totū philosophię dabo.
Atqui nichil prius q̄ hoc parandum est. quod tu differs et post cetera
paras. ab hoc incipiendum est. Parare inquis unde uiuam uolo. Si
mul et parare disce. Si quid te uetat bene uiuere. bene mori non ue
tat. Non est qđ te paupertas a philosophia reuocet. ne egestas qđem.
Toleranda est enim ad hoc properantibus uel fames. quā tolerauere
quidam in obsidionibus. Et quidem erat aliud illius patientię pre
mium q̄ in arbitriū non cadere uictoris? Quanto hoc maius est.
quo promittitur perpetua libertas. nullius hominis nec dei timor.
Et quid? Vel esurienti ad istam ueniendum est. Perpessi sunt exerci
tus penuriam rerum omnium. uixerunt herbarū radicibus. et
dictu fedius tulerunt famem. Hec omnia perpessi sunt pro regno
quo magis mireris alieno. et dubitabit aliquis ferre paupertatem.
ut animū furoribus liberet? Non est ergo prius acquirendū. li
cet ad philosophiam sine uiatico peruenire. Ita est. cum omnia ha
bueris. tē habere et sapientiam uoles. Hoc erit ultimū uitę instru
mentum. et ut ita dicam additamentū. Tu uero siue aliquid

habes iam philosophare. Vnde enim scis an iam nimis habeas. siue nichil? hoc prius quere q̄ quicq̄. At dices. Necessaria deerunt. Primum deesse non poterunt. quia natura nimium non petit. Nature autem se sapiens accōmodat. Sed si necessitates ultime inaderint. iā dudum exibit e uita. et molestus sibi esse desinet. Si uero exiguū erit et angustum. quo possit uita produci. id boni consulet. nec ultra necessaria sollicitus aut anxius. uentri et scapulis suū reddet. et occupationes diuitum concursationesq; ad diuitias euntium securus letusq; ridebit. ac dicet. Quid in longum ip̄e te differs? Expectabisne fenoris questum. aut ex merce compendiū. aut tabulas beati senis. cum fieri possis statim diues? Representat opes sapientia. quas cuicūq; fecit. superuacuas dedit. hec ad alios pertinent. Tu locupletibus propior es. Seculum muta. nimis habes. Id est ante omnia secula quod sat ē. Poteram hoc loco epistolam claudere. nisi te male instituissem. Reges parthos non potest quisq̄ salutare sine munere. tibi ualedicere non licet gratis. Quid istic ab Epicuro mutuum sumam. Multis parasse diuitias non finis miseriarum fuit sed mutatio. Nec hoc miror. non est enim in rebus uicium. sed in ip̄o animo. Illud autem quod paupertatem nobis grauem fecit. et diuitias graues facit. Quemadmodū nichil differt. utrū egrū in ligneo lecto an in aureo colloces. quocumq; enim illum transtuleris. morbum secum suum transferet. sic nichil refert. utrum animus eger in diuitiis an in paupertate ponatur. Nā malū suū illum sequetur. Val.

·XVIII·
Vt sine luxuria dies festus agatur. et de paupertate ultro petenda. et qualiter modica ira gignit insaniam.

DEcember est mensis. cum maxime ciuitas sudat. Ius luxurie publice datum est. Ingenti apparatu sonant omnia. tanq̄ quicq̄ inter saturnalia intersit. et dies rerū agendarū. Adeo nichil interest. ut non uideatur michi errasse qui dixit. olim mensem fuisse decembrem. nunc annū. Si te hic haberem. libenter tecum conferrem. quid existimares faciendum. utrū nichil ex quotidiana consuetudine mouendum. anne dissidere uideremur cum publicis moribus. et hilarius cenandū. et exuendā togam. Nā quod fieri non nisi in tumultu et tristi tempore ciuitatis solebat. uoluptatis causa ac festorum dierum uestem mutabimus.

Si te bene noui. arbitri partibus functus. nec per omnia nos similes esse
pilleatę turbę uoluisses. nec per omnia dissimiles. nisi forte per omnia
his maxime diebus animo ui imperandum est. ut tunc uoluptatibus
solus abstineat. cum in illas omnis turba procubuit. Certissimū argu
mentum suę firmitatis capit. si ad blanda et ad luxuriam trahentia.
nec it nec abducitur. hoc multo fortius est ebrio ac uomitante populo.
siccum ac sobrium esse. illud temperatius. nec excerpere se nec insigni
re. nec misceri omnibus. et eadem non eodem modo facere. licet enī
sine luxuria agere festum diem. Ceterū adeo placet michi temptare a
nimi tui firmitatem. ut ex preceptis magnorum quoq; uirorū tibi pre
cipiam. Interpone aliquot dies quibus contentus minimo ac uilissimo
cibo atq; horrida ueste. dicas tibi. hoc est quod timebatur. In ipā secu
ritate animus ad difficilia se preparet. et contra iniurias fortunę in
ter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit. sine ullo hoste
uallum iacit. et superuacuo labore lassatur. ut sufficere necessario
possit. Quem in ipā re trepidare nolueris. ante rem exerceas. Hoc
secuti sunt qui omnibus mensibus paupertatem imitati prope ad in
opiam accesserunt. ne unq̄ expauescerent. quod aliquando didicissent.
Non est nunc quod existimes me dicere. ut admoneas cenas et paupe
rum cellas. et quicquid aliud est per quod luxuria diuitiarū tedio lu
dit. Grabatus ille uerus sit et sagum. et panis sordidus et durus. hec
triduo et quatriduo fer. interdum pluribus diebus. ut non lusus sit.
sed experimentū. Tunc michi crede Lucili exultabis dipondio satur.
et intelliges ad securitatem non opus esse fortuna. Hoc enī quod neces
sitati sat est. debet irata. Non est tamen quare tu multū tibi facere
uidearis. Facies enim quod multa milia seruorum. multa milia pau
perum faciunt. Illo nomine te suscipe. Quod facies non coactus. tam
facile erit tibi illud pati semper. q̄ experiri aliquando. Exerceamur
ad paululū. et ne inparatos nos fortuna deprehendat. fiat nobis pa
upertas familiaris. Securius diuites erimus. si scierimus q̄ non sit
graue pauperes esse. Certos habebat dies ille magister uoluptatis epi
curus. quibus maligne famem extingueret. uisurus an aliqd deesset.
b et an dignum quod quis magno labore pensaret. Hoc certe in his epi
a ex plena et consumata uoluptate uel quantū deesset.

stolis ait

stolis ait quas scripsit carino magistratu iam ad polienum. Et quidem gloriatur non toto asse pasci Metrodorum. qui nondum tantũ pro fecerit. Toto tu in hoc uictu saturitatem putas esse. et uoluptas est. Voluptas autem non illa leuis et fugax et subinde reficienda. sed stabilis et certa. Non enim horrida res est aqua et polenta et frustũ ordeacei panis. sed summa uoluptas est. posse capere etiam ex his uo luptatem. et ad id se deduxisse. quod nulla eripere iniquitas fortu ne possit. Liberiora alimenta sunt carceris. Sepositos ad capitale supplicium. non tam anguste qui occisurus est pascit. Quanta ē ani mi magnitudo. ad id sponte sua descendere. q̄ nec ad extrema quidē decretis timendum sit. hoc est preoccupare tela fortune. Incipe er go mi Lucili sequi horum consuetudinem. et aliquos dies destina quibus secedas a tuis rebus. minimoq; te fac familiarem. Incipe cũ paupertate habere cōmercium. Aude hospes contemnere opes. et te quoq; dignum finge deo. Nemo alius deo dignus q̄ qui opes contemp sit. quarum possessionem tibi non interdico. sed efficere uolo ut illas intrepide possideas. Quod uno consequeris modo. si te et sine illis beate victurũ persuaseris tibi. si illas tanq̄ exiturus semper aspexe ris. Sed iam incipiamus epistolam complicare. Prius inquis redde qđ debes. Delegabo te ad Epicurum. Ab illo fiet numeratio. Immodica ira gignit insaniam. hoc q̄ uerum sit scies. cum habueris et seruum et inimicum. In omnes personas hic exardescit affectus. Tam nasci tur ex amore q̄ ex odio. non minus inter seria q̄ inter lusus et iocos. Nec interest ex q̄ magna causa nascatur. sed in qualem perueniat a nimum. Sic ignis non refert q̄ magnus. sed in quo incidat. Nam etiã maximũ solida non receperunt. Rursus arida et corripi facilia. scin tillam quoq; fouent usq; in incendium. Ita est mi Lucili. Ingentis ire exitus furor est. et ideo ira uitanda est. non moderationis causa sed sanitatis.

·XVIIII·

De secessu ĩ ociũ et de pplexitate cōcatenantiũ se cupiditatũ uitanda et de cena cũ amicis.

Exulto quotiens epistolas tuas accipio. Implent enim me bona spe. et iam non promittunt de te sed spondent. Ita fac oro atq; obsecro. Quid enim habeo melius q̄ amicũ rogem. q̄ q̄ pro ipso rogaturus sum. Si potes subduc te istis occupationibus. sin

minus. eripe. Satis multū temporis sparsimus. Incipiamus in senec
tute uasa colligere. Nū quid inuidiosum est? In freto uiximus. mo
riamur in portu. Neq; ego suadeo tibi nomen ex ocio petere. quod
nec iactare debes nec abscondere. Nunq̄ enim eo te abigam. gene
ris humani furore damnato. ut latebram tibi aliquam parari et
obliuionem uelim. Id age ut ocium tuū non emineat. sed appareat.
deinde uidebunt te isti quibus integra sunt et prima consilia. an ue
lint uitam per obscura transmittere tibi liberū non est. In mediū
te protulit ingenii uigor. scriptorū elegantia. clare ac nobiles ami
citie. Tanta te noticia inuasit ut si in extrema mergaris. ac penitus
recondaris. tamen priora monstrabunt. Tenebras habere non potes.
Sequetur quocunq; fugeris. multum pristine lucis. Quietem potes
uendicare sine ullius odio. sine desiderio aut morsu animi tui. Quid
enim relinques quod inuitus relictū a te possis cogitare? Clientes?
quorū nemo te ipsum sequitur? Amici? Sed olim aliquid ex te ami
citia petebatur. nūc preda. Mutabunt testamenta destituti senes.
Migrabit ad aliud limen salutator. Non potest paruo res magna cō
stare. Estima. utrum te relinquere. an aliquid ex tuis malis. Vtinā
quidem senescere tibi contigisset. intra natalium tuorū modū. nec
te in altum fortuna misisset. Tulit te longe a conspectu uite salubris
rapida felicitas. Prouincia et procuratio et quicquid ab his promit
titur. maiora deinde officia te excipient. et ex aliis alia. Quis exi
tus erit? Quid expectas? donec desinas habere quod cupias. nūq̄
erit tempus. Qualem dicimus esse seriem causarum ex quibus nec
titur fatum. talem esse cupiditatum. Altera ex alterius fine nascitur.
In eam dimissus es uitam. que tibi nunq̄ terminū miseriarū ac ser
uitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem iugo tritam. Semel illam
incidi. q̄ semper premi satius est. Si te ad priuata rettuleris. mino
ra erunt omnia. sed affatim implebunt. At nunc plurima et undiq;
congesta nō satiant. Vtrum autem mauis ex inopia saturitatem.
an in copia famem? Et auida felicitas est et aliene auiditati ex
posita. Quā diu tibi nichil fuerit satis. ipse aliis non eris. Quomodo
inquis exibo? Vtcunq;. Cogita q̄ multa temere pro pecunia. q̄

multa laboriose pro honore tentaueris. Aliquid et pro ocio audendū est. aut in ista solicitudine procurationū et deinde urbanorū officiorū senescendum in tumultu ac semper nouis fluctibus. quos effugere nulla modestia. nulla uitę quiete contigit. Quid enim ad rem pertinet an tu quiescere uelis? fortuna tua non uult. Quid si illi etiā permiseris crescere? Quantū ad successum accesserit. accedet ad metus. Volo tibi hoc loco referre dictum Mecenatis. vera in ipso eculeo docuit. Ipsā enī altitudo attonat sūma. Si queris in quo libro dixerit. in eo qui prometheus inscribitur. hoc uoluit dicere. Attonita habet sūma. Est ergo tanti ulla potentia. ut sit tibi tam ebrius sermo? Ingeniosus ille uir fuit. magnum exemplum romanę eloquentię daturus. nisi illum eneruasset felicitas. imo castrasset. Hic te exitus manet. nisi iam contrahes uela. nisi quod ille sero uoluit. terram leges. Poteram hoc loco tecum et in hac Mecenatis sententia parem facere rationem. Sed mouebis controuersiam michi si noui te. nec uoles quod debeo ī aspero et probo accipere. Vt se res habet. ab Epicuro uersura facienda est. Ante inquit circūspiciendū est cum quibus edas et bibas. q̄ quid edas et bibas. nam sine amico leonis uisceratio ac lupi uita dā est. Hoc non continget tibi nisi secesseris. alioquin habebis conuiuas. quos ex turba salutantium nomine cratere digesseris. Errat autem qui amicum in atrio querit. in conuiuio probat. Nullū habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus. q̄ q amicos sibi putat quibus ipse non est. q beneficia sua iudicat efficacia ad conciliandos animos. cum quidam. quo plus debent gratię. magis oderint. Leue es alienum. debitorem facit. graue inimicū. Quid ergo? Beneficia non parant amicicias? Parant. si accepturos licuit eligere. si collata. si sparsa sunt. Itaq; dum incipis esse tuę mentis. interim hoc consilio sapientium utere. ut magis ad rem esse times pertinere. quis. q̄ quid acceperit. Val.

·XX·

De cōcordia doctrine cū uita et de ēqualitate uite custodiēda et de paupertatis beneficio et q̄ magnus est q ī diuitiis pauper est sed securior q caret diuitiis.

Si uales et te dignum putas qui aliquando fias tuus. gaudeo. Mea enim gloria erit. si te istinc ubi sine spe exeundi fluctuas extraxero. Illud autem te mi Lucili oro atq; hortor ut philosophiam ī precordia ima demittas. et experimentū profectus

tui capias. non oratione nec scripto. sed animi firmitate. cupiditatũ diminutione. Verba rebus proba. Aliud propositum est declamantibꝫ. et assensionẽ corone captantibus. aliud his qui iuuenũ et ociosorum au res disputatione uaria aut uolubili detinent. Facere docet philosophia non dicere. et hoc exigit ut ad legem suam quisq; uiuat. ne orationi uita dissentiat. ut ipa inter se uita unius sine omnium actionũ dissen tione coloris sit. Maximum hoc est et officium sapientie et indiciũ. ut uerbis opera concordent. ut ipe ubiq; par sibi idemq; sit. Quis hoc prestabit? pauci. aliqui tamen. est difficile hoc. Nec hoc dico sapientẽ uno semper iturum gradu. sed una uia. Obserua itaq; numquid uestis tua domusq; dissentiant. numquid in te liberalis sis. in tuo sordidus. numquid cenes frugaliter. edifices luxuriose. Vnam semel ad quam uiuas regulam prende. et ad hanc omnem uitam tuam exequa. Qui dam se domi contrahunt. dilatant foris et distendunt. Vitium est hec diuersitas. et signũ uacillantis animi. ac non dum habentis tenorẽ suum. Etiam nũc dicam unde sit ista inconstantia. et dissimilitudo rerum consiliorumq;. Nemo proponit sibi quid uelit. nec si proposuit perseuerat in eo. sed transilit. nec tantum mutat sed redit. et in ea quę deseruit ac damnauit reuoluitur. Itaq; ut relinquam diffiniti ones sapientię ueteres. et totũ complectar humanę uitę modũ. hoc possum contentus esse. Quid est sapientia? Semper idem uelle et idẽ nolle. licet illam exceptiunculam non adicias. ut rectum sit quod uelis. Non potest enim cuiq. semper idem placere. nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid uelint. nisi eo momento quo uolunt. In totũ nulli uel le ac nolle decretum est. Variatur quotidie iudicium. et in contra rium uertitur. ac plerisq; agitur uita per lusum. Preme ergo quod cepisti. et fortasse perduceris aut ad summum. aut eo quod summũ non dum solus esse intelligas. Quid fiet inquis huic turbe familiarum. siue rei familiarum? Turba ista cũ a te pasci desierit. ipa te pa scet. aut quod tu beneficio tuo scire non potes. paupertate scies. Illa uero certos amicos retinebit. discedet quisquis non te sed aliud se quebatur. Non est tantũ ob hoc amanda paupertas. q. a quibus a meris ostendet. O quando ille ueniet dies. quo nemo in honorem

tuum mentietur. Huc ergo cogitationes tue tendant. hoc cura. hoc opta. omnia alia uota deo remissurus. ut contentus sis temet ipso. et ex te nascentibus bonis. Que potest esse felicitas propior? Redige te ad parua. ex quibus cadere non possis. Idque ut libentius facias: ad hoc pertinebit tributum epistole huius. quod statim conferam. Inuideas licet: etiam nunc pro me dependet epicurus. Magnificentior crede michi sermo tuus in grabato uidebitur et in panno. Non enim dicentur tantum illa. sed probabuntur. Ego certe aliter audio que dicit demetrius noster. cum illum uidi nudum quanto minus quam in stramentis cubantem. non preceptor ueri. sed testis est. Quid ergo? non licet diuitias in sinu positas contemnere? Quidni liceat? Et ille ingentis animi est. qui illas circumfusas sibi multum diuque miratus quod ad se uenerit ridet. suasque esse audit magis quam sentit. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus ille qui in diuitiis pauper est. Nescio inquis. quomodo iste paupertatem laturus sit. si in illam inciderit. Nec ego scio Epicuri angulus. quomodo iste pauper sit contempturus diuitias. si in illas inciderit. Itaque in utroque mens estimanda est. inspiciendumque an ille paupertati indulgeat. an hic diuitiis non indulgeat. Alioquin leue argumentum est bone uoluntatis grabatus aut pannus. ubi apparuit aliquem illa non necessitate pati. sed malle. Ceterum magne indolis est ad ista non properare tamquam meliora: sed preparari tamquam ad facilia. Et sunt lucili facilia. Cum uero multo ante meditatus accesseris. iocunda quoque. Inest enim illis sine qua nichil est iocundum: securitas. Necessarium ergo iudico id quod tibi scripsi magnos uiros sepe fecisse. aliquos dies interponere. quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad ueram. Quod eo magis faciendum est. quia deliciis permaduimus. et omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitandus e somno et uellicandus est animus. admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur diues. Quisquis exit in lucem. iussus est lacte et panno esse contentus. Ab his initiis nos regna non capiunt. Vale.

XXI.

Quod tendentem ad philosophiam impedit mundane felicitatis falsa extimatio et quod solum studiosum ingenium facit aliquem clarum et quod in omni loco quod hic cupimus cupiditatibus detrahendum est.

Cum istis tibi negocium iudicas. de quibus scripseras. Maximum negocium tecum habes. Tu tibi molestus es. Quid

uelis nescis. Melius probas honesta quam sequeris. Vides ubi posita sit
felicitas. sed ad illam peruenire non audes. Quid sit autem quod te
impediat. quia parum ipse dispicis. dicam. Magna esse hec existimas
que relicturus es. et cum proposuisti tibi illam securitatem ad quam
transiturus es. retinet te huius uite a qua recessurus es fulgor. tamquam
in sordida et obscura casurum. Erras lucili. ex hac uita ad illam
ascenditur. Quod interest inter splendorem et lucem. cum hec certam
originem habeat ac suam. ille nitet alieno. hoc inter hanc uitam et
illam. hec fulgore extrinsecus ueniente percussa est. crassam illi
umbram statim faciet. quisquis obstiterit. Illa uero suo lumine illu
stris est. Studia te tua clarum et nobilem efficient. Exemplum epi
curi referam. Cum Idomeneo scriberet. et illum a uita speciosa ad
fidelem stabilemque gloriam reuocaret. rigide tunc potentie mini
strum et magna tractantem. si gloria inquit tangeris. notiorem
te epistole mee facient. quam omnia ista que colis. et propter que co
leris. Numquid ergo mentitus est? Quis Idomenea nosset. nisi il
lum Epicurus litteris suis incidisset? Omnes illos megistanas et sa
trapas et regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur. obliuio
alta suppressit. Nomen attici perire Ciceronis epistole non sinunt.
Nichil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener. et Drusus
Cesar pronepos. Inter tam magna nomina taceretur. nisi illum Cice
ro applicuisset. Profunda super nos altitudo temporis ueniet. pauca
ingenia caput exerent. et in idem silentium quandoque obitura obli
uioni resistent. ac se diu uindicabunt. Quod Epicurus amico suo po
tuit promittere. hoc tibi lucili promitto. Habebo apud posteros gra
tiam. possum mecum duratura nomina educere. Virgilius noster
duobus memoriam eternam promisit. et prestat. Fortunati ambo
siquid mea carmina possunt. Nulla dies umquam memori uos eximet
euo. Dum domus enee capitoli immobile saxum Accolet. imperiumque
pater romanus habebit. Quoscumque in medium fortuna protulit.
quicumque membra ac partes aliene potentie fuerant. horum gratia
uiguit. Domus frequentata est dum ipsi steterunt. Post ipsos cito
memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio. nec ipsis tantum

honor habetur. sed quicquid illorum memorię adhesit excipitur. Ne
gratis Idomeneus in epistolam meam uenerit. ipse eam de suo redimet.
Adhunc epicurus illam nobilem sententiam scripsit. qua hortatur
ut pithoclea locupletem non publica nec ancipiti uia faciat. Si uis
inquit pithoclea diuitem facere. non pecunię adiciendū. sed cupi
ditati detrahendum est. Et apertior est ista sententia. q̄ ut inter
pretanda sit. et disertior q̄ ut adiuuanda sit. Hoc unū te admoneo.
ne istud tantū existimes de diuitiis dictum. Quocumq; transtuleris.
idem poterit. Si uis pithoclea honestum facere. non honoribus adi
ciendum. sed cupiditatibus detrahendum est. Si uis pithoclea esse
ī perpetua uoluptate. non uoluptatibus adiciendum est. sed cupidi
tatibus detrahendum. Si uis pithoclea senem facere. et implere ui
tam. non annis adiciendum est. sed cupiditatibus detrahendū. Has
uoces non est q. Epicuri iudices esse. publice sunt. Quod fieri in se
natu solet. ego quoq; in philosophia faciendum existimo. Cum cen
suit aliquis quod ex parte michi placeat. iubeo illum diuidere sentē
tiam et sequor. Probe eo libentius epicuri egregia dicta cōmemoro
ut isti qui ad illa confugiunt. spe mala inducti. qui uelamenta ipsa ui
ciorum suorum se habituros existimant. probent. quocumq; ierint ho
neste esse uiuendum. Cum adierint ista. audient istic ortulos et in
scriptum ortulis. hospes. hic bene manebis. hic sūmū bonū uoluptas
est. Paratus erit istius domicilii custos. hospitalis humanus et te po
lenta excipiet. et aquam quoq; large ministrabit et dicet. Et quid
bene acceptus es? Non irritant inquit hi ortuli famem. sed extingūt.
Nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt. sed naturali et gratuito
remedio sedant. In hac uoluptate consenui. de his tecum desideriis
loquor. quę consolationem non recipiunt. quibus dandum est aliqd
ut desinant. Nam de illis extraordinariis quę licet differre. licet
castigare et opprimere. hoc unū commonefaciam. Ista uoluptas na
turalis est non necessaria. Huic nichil debes. Siquid impendis uo
luntarium est. Venter precepta non audit. poscit. appellat. nō
est tam molestus creditor. paruo dimittitur. si modo das illi quod
debes non quod potes. Val.

·XXII·

Q̄ occupationes cōsilio relinquē de sūt. nō precipitanē fugiendū et de uana q̄rela occupatorū qui peiores moriunē q̄ nascantur·

IAm intelligis educendum esse te ex istis occupationibus speciosis et malis. Sed quomodo id consequi possis queris. Quedā non nisi a p̄sente monstrantur. Non potest medicus ꝑ epistolas. cibi aut balnei tempus eligere. Vena tangenda est. Vetus prouerbiū est. gladiatorem in arena capere consiliū. Aliquid aduersarij uultus. aliquid manus mota. aliquid ip̄a inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri soleat. quid oporteat in uniuersum. et mandari potest et scribi. Tale consilium nō tantum absentibus. sed etiam posteris datur. Illud medianale alterū. quando fieri debeat. uel quemadmodum. ex longinquo nemo suadebit. Cum rebus ipsis deliberandum ē. Non tantum presentis sed uigilantis est. occasionem obseruare properantem. Itaq; hanc circumspice. hanc si uideris prende. et toto impetu et uiribus id age. ut te istis officijs exuas. Et quidē quā sententiam feram attende. Censeo aut ex ista uita tibi. aut e uita exeundū. Sed idē illud existimo. leni eundū uia. ut quod male implicasti soluas potius q̄ abrumpas. Nemo tam timidus est ut malit semꝑ pendere. q̄ semel cadere. Interim quod primū est. impedire te noli. Contentus esto negocijs ī que descendisti. uel quia uideri mauis incidisti. Non est q̄ ad ulteriora nitaris. ut perdas excusationem et apparebit te non incidisse. Ista enim que dici solent. falsa sunt. Non potui aliter. Quid? Si nollem. necesse erat. Nulli necesse est felicitatem cursu sequi. Est aliquid etiam si non repugnare. subsistere. nec instare fortunę ferenti. Numquid offenderis si in consilium non tantū uenio. sed aduoco. et quidem prudentiores q̄ ip̄e sum. ad quos soleo deferre siquid delibero. Epicuri epistolam ad hāc rem pertinentem lege Idomeneo que scribitur. quē rogat ut quantum potest fugiat et properet. ante q̄ aliqua uis maior interueniat. et auferat libertatem recedendi. Idem tamen subicit. nichil esse tentandū. nisi cum apte poterit tempestiueq; tentari. Sed cum illud tempus diu captatum uenerit. exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantē uetat. et sperat salutarem etiam ex difficillimis exitum. si nec properemus ante tempus. nec cessemus in tempore. Puto nūc et stoicam sententiā queris. Non est q̄ quis q̄ illos apud te temeritatis infamet. Cautiores sunt q̄ fortiores. Expectas forsitan ut tibi hoc dicant. Turpe est cedere oneri.

luctare cum officio quod semel recepisti. non est fortis uir ac strenuus: qui
laborem fugit. Verum est. ut (at ubi) crescat illi animus ex ipsa rerum difficulta
te. Dicentur tibi ista scilicet si operepretium habebit perseuerantia. Si
nichil indignū bono uiro patiendum faciendū ue erit. alioquin sordido
se et contumelioso labore non conteret. nec ī negociis erit causa negocij.
Ne illud quidem quod existimas facturū cum faciet. ut ambitiosis rebus
implicatus. semper estus earū ferat. Sed cum uiderit grauia in quibus
uolutatur. incerta. ancipitia. referet pedem. non uertet terga. sed sē
sim recedet in tutū. Facile est autem mi Lucili occupationes euadere si
occupationū precia contempseris. Illa sunt que nos morantur et deti
nent. Quid ergo? Tam magnas spes relinquam? Ab ipsa messe discedā?
Nudum erit latus. incomitata lectica. atrium uacuū? Ab his ergo in
uiti homines recedunt. et mercedem miseriarum amant. et tamen ipsas
execrantur. Sic de ambitione. quomodo de amica queruntur. Idem
si uerum affectum eorum inspicias. non oderunt sed litigant. Excute istos
qui que cupiere deplorant. et de earum rerum loquuntur fuga. quibus
carere non possunt. Videbis uoluntariam esse illis in eo moram. quod e
gre ferre ipsos et misere loquuntur. Ita est Lucili. Paucos seruitus. plures
seruitutem tenent. Sed si deponere illam in animo est. et libertas bo
na fide placuit. in hoc aūt unū aduocationem petis ut sine perpetua
sollicitudine id tibi facere contingat? Quidni tota te cohors stoicorū
probatura sit? Omnes Cenones et Crysippi moderata et honesta tua
suadebunt. Sed si propter hoc tergiuersaris ut circumspicias quantum
feras tecum. et q̄ magna pecunia instruas ocium. nunq̄ exitū inue
nies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem uitam propi
ciis diis. sed non sic. quomodo istis propicij sunt. quibus bono ac be
nigno uultu mala magnifica tribuerunt. ad hoc unum excusati q
ista que urunt. que excruciant. optantibus data sunt. Iam imprime
bam epistole signum. Resoluenda est. cum sollenni ut ad te munuscu
lo ueniat. et aliquam magnificam uocem ferat secum. et occurrit mi
chi ecce nescio utrum uerior an eloquentior. Cuius inquis? Epicu
ri. Adhuc enī alienas sarcinas adoro. Nemo non ita exit e uita.
tanq̄ modo intrauerit. Quemcunq; uis occupa. adolescentē. senem.

medium. Inuenies eque timidum mortis, eque inscium uite. Nemo
quicq̃ habet facti. In futurum enĩ nostra distulimus. Nichil me ma
gis in ista uoce delectat. q̃ q exprobratur senibus infantia. Nemo
inquit aliter q̃ quomodo natus est exit e uita. Falsum est. Peiores
morimur q̃ nascimur. Nostrum istud. non nature uitium est. Illa
nobiscum conqueri debet et dicere. Quid hoc est? Sine cupiditatib'
uos genui. sine timoribus. sine superstitione. sine perfidia. ceterisq;
pestibus. Quales intrastis. precipio exite. Percepit sapientiam. siquis
tam securus moritur q̃ nascitur. Nunc uero trepidamus. cũ periculũ
accessit. Non animus nobis. non color constat. lacrime nichil profu
ture cadunt. Quid est turpius. q̃ in ipso limine securitatis esse solici
tum? Causa autem hec est. q inanes omnium bonorũ sumus. Vite
laboramus. Non enim apud nos pars eius ulla subsedit. Transmissa
est et effluxit. Nemo q̃ bene uiuat. sed q̃ diu curat. cũ omnibus pos
sit contingere ut bene uiuant. ut diu. nulli. Val.

·XXIII·

De solido et inani gaudio et de malo uite principio.

Putas me tibi scripturum. q̃ humane nobiscum hiems ege
rit. que et remissa fuerit et breuis. q̃ malignũ uer sit. q̃
preposterũ frigus. et alia inepta uerba querentium. Ego
uero aliquid quod et michi et tibi prodesse possit. scribam. Quid
autem id erit. nisi ut te exhorter ad bonam mentem? Huius fun
damentum quod sit queris? Est. ne gaudeas uanis. Fundamẽtũ
hoc esse dixi? Culmen est. Ad sũmam peruenit. qui scit quo gau
deat. qui felicitatem suam in aliena non posuit. Solicitus est et
incertus sui. quẽ spes aliena proritat. licet ad manũ sit. licet nõ
ex difficili petatur. licet illum nunq̃ sperata deceperint. Hoc ante
omnia fac mi Lucili. disce gaudere. Existimas nũc me detrahere
tibi multas uoluptates. Imo contra. nolo tibi unq̃ deesse leticiam.
qui fortuita sũmoueo. qui spes. dulcissima oblectamenta. deuitã
das existimo. Volo tibi leticiam domi nasci. Nascatur. si modo ĩ
tra te ipm̃ sit. Cetere hilaritates non implent pectus. sed frontẽ
remittunt. leues sunt. nisi forte tu iudicas eum gaudere. qui ri
det. Animus debet esse fidens et alacer. et supra omnia erectus.
Michi crede. uerum gaudium res seuera est. An tu existimas

quenq̃ soluto uultu et ut isti delicati loquuntur. hilari oculo. mortem
contemnere. paupertati domũ aperire. uoluptates tenere sub freno.
meditari dolorum patientiam? hec qui apud se uersat. in magno ga
udio est. sed parum blando. In huius gaudii possessione esse te uolo.
Nunq̃ deficiet. cum semel petatur. Inuenis leuiũ metallorũ fruc
tus in summo est. Illa opulentissima sunt. quorũ in alto latet uena.
assidue plenius responsura fodienti. Hec quibus delectatur uulgus
tenuem habent ac perfusoriam uoluptatem. Et quodcunq; inuenti
cium gaudium est. fundamento caret. Hoc quod loquor ad quod
te conor perducere. solidum est. et quod plus pateat introrsus. fac
oro te Lucili carissime. quod unum te potest prestare felicem. dis
sice et conculca ista que extrinsecus splendent. que tibi promittunt
ab alio uel ex alio. Ad uerum specta gaudium. de tuo gaude. Quid
aut est hoc de tuo? De te ipso et optima tui parte. Corpusculum q;
et si nichil potest fieri sine ipso. magis necessariam rem crede q̃ ma
gnam. Vanas suggerit uoluptates. breues. penitendas. ac nisi ma
gna moderatione temperentur. in contrarium habituras. Ita dico
in precipiti uoluptas ad dolorem uergit. nisi modum tenuerit. Mo
dum autem teneri in eo difficile est. quod bonum esse credideris.
Veri boni auiditas tuta est. Quod sit istud interrogas. aut unde sub
eat dicam. Ex bona conscientia ex honestis consiliis. ex rectis actionibus.
ex contemptu fortuitorum. ex placido uite et continuo tenore. unã
prementis uiam. Nam illi qui ex aliis propositis in alia transiliunt.
aut ne transiliunt quidem. sed casu quodam transmittuntur. quo
modo habere quicq̃ certum mansurũ ue possunt. suspensi et uagi?
Pauci sunt. qui consilio se suaq; disponunt. Ceteri eorũ more que
fluminibus innatant. non eunt sed feruntur. Ex quibus alia leni
or unda detinuit ac mollius uexit. alia uehementior rapuit. alia
proxime ripe cursu languescente deposuit. alia torrens impetus in
mare deiecit. Ideo constituendũ est quid uelimus. et in eo perseue
randum. Hic est locus eris alieni soluendi. Possum enĩ tibi uocem
Epicuri tui reddere. et hanc epistolam liberare. Molestum est semp̃
uitam incoare. Aut si hoc modo magis sensus potest exprimi. Male

uiuunt qui semper uiuere incipiunt. Quare inquis? Desiderat enim explanationem ista uox. Quia semper illis imperfecta uita est. Nō potest aūt stare paratus ad mortē qui modo incipit uiuere. Sed agendum est ut satis uixerimus. Nemo hoc putat qui orditur tū maxime uitam. Nō est q. existimes paucos esse hos. propemodum omnes sunt. Quidā uero tunc incipiunt. cum desinendum est. Si hoc iudicas mirū. adiciā quod magis admireris. Quidam ante uiuere desierunt q̄. inciperent.

·xxiii·

De premeditatione futurorꝫ periculorꝫ. de nō timēda morte i quā tn̄ īconsulte anim' est inclinandus.

Sollicitū te esse scribis. de iudicij euentu. quod furor inimici denuntiat. et existimas me suasurū ut meliora tibi ipse proponas. et acquiescas spei blande. Quid enim necesse est mala accersere. et satis cito patienda cum uenerint presumere. ac presens tempus futuri metu perdere? Est sine dubio stultum. quia quandoq; sis futurus miser. esse iam miserum. Sed ego te alia ad securitatem uia ducam. Si uis omnem sollicitudinem exuere. quicquid uereris ne eueniat. euenturū utiq; proponere. et quodcunq; est illud malum. tecum ipse metire. ac timorem tuum taxa. Intelliges profecto aut nō magnū aut non longū esse quod metuis. Nec diu exempla quibus confirmeris colligenda sunt. Omnis illa tulit etas. In quancūq; partē rerum uel ciuilium uel externarum memoriam miseris. occurrent tibi ingenia. aut profectus. aut impetus magni. Numquid accidere tibi si damnaris. potest durius q̄. ut mittaris in exilium. aut ducaris ī carcerem? Numquid ultra quicq̄. corpori timendum est. q̄. ut uratur. q̄. ut pereat? Singula ista constitue. et contemptores eorū cita. qui non querendi sed eligendi sunt. Damnationē suam Rutilius sic tulit. tanq̄. nichil illi aliud molestum esset; q̄. q. male iudicaretur. Exilium Metellus fortiter tulit. Rutilius etiam libenter. Alter ut rediret. r. p̄. prestitit. alter reditum suū Sylle negauit. cui tunc nichil negabatur. Socrates in carcere disputauit. et exire cū essent qui promitterent fugam. noluit. remansitq; ut duarum grauissimarum rerum hominibus metum demeret. mortis et carceris. Mutius ignibus manū imposuit. Acerbum est uri. quanto acerbius si id te faciente patiaris? Vides hominem non eruditum. nec ullis preceptis contra mortem aut dolorem subornatum. militari tantum robore

instructum. penas a se irriti conatus exigentem. Spectator destillan
tis in hostili foculo dextere stetit. nec ante remouit nudis ossibus fluen
tem manū. q̄ illi ab hoste seducta est. Facere aliquid in illis castris
felicius potuit. fortius nichil. Vide quanto acrior sit ad occupanda
pericula uirtus. q̄ crudelitas ad irroganda. Facilius Porsenna Mu
tio ignouit quē uoluerat occidere. q̄ sibi Mutius q̄ non occiderit. De
cantate inquies in omnibus sc̄olis fabule iste sunt. Tamen cū ad cō
temnendam mortem uentū fuerit. michi Catonem narrabis. Quid
ni ego narrem ultima illa nocte platonis librum legentem. posito ad
caput gladio. Duo hec in rebus extremis instrumenta prospexerat.
alterum ut uellet mori. alterū ut posset. Compositis ergo rebus ut
cunq; componi fracte atq; ultime poterant. id agendum existimauit.
ne cui Catonem aut occidere liceret. aut seruare contingeret. et stric
to gladio quem usq; in illum diē ab omni cede purum seruauerat. ni
chil inquit egisti fortuna. omnibus conatibus meis obsistendo. Non
pro mea adhuc. sed pro patrie libertate pugnaui. nec agebam tanta
pertinacia. ut liber. sed ut inter liberos uiuerem. Nunc quoniam deplo
rate sunt res generis humani. Cato deducatur in tutum. Impressit de
inde mortiferum corpori uulnus. Quo obligato a medicis. cū minus
sanguinis haberet minus uirium. animi idem. iam nō tantū Cesa
ri sed sibi iratus. nudas in uulnus manus egit. et generosū illum con
temptoremq; omnis potentie spiritum nō emisit sed eiecit. Non in
hoc exempla nunc congero. ut ingenium exerceam. sed ut te aduersus id
quod maxime terribile uidetur. exhorter. Facilius autē exhortabor. si
ostendendo non fortes tantum uiros hoc momentū efflande anime
contempsisse. sed et quosdam ad alia ignauos. in hac re equasse animū
fortissimorum. sicut illū. Gn. Pompeij socerum Scipionē. Qui contra
rio in affricam uento relatus. cum teneri nauem suam uidisset ab ho
stibus. ferro se transuerberauit. Et querentibus ubi imperator esset.
Imperator inquit se bene habet. Vox hec parem illum maioribus fe
cit. et fatalem scipionibus ī africa gloriam non est passa interrumpi.
Multum fuit Cartaginem uincere. sed amplius mortem. Impera
tor inquit se bene habet. An aliter debebat imperator et quidem

Catonis mori? Non reuoco te ad historias. nec ex omnibus seculis contēp
tores mortis qui sunt plurimi colligo. Respice ad hec nostra tempora
de quorū languore ac deliciis querimur. Omnis ordinis homines suc
current. omnis fortune. omnis etatis. qui mala sua morte precesserint.
Michi crede lucili. adeo timenda nō est mors. ut beneficio eius nichil
anteferendum timendum ue sit. Securus itaq; inimici minas audi.
Et q̄uis conscientia tua tibi fiduciam faciat. tamen quia multa ex
tra causam ualent. et quod equissimum est spera. et ad id te quod
est iniquissimū compara. Illud autem ante omnia memento demere
rebus tumultum. ac uidere quid in quaq; re sit. Scies in his nichil
esse terribile. nisi ipm̄ timorem. Quod uides accidere pueris. hoc no
bis quoq; maiusculis pueris euenit. Illi quos amant. quibus assueuerūt.
cum quibus ludunt. si personatos uident. expauescunt. Non homini
bus tantū sed rebus persona demenda est. et reddenda facies sua.
Quid michi gladios et ignes ostendis et turbam carnificum circa te
frementem? Tolle istam pompam sub qua lates et stultos territas.
Mors est. quam nuper seruus meus. quam ancilla contempsit. Quid
tu rursus michi flagella et eculeos magno apparatu explicas? Quid
singulis articulis singula machinamenta aptata quibus torqueant̄.
et mille alia instrumenta excarnificandi p̄ticlatim hominis? Pone
ista que nos obstupescere faciunt. Iube conticescere gemitus. et excla
mationes et uocum inter lacerationem elisarum acerbitatem. Nem
pe dolor est quem podagricus ille contemnit. quem stomachicus ille
in ipsis deliciis perfert. quem in puerperio puella perpetitur. Leuis
est si ferre possum. breuis. si ferre non possum. hec in animo uoluta
que sepe audisti. sepe dixisti. Sed an uere audieris. an uere dixeris
effectu proba. hoc enim turpissimū est quod nobis obici solet. uerba
nos philosophie non opera tractare. Quid tu nūc primū mortem
īminere scisti? nunc exilium? nunc dolorem? In hoc natus es.
Quicquid fieri potest quasi futurū cogitemus. Quod facere te moneo.
scio certe fecisse. Nunc admoneo ut animū tuū non mergas in istā
sollicitudinem. Hebetabitur enim et minus habebit uigoris. cum
exurgendum erit. Abduc illum a priuata causa ad publicam.

Dic mortale tibi et fragile corpusculum esse. cui non ex iniuria tantū
aut ex potentioribus uiribus denuntiabitur dolor. Ipse uoluptates
in tormenta uertuntur. Epulę cruditatem afferunt. ebrietates
neruorum torporem. tremoremq; libidines. pedum. manuū. arti
culorum omnium dāpnationes. Pauper fiam. inter plures ero. Exul
fiam. ibi me natum putabo. quo mittar. Alligabor. Quid enim. nūc
solutus sum? Ad hoc natura graue pondus mei corporis astrinxit. Mo
riar. hoc dicis. desinam egrotare posse. Non sum tam ineptus. ut epi
cuream cantilenam hoc loco persequar. et dicam uanos esse inferorū
metus. nec Ixionem rota uolui. nec saxum humero in aduersū tru
di sisiphi. nec ullius uiscera posse quotidie et renasci et carpi. Nemo
tam puer est. ut cerberum timeat. et tenebras et laruarum habitū
nudis ossibus coherentium. Mors nos aut consumit. aut exuit. E
missis. meliora restant. onere detracto. Consumptis. nichil restat. bo
na pariter malaq; sūmota sunt. Permitte michi hoc loco referre
uersum tuum. si prius admonuero ut te iudices. nō aliis scripsisse
tantū ista. sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui. aliud sentire. Quan
to turpius alia scribere. alia sentire? Memini te illum locum aliquā
do tractasse. non repente nos in mortem incidere. sed minutatim
procedere. Quotidie morimur. quotidie enim demitur aliqua pars
uitę. Et tunc quoq; cum crescimus. uita decrescit. Infantiam ami
simus. deinde pueritiam. deinde adolescentiam: usq; ad hesternū
quicquid transit temporis. perit. Hunc ipm̄ quē agimus diem. cū
morte diuidimus. Quemadmodum clepsedra. non extremū stil
licidium exhaurit. sed quicquid ante defluxit. sic ultima hora qua
esse desinimus. non sola mortem facit. sed sola consumat. Tunc ad
illam peruenimus. sed diu uenimus. Hec dum descripsisses quo so
les ore. semper quidem magnus. nunq̄ tamen acrior q̄ ubi ueritati
uerba cōmendas. dixisti. Mors non ultima uenit. sed que rapit
ultima mors est. Malo te legas q̄ epistolam meam. Apparebit enī
tibi hanc quam timemus mortem extremam esse non solam. Video
quod spectes. queris quid huic epistolę infulserim. quod dictū ali
cuius animosum. quod preceptum utile. Ex hac ipa materia quę

Clepsedra.

in manibus fuit. mittetur aliquid. Obiurgat epicurus non minus eos
qui mortem concupiscunt. q̄ eos qui timent. et ait. Ridiculũ est cur-
rere ad mortem tedio uite. cum gratia uite ut currendũ ad mortem
esset effeceris. Item alio loco dicit. Quid tam ridiculũ q̄ appetere mor
tem. cũ uitam tibi inquietam feceris metu mortis? his adicias et illud
eiusdem note. Liquet tantam hominũ imprudentiã esse imo demen
tiam. ut timore mortis ducantur ad mortem. Quicquid horũ tracta
ueris confirma animũ uel ad mortis uel ad uite patientiam. At enĩ
in utrunq; monendi et firmandi sumus. Et ne nimis amemus uitam.
et ne nimis oderimus. etiam cum ratio suadet finire. non temere nec
cum procursu capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere
debet e uita. sed exire. et ante omnia ille quoq; uitetur affectus q̄ mul
tos occupauit. libido moriendi. Est enim mi lucili ut ad alia sic etiã
ad moriendũ inconsulta animi inclinatio. que sepe generosos atq; acer
rime indolis uiros corripit. sepe ignauos iacentesq;. Illi contemnũt uitã.
hi grauantur. Quosdam subit eadem faciendi uiuendiq; satietas. et
uite non odiũ sed fastidiũ. in quod prolabimur ipã impellente philo
sophia. dum dicimus. Quousq; eadem? nempe expergiscar. dormiã.
esuriam. algebo. estuabo. Nullius rei finis est. sed in orbem nexa sũt
omnia. fugiunt ac sequuntur. Diem nox premit. dies noctem. Estas
in autumnũ desinit. autũno hiems instat. que uere excipitur. Om
nia sic transeunt. ut reuertantur. Nichil noui facio. nichil noui ui
deo. fit aliquando et huius rei nausia. Multi sunt qui non acerbum
iudicent uiuere. sed superuacuum. Val'.

·XXV·

De corrigendis inueteratis uiciis. et de imaginaria boni uiri presentia.

Quod ad duos amicos nostros pertinet diuersa uia eundũ est.
Alterius enim uitia emendanda sunt. alterius frangenda.
Vtar libertate tota. nõ amo illum nisi offendero. Quid
ergo inquis? Quadragenariũ pupillũ cogitas. sub tutela tua retine
re? Respice etatẽ eius iam duram et intractabilem. non potest re
formari. Tenera finguntur. An profecturus sim nescio. Malo successũ
michi q̄ fidem deesse. Ne desperaueris etiam diutinos egros posse sa
nari. Si contra intemperantiã steteris. si multa inuitos et facere coe
geris et pati. Nec de altero quidem satis fiducie habeo excepto eo q̄

peccare

peccare erubescat. Nutriendus est hic pudor. qui q̃ diu in animo
eius durauerit. aliquis erit bone spei locus. Cum hoc ueterano par
cius agendum puto. ne in desperationem sui ueniat. Nec ullũ tẽpus
aggrediendi fuit melius q̃ hoc. dum interquiescat. dũ emendato si
milis est. Alys hec intermissio eius imposuit. michi uerba non dat.
Expecto cum magno fenore uitia reditura. que nunc scio cessare. nõ
deesse. Impendam huic rei dies. et utrum possit aliquid agi an non.
experiar. Tu nobis te ut facis forte presta. et sarcinas contrahe. Ni
chil ex his que habemus necessarium est. Ad legem nature reuer
tamur. Diuitie parate sunt. Aut gratuitum est quo egemus. aut ui
le. Panem et aquam natura desiderat. nemo ad hec pauper est. In
tra que quisquis desiderium suum clusit. cum ipo ioue de felicitate
contendat. ut ait Epicurus. cuius aliquam uocem huic epistole ĩuol
uam. Sic fac inquit omnia. tanq̃ spectet Epicurus. Prodest sine
dubio custodem sibi imposuisse. et habere quem respicias. quẽ inter
esse cogitationibus tuis iudices. hoc quidem longe magnificentius
est. Sic uiue tanq̃ sub alicuius boni uiri ac semper presentis oculis.
Sed ego hoc etiam contentus sum. ut sic facias quecunq; facies. tanq̃
spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cũ iam pro
feceris tantũ. ut sit tibi etiam tui reuerentia. licebit dimittas pe
dagogum. Interim te aliquorũ auctoritate custodi. Aut Cato ille
sit. aut Lelius. aut Scipio. aut cuius interuentu quoq; perditissi
morum hominũ uitia supprimentur. dum te efficis eum cũ quo
peccare non audeas. Cum hoc effeceris. et aliqua ceperit apud te
tui esse dignatio. incipiam tibi (te) permittere. quod idem suadet Epi
curus. Tunc precipue in te ipo secede. cum esse cogeris in turba. Dis
similem te multis fieri oportet. dum tibi tutum non sit a te rece
dere. circumspice singulos. Nemo est cui non satius sit. cũ quolibet
esse q̃ secum. Tunc precipue in te ipo secede. cum esse cogeris in tur
ba. si bonus uir. si quietus. si temperans. Alioquin ĩ turba ante
tibi recedendũ est. quia istic malo uiro propior es. Val.

·XXVI·

De nõ accusando defectũ na
ture. et qualr boni uiri me
ritũ mors examinat et q
egregiũ sit mortẽ discere.

Modo dicebam tibi. in conspectu me esse senectutis. Iam ue
reor ne eam post me reliquerim. Aliud iam his annis certe

huic corpori uocabulū conuenit. quoniam quidem senectus. lasse
etatis non fracte est nomen. Inter decrepitos me numera. et ex
trema tangentes. Gratias tamen michi apud te ago. Non sentio ī
animo etatis iniuriam. consentiā in corpore. tantū uitia et uiti
orum ministeria senuerunt. Viget animus et gaudet. nō multū
sibi esse cū corpore. Magnam partem oneris sui posuit. Exultat
et michi controuersiam facit de senectute. hūc ait esse florē suum.
Credamus illi. bono suo utatur. Ire in cogitationē iubet et dispi
cere. quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientie de
beam. quid etati. et diligenter excutere. que non possim facere.
que nolim. prodesse. habiturus si nolim. Quicquid non posse me
scio gaudeo. Que enim querela est. quod ī commodū. si quiqd
debeat desinere. deficit.~ In cōmodum sūmum est inquis. minui
et deperire. et ut proprie dicam liquescere. Non enim subito im
pulsi ac prostrati sumus. sed carpimur. Singuli dies aliquid sub
trahunt. Et quis exitus est melior. q̃ in finem suum natura sol
uente delabi.~ non quia aliquid mali est ictus. et e uita repenti
nus excessus. sed quia lenis hec est uia. subduci.~ Ego certe ue
lut appropinquem experimento. et ille sententie de omnibus ami
cis meis ferende dies uenerit. ita me obseruo et alloquor. Ni
chil est inq̃ adhuc quod aut rebus aut uerbis exhibuimus. Leuia
sunt ista et fallacia pignora animi. multisq; inuoluta lenocinijs.
Quid profecerim. morti crediturus sum. Non timide itaq; com
ponor ad illū diem. quo remotis strophis ac fucis. de me iudi
caturus sum. utrum loquar fortia. an sentiam. nunquid simu
latio fuerit et minus. quicquid contra fortunam iactaui uerbo
rum contumacium. Remoue hominū existimationem. Dubia
semper est. et in partem utranq; diuiditur. Remoue studia.
totam uitam tracta. Mors de te pronuntiatura est. Ita dico.
disputationes et litterata colloquia. et ex preceptis sapientum
uerba collecta. et eruditus sermo non ostendunt uerū robur
animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid e
geris tunc apparebit. cum animam ages. Accipio conditionē

non reformido iudicium. Hoc mecũ loquor. sed tecum quoq; me
locutum puta. Junior es. non refert. non dinumerantur anni. Jn
certum est quo te loco mors spectet. Jtaq; tu illam omni loco expec
ta. Desinere iam uolebam et manus spectabat ad clausulam. sed
conficienda sunt sacra. et huic epistolę uiaticum dandum est. Pu
ta me non dicere. unde sũpturus sum mutuum. Scis cuius arca
utar. Expecta me pusillum. et de domo fiet numeratio. Jnterim
cõmodauit Epicurus qui ait. Meditare. uel mortem commodius
sit transire ad nos. uel nos ad illam. Hic patet sensus. Egregia res
est mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere. quo
semel utendum est. hoc est ipm. quare meditari debeamus. Sem
per discendum est. quod an sciamus experiri nõ possumus. Medi
tare mortem. qui hoc dicit. meditari libertatem iubet. Qui mo
ri discit. seruire dediscit. Supra omnem potentiã est. certe extra
omnem. Quid ad illum carcer. et custodia. et claustra. Liberũ
hostium habet. una est catena. quę nos alligatos tenet. amor ui
tę. qui ut non est abiciendus. ita minuendus est. ut siquando res
exigat. nichil nos detineat. nec impediat. quo minus parati simus
quod quandoq; faciendũ est. statim facere. Val.

·XXVII·

De uoluptatũ nocumẽto et uirtutis gaudio ad quod p externũ adiutoriũ nõ uenitur et q nũq nimis dicat qd nõ satis dicatur.

TU me inquis mones. Jam eñ te ipm correxisti. iam mo
nuisti. ideo aliorũ emendationi uacas. Non sum ita im
probus. ut curationes eger obeam. sed tanq̃ in eodẽ uali
tudinario iaceam. De cõmuni tecũ malo colloquor. et remedia cõ
munico. Sic itaq; me audi. tanq̃ mecũ loquar. Jn secretũ te meũ
admitto. et te adhibito. mecũ exigo. Clamo michi ipe. Numera
annos tuos. et pudebit eadem uelle. quę uolueris puer. eadẽ pa
rare. Hoc deniq; tu tibi ante diem mortis presta. Moriantur an
te te uicia tua. Dimitte ipas uoluptates turbidas. magno leuan
das. Non uenture tantum. sed et preterite nocent. Quemadmo
dum scelera etiam si non sunt deprehensa cũ fierent. sollicitudo
nõ cum ipis abyt. ita improbarũ uoluptatũ etiam post ipsas pe
nitentia est. Non sunt solide. non sunt fideles. Etiam si non no
cent. fugiunt. Aliquod bonum potius mansurũ circumspice.

Nullum autem est. nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus
prestat gaudium perpetuum. securū. etiam siquid obstat. Nubium
modo interuenit. que infra feruntur. nec unq̄ diem uincunt. Quā
do ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidem cessatur ad
huc sed festinatur. Multum restat operis. in quod ipse necesse est uigi
liam. ipse laborem tuum impendas. si effici cupis. Delegationē ista
res non recipit. Aliud litterarū genus adiutorium admittit. Cal
uisius sabinus memoria nostra fuit diues. et patrimoniū habebat
libertini et ingenium. Nunq̄ uidi hominē beatius incedentē. Huic
memoria tam mala erat. ut illi nomen modo ulixis. modo priami.
modo achillis excideret. quos tam bene nouerat. q̄ pedagogos nostros
nouimus. Nemo uetulus nominū dator. qui nomina non reddit. sed
imponit. tam properanter q̄ ille troianos et achiuos persalutabat.
Nichilominus uolebat eruditus uideri. hanc itaq; compendiariam ex
cogitauit. Magna sūma emit seruos. unū qui homerū teneret. alte
rum qui hesiodum. Nouem preterea lyricis totidem assignauit.
Magno emisse illum nō est quod mireris. Non inuenerat faciendo. sed
locauit. Postq̄ illi hec familia comparata est. cepit conuiuas suos ī
quietare. habebat ad pedes suos hos. a quibus cum subinde peteret
uersus quos referret. sepe ī medio uerbo excidebat. Suasit illi Sa
tellius quadratus stultorū diuitū arrosor. et quod sequitur arrisor.
et quod his duobus adiunctū est derisor. ut grāmaticos haberet a
nalectas. Cum dixisset sabinus centenis milibus sibi constare singu
los seruos. minoris inquit scrinia emisses totidem. Ille tamen ī ea
opinione erat. ut putaret se scire. quod quisq̄ in domo sua sciret.
Idem Satellius illum hortari cepit. ut luctaretur. hominē egrum.
pallidum. gracilem. Cum Sabinus respondisset. et quomodo pos
sum? uix uiuo. noli obsecro te inquit istuc dicere. Non uides q̄
multos ualentissimos seruos habeas? Bona mens nec accōmoda
tur. nec emitur. Et puto si uenalis esset. non haberet emptorem.
At mala quotidie emitur. Sed accipe iam quod debetur. et uale.
Diuitie sunt ad legem nature composita paupertas. Hoc sepe di
cit Epicurus aliter atq; aliter. sed nunq̄ nimis dicitur. quod

nunquam satis dicatur. Quibusdam remedia monstranda. quibusdam
inculcanda sunt. Val(e).

·XXVIII·

Quod non loca mutatione sed animi tristicia tollitur et de non prouocando discrimine et quod initium salutis cognitio sit peccati.

Hoc tibi soli putas accidisse. et admiraris quasi rem nouam.
quod in peregrinatione tam longa et tot locorum uarietatibus
non discussisti tristiciam grauitatemque mentis. Animum
debes mutare non celum. Licet uastum traiecteris mare. licet ut ait
Virgilius noster. terreque urbesque recedant. sequentur te quoque quo
cunque perueneris uitia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait.
Quid miraris. nichil tibi peregrinationes prodesse. cum te circumferas?
premit te eadem causa que expulit. Quid terrarum iuuare nouitas
potest? quid cognitio urbium ac locorum? In irritum cedit ista iac
tatio. Queris quare te fuga ista non adiuuet? Tecum fugis. Onus a
nimi deponendum est. Non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc
esse habitum tuum cogita. qualem Virgilius noster uatis induxit iam
incitati et instigati. multumque habentis in se spiritus non sui. Bac
chatur uates magnum si pectore possit. excussisse deum. Vadis huc
illuc. ut excutias insidens pondus. quod ipsa iactatione incommo
dius fit. Sicut in naui onera immota minus urgent. Inequaliter
conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quic
quid facis contra te facis. et motu ipso noces tibi. Egrum enim concutis.
at cum istuc exemeris malum omnis mutatio loci iocunda fiet. In
ultimas expellaris terras licebit. in quolibet barbarie angulo col
loceris. hospitalis tibi illa qualiscunque sedes erit. Magis quis uene
ris quam quo interest. Et ideo nulli loco addicere debemus animum.
cum hac persuasione uiuendum est. Non sum uni angulo natus. Pa
tria mea totus hic mundus est. Quod si liqueret tibi. non admira
reris nil adiuuari te regionum uarietatibus. in quas subinde pri
orum tedio migras. Prima enim queque placuisset. si omnem tuam
crederes. Non peregrinaris sed erras et ageris. ac locum ex loco mu
tas. cum illud quod queris bene uiuere omni loco positum sit. Nam
quid tam turbidum fieri potest quam forum? Ibi quoque licet quiete
uiuere si necesse sit. Sed si liceat disponere se. conspectum quoque et
uiciniam fori procul fugiam. Nam ut loca grauia etiam firmissimam

ualitudinem temptant. Ita bone quoq; menti. necdum adhuc perfecte et conualescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt. et tumultuosam probantes uitam. cotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista non eliget. et mallet in pace esse q̄ in pugna. Nō multum prodest uicia sua proiecisse. si cum alienis rixandum est. Triginta inquis tyranni socratem circūsteterunt. nō potuerunt animū eius infringere. Quid interest quot domini sint. seruitus una est. hanc qui contempsit. inquantalibet dominantiū turba liber est. Tempus est desinere. sed si prius portoriū soluero. Initium salutis noticia est peccati. Egregie michi hoc dixisse uidetur epicurus. Nam qui peccare se nescit. corrigi non uult. Deprehendas te oportet. ante q̄ emendes. Quidam uitiis gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare. qui mala sua uirtutum loco numerant? Ideo quantū potes. te ipse coargue. inquire te. in te accusatoris primū partibus fungere. deinde iudicis. nouissime deprecatoris. Aliquando te offende. Val.

·XXIX·

Qd licet nō omes monēdi st qdā tam etiā cōtradicētes ul illudentes docendi sūt. et q sapiens malit sibi placere q̄ populo.

DE Marcellino nostro queris. et uis scire quid agat. Raro ad nos uenit. nulla alia ex causa. q̄ q audire uerum timet. a quo periculo iam abest. Nulli enim nisi audituro dicendū est. Id non de Diogene dicitur. nec minus de aliis cynicis. qui libertate promiscua usi sunt. et obuios monuerunt. Quid eni. siquis surdos obiurget. aut natura morbo ue mutos? Quare inquis uerbis parcam? Gratuita sunt. Non possum scire an ei profecturus sim quem admoneo. Illud scio alicui me profuturum. si multos admonuero. Spargenda est manus. Non potest fieri ut non aliquando succedat multa temptanti. Hoc mi lucili non existimo faciendum magno uiro. Diluitur eius autoritas. non habet apud eos satis ponderis. quorum posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non aliquando debet ferire. sed non aliquando debet errare. Non est ars que ad effectum casu uenit. Sapientia ars est. certum petat. eligat profecturos. Ab his quos desperauit recedat. non tam cito relinquat. et in ipsa desperatione extrema remedia temptet.

Marcellinum nostrum ego non dedespero. Etiam nunc seruari po
test. Sed si cito manus illi porrigitur. est quidem periculū. ne por
rigentem trahat. Magna in illo ingenii uis est. sed iam tendentis ī
prauum. Nichilominus adibo hoc periculum. et audebo illi mala
sua ostendere. Faciet quod solet. aduocabit illas facetias. que risum
euocare lugentibus possunt. et inse primū. deinde in nos iocabitur.
Omnia que dicturus sum occupabit. scrutabitur scholas nostras. et
obiciet philosophis congiaria. amicas. gulam. Ostendet michi aliū
in adulterio. alium in popina. alium in aula. Ostendet. M. Lepi
dum philosophum. Aristonem. qui in gestatione disserebat. hoc e
nim ad edendas operas tempus acceperat. De cuius secta cū quere
retur scaurus. ait. utiq; peripateticus non est. De eodem cū con
suleretur Iulius Grecinus uir egregius quid sentiret. non possum
inquit tibi dicere. Nescio enim quid de gradu faciat. tanq̄ de
assedario interrogaretur. hos michi circulatores qui philosophiā
honestius neglexissent. q̄ uendunt. in faciem ingeret. Constitui ta
men contumelias perpeti. Moueat ille michi risum. ego fortasse
illi lacrimas mouebo. aut si ridere perseuerabit. gaudebo tanq̄ ī
malis. quod illi genus insanie euitare contigerit. Sed non est ista
hilaritas longa. Obserua. uidebis eosdem intra exiguum tempus
acerrime ridere. et acerrime rabere. Propositum est aggredi il
lum. et ostendere q̄to pluris fuerit. quando multis minoris uide
retur. Vitia eius etiam si non excidero. inhibebo. non desinent.
sed intermittentur. fortasse autem et desinent. si intermitten
di consuetudinem fecerint. Non est hoc ipm fastidiendum. quo
niam quidem grauiter affectis. sanitatis loco est. bona remissio.
Dum me illi paro. tu interim qui potes. qui intelligis unde quo e
uaseris. et ex eo suspicaris quousq; sis euasurus. compone mores
tuos. attolle animū. aduersus formidata consiste. Numerare
eos noli. qui tibi metum faciunt. Non ne uideatur stultus. siquis
multitudinē eo loco timeat per quē transitus singularis est. E
que ad tuam mortem multis aditus non est. licet illam multi
minentur. Sic istud natura disposuit. Spiritum tibi tam unus

eripiet quam unus dedit. Si pudorem haberes ultimam michi pensionem remisisses. Sed ne ego quidem me sordide geram in finem eris alieni. et tibi quod debeo impingam. Numquam uolui populo placere. nam que ego scio non probat populus. que probat populus ego nescio. Quis hoc inquis? tamquam nesciam cui imperem. Epicurus. sed idem hoc ex omni domo conclamabunt. peripatetici. academici. stoici. cynici. Quis enim placere potest populo. cui placet uirtus? Malis artibus popularis fauor queritur. Similem te illis facias oportet. non probabunt nisi agnouerint. Multo autem magis ad rem pertinet. qualis tibi uidearis. quam qualis alijs. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata et omnibus preferenda artibus rebusque philosophia prestabit? scilicet ut malis tibi placere quam populo. ut estimes iudicia. non numeres. ut sine metu deorum hominumque uiuas. ut aut uincas mala. aut finias. Ceterum si te uidero celebrem secundis uocibus uulgi. si intrante te clamor et plausus et pantomimica ornamenta obstrepuerint. si tota ciuitate te femine puerique laudauerint. quidni ego tui miserear. cum sciam que uia ad istum fauorem ferat?

·XXX·
Quod nichil habet de spe uite quem senectus ducit ad mortem. uarie etiam subiciuntur cause quare mors timenda non sit.

Bassum Aufidium uirum optimum uidi quassum. etati obluctantem. Sed iam plus illum pregrauat. quam quod possit attolli. Magno senectus et uniuerso pondere incubuit. Scis illum semper infirmi et exhausti corporis fuisse. Diu illud continuit. et ut uerius dicam concinnauit. Subito defecit. quemadmodum in naui que sentinam trahit. uni rime aut alteri obsistitur. ubi plurimis locis laxari cepit et cedere. succurri non potest nauigio dehiscenti. ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri et fulciri potest. Vbi tamquam in putri edificio omnis iunctura dilabitur. et dum alia excipitur alia discinditur. circumspiciendum est quomodo exeas. Bassus tamen noster alacer animo est. hoc philosophia prestat. in quocumque corporis habitu fortem. in conspectu mortis hilarem. lautumque. nec deficientem quamuis deficiatur. Magnus gubernator scisso nauigat uelo. et si exarmatur. tamen reliquias nauigii aptat ad cursum. hoc facit Bassus noster. et eo animo uultuque

finem suum spectat. quo alienū spectare nimis securum putares. Ma
gna res est hec Lucili et diu discenda. cum aduentat hora illa ineui
tabilis. equo animo abire. Alia genera mortis spei mixta sunt. Desinit
morbus. incendium extinguitur. ruina quos uidebatur oppressura de
posuit. mare quos hauserat. eadem ui qua sorbebat eiecit incolumes.
gladium miles ab ipsa perituri ceruice reuocauit. Nil habet quod spe
ret. quem senectus ducit ad mortem. Huic uni intercedi non potest.
Nullo genere homines mollius moriuntur. sed nec diutius. Bassus no
ster uidebatur michi prosequi se et componere. et uiuere tanq̄ super
stes sibi et sapienter ferre desiderium sui. Nam de morte multa loqui
tur. et id agit sedulo. ut nobis persuadeat. si quid ĩcōmodi aut metus
in hoc negocio est. morientis uicium esse nō mortis. nec magis in ipsa
quicq̄ esse molestie q̄ post ipsā. Tam amens autem est qui timet quod
non est passurus. q̄ qui timet quod non est sensurus. An quisq̄ hoc fu
turum credit. ut per quam nichil sentiatur. ea sentiatur? Ergo ĩquit
mors adeo extra omne malū est. ut sit extra omnem malorum metū.
hec ego scio. et sepe dicta et sepe dicenda. Sed neq; cum legerē eque
at dys
michi profuerunt. neq; cū audirem ab his dicentibus qui negabant
timenda. a quorum metu aberant. hic uero plurimū apud me auto
ritatis habuit. cum loqueretur de morte uicina. Dicam etiam quid sē
tiam. Puto fortiorem eum esse qui in ipsa morte est. q̄ qui circa mor
tem. Mors enim admota etiam imperitis animū dedit nō uitandi ĩ
euitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus. iugulū aduersario
prestat. et errantem gladium sibi attemperat. At illa que ĩ propinquo
est utiq; uentura. desiderat lentam animi firmitatem. que est rari
or. nec potest nisi a sapiente prestari. Libentissime itaq; illū audiebā.
quasi ferentem de morte sententiam. et qualis esset eius natura uelut
propius inspecte indicantē. Plus ut puto fidei haberet apud te. plus
ponderis si quis reuixisset. et ĩ morte nichil mali esse narrasset expertus.
Accessus mortis quam perturbationem habeat. optime tibi hi dicent.
qui secundum illam steterunt. qui uenientem et uiderunt et recepe
runt. Inter hos Bassum licet numeres. qui nos decipi noluit. Is ait
tam stultum esse qui mortem timeat. q̄ qui senectutem. Nam quē

admodum senectus adolescentiam sequitur. ita mors senectutem.
Viuere noluit qui mori non uult. Vita enim cum exceptione mor
tis data est. Ad hanc itur. quam ideo timere dementis est. quia cer
ta expectantur. dubia metuuntur. Mors necessitatem habet equā
et inuictam. Quis queri potest in ea se condicione esse. in qua nemo
non est. Prima autem pars est equitatis. equalitas. Sed nūc super
uacuum est nature causam agere. que non aliam uoluit legē nostrā
q̄ suam. Quicquid composuit resoluit. et quicquid resoluit compo
suit iterum. Iam uero sicui contigit ut illum senectus leniter e
mitteret. nō repente auulsum uite. sed minutatim subductum.
nōne ille gracias agere dys omnibus debet. q satiatus ad requiē
homini necessariam lasso productus est. Vides quosdam optan
tes mortem et quidem magis q̄ rogari solet uita. Nescio utros ex
stimem maiorem nobis animū dare. qui deposcunt mortē an qui
hilares eam quietiq; operiuntur. quoniam illud ex rabie interdū
ac repentina indignatione fit. hec ex iudicio certo tranquillitas est.
Venit aliquis ad mortem iratus morti. Venientem nemo hilaris
excipit. nisi qui se ad illam diu composuerat. Fateor ergo ad homi
nem michi carū ex plurimis me causis frequentius uenisse. ut sci
rem an illum totiens eundem inuenirem. nunquid cū corporis
uiribus minueretur animi uigor. qui sic crescebat illi. quomodo
manifestior notari solet agitatorum leticia. cum septimo spacio
palme appropinquat. Dicebat quidem ille Epicuri preceptis obse
quens. primū sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anheli
tu. si tamen esset. haberet aliquantū in ipsa breuitate solacij. Nul
lum enī dolorem longum esse. qui magnus est. Ceterū succursurū
sibi etiam in ipsa distractione anime corporisq;. si cum cruciatu id
fieret. post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitare au
tem se. quin senilis anima ī primis labris esset. nec magna ui dis
traheretur a corpore. Ignis qui ualentē materiam occupauit. aqua
et interdum ruina extinguendus est. Ille qui alimentis deficitur
sua sponte subsidit. Libenter hec mi lucili audio. nō tanquam
noua. sed tanq̄ in rem presentem perductus. Quid ergo.

Non multos spectaui abrumpentes uitam. Ego uero uidi. Sed plus momenti apud me habent. qui ad mortem ueniunt sine odio uite. et admittunt illam. non attrahunt. Ille quidem aiebat tormentū nostra nos sentire opera. qđ tunc trepidamus cū prope credimus esse mortem. A quo enī prope non est. parata omnibus locis omnibusq; momentis. Sed consideremus inquit tunc cū aliqua causa moriendi uidetur accedere. quanto alie propiores sunt que nō timentur. hostis alicui mortem minabatur. hanc cruditas occupauit. Si distinguere uoluerimus causas metus nostri inueniemus alias uideri. non mortem timemus. sed cogitationem mortis. Ab ipā enī semper tantūdē absumus. Ita si timenda mors est. semper timēda est. Quod enim morti tempus exemptū est. Sȝ uereri debeo ne tā longas epistolas peius q̄ mortem oderis. Itaq; finem faciam. Tu tamen mortē ut non timeas semp̄ cogita. Val.

·XXXI·

Laudat secessū a turba et cursū eius uite admonet pacīrēdū.

INquiro a te. et ab omnibus sciscitor. qui ex ista regione ueniunt. quid agas. ubi et cū quibus moreris. Verba dare nō potes. tecum sum. Sic uiue. tanq̄ quid facias auditurus sim. immo tanq̄ uisurus. Queris quid me maxime ex his que de te audio delectet. Quod nichil audio. quod pleriq; ex his quos interrogo. nesciunt quid agas. hoc est salutare non conuersari dissimilibus et diuersa cupientibus. habeo quidem fiduciam non posse te torqueri. mansurumq; ī proposito. etiam si sollicitantium turba circūeat. Quid ergo est. non timeo ne mutent te. timeo ne impediant. Multum autē nocet et qui moratur utiq; in tanta breuitate uite. quam breuiorem inconstantia facimus. aliud eius subinde atq; aliud facientes initium. Diducamus illam ī particulas ac laniamus. Propera ergo lucili carissime. et cogita quantū celeritati additurus fueris. si a tergo hostis instaret. si equitem aduentare suspicareris. ac fugientium premere uestigia. fit hoc. Premeris. accelera. euade. perduc te in tutum. et subinde considera q̄ pulchra res sit. consumare uitam ante mortem. deinde expectare securum reliquā temporis sui partem. Nichil sibi in possessione beate uite positū. quo beatior non fit si longior. O quando illud uidebis tempus. quo scies

ad te tempus [non] pertinere. quo tranquillus placidusq; eris. et crastini negligens. in summa tui satietate. Vis scire quid sit quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contingit. Optauerunt tibi talia parentes tui. Sed ego contra. omnium eorum contemptum tibi opto. quorum illi copiam. Vota illorum multos [al multa] compilant. ut te locupletent. Quicquid ad te transferunt. alicui detrahunt. Opto tibi tui facultatem. ut uagis cogitationibus agitata mens tandem resistat. et certa sit ut placeat sibi. et intellectis ueris bonis. que simul intellecta sunt possidentur. etatis adiectione non egeat. Ille demum necessitates supergressus est. et auctoratus ac liber. qui uiuit uita peracta. Val.

.XXXII.

Quomodo omnia philosophie uerba pondus habent. et quod turpe sit semper ex commentario sapere.

Desideras his quoq; epistolis sicut prioribus adscribi aliquas uoces nostrorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati. Totus contextus illorum uirilis est. Inequalitatem scias esse. ubi que eminent notabilia sunt. Non est admirationi una arbor. ubi in eandem altitudinem tota silua surrexit. Eiusmodi uocibus referta sunt carmina. referte historie. Itaq; nolo Epicuri illas existimes esse. publice sunt. et maxime nostre. Sed ideo illi magis annotantur. quia rare [interim] interueniunt. quia inspectate. quia mirum est aliquid fortiter dici ab homine mollitiem professo. Ita enim pleriq; iudicant. Apud me Epicurus est fortis. licet manulentus sit. Fortitudo et industria. et ad bellum prompta mens. tam in persas quam in alte cinctos cadit. Non est ergo quod exigas excerpta et repetita. Continuum est apud nostros. quicquid apud alios excerpitur. Non habemus itaq; ista odorifera. nec emptorem decipimus nichil inuenturum cum intrauerit. preter illa que in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus unde uelint exemplaria sumere. Puta nos uelle singulares sententias ex turba separare. Cui illas assignabimus? Zenoni. Cleanti. an Chrysippo. an Panetio. an Possidonio? Non sunt sub rege. sibi se quisq; uendicat. Apud istos quicquid hemarcus [al hermachus] dixit. quicquid Metrodorus. ad unum refertur. Omnia que quisquam in illo contubernio locutus est. unius ductu et auspiciis dicta sunt. Non possumus inquam ex tanta rerum equalium copia. licet temptemus. ali

quid educere. Pauperis est numerare pecus. Quocumq; miseris oculū.
id tibi occurret. quod eminere posset. nisi inter paria legeretur. Qua
re depone istam spem. posse te sūmatim degustare ingenia maximo
rum uirorum. Tota tibi inspicienda sunt. tota tractanda. res geritur.
et per liniamenta sua ingenij opus nectitur. ex quo nichil subduci si
ne ruina potest. Nec recuso quo minus singula membra consideres.
dūmodo in ipso homine. non est formosa. cuius crus laudatur aut
brachium. sed illa cuius uniuersa facies admirationem singulis
partibus abstulit. Si tamen exegeris. non stricte tecum agam. sed
plena manu fiet. Ingens eorū turba est passim iacentium. Sumen
da erunt non colligenda. Non enim excidunt sed fluunt. Perpe
tua et inter se connexa sunt. Nec dubito quin multis conferant ru
dibus adhuc et extrinsecus auscultantibus. Facilius enim singula
insidunt circū scripta et carminis modo inclusa. Ideo pueris et sen
tentias ediscendas damus et has quas greci chrias uocant. quia
complecti eas puerilis animus potest. qui plus adhuc non capit cer
ti profectus. Viro captare flosculos turpe est. et fulcire se paucissimis
et notissimis uocibus. et memoria stare. sibi iam innitatur. Dicat
ista non teneat. Turpe est enim seni aut prospicienti senectutem.
ex cōmentario sapere. hoc Zenon dixit. Quid tu? hoc Cleantes.
tu quid? Quousq; sub alio moueris? et impera. et dic quod memorie
tradatur. aliquid et de tuo profert. Omnes itaq; istos nunq̄ autores
interpretes. sub aliena umbra latentes. nichil habere puto generosi.
nunq̄ ausos aliquando facere. quod diu didicerant. Memoriam in
alienis exercuerunt. aliud est meminisse. aliud scire. Meminisse est
rem commissam memorie custodire. At contra. Scire est et sua facere.
nec ab exemplari pendere et totiens ad magistrū respicere. hoc dixit
Zeno. hoc Cleantes. Aliquid intersit inter te et librum. Quousq; di
sces? Iam et precipe. Quid est quare audiam quod legere possum?
Multum inquit uiua uox facit. non quidem hec que alienis uerbis cō
modatur. et auctuarii uice fungitur. Adice nūc q. isti qui nunq̄
tutele sue fiunt. primū in ea re sequuntur priores. in qua nemo nō
a priore descivit. Deinde in ea re sequuntur. que adhuc queritur.

Nunq̄ autem inuenietur. si contenti fuerimus inuentis. Preterea si
aliud sequitur. nichil inuenit. imo non querit. Quid ergo? Ibo per
priorum uestigia? Ego uero utar uia ueteri. Sed si priorem plani
oremq; inuenero. hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt. non
domini nostri sed duces sunt. Patet omnibus ueritas. nondū est
occupata. Multum ex illa etiā futuris relictū est. Val.

.XXXIII.
Quomodo delectat magistrū profectus discipuli. et q̄ magna pars bonitatis est uelle fieri bonū.

Cresco et exulto. et discussa senectute recalesco. quotiens
ex his que agis et scribis intelligo. quantū te ipse. nā turbā
olim reliqueras. super te geris. Si agricolam arbor ad fruc
tū perducta delectat. si pastor ex fetu gregis sui capit uoluptatem.
si alūnum suū nemo aliter intuetur q̄. ut adolescentiam illius suā
iudicet. quid euenire credis his qui ingenia educauerunt. et que
tenera formauerunt. adulta subito uidentur? Assero te michi.
meū opus es. Ego cum uidissem indolem tuā inieci manū. exhor
tatus sum. adieci stimulos. nec lente ire passus sum. sed subinde et
incitaui. Et nunc idem facio. Sed iam currentem hortor et inuicē
hortantem. Quid aliud inquis uolo in hoc? Plurimū est. Nō sic
quomodo principia totius operis dimidiū occupare dicuntur. ita
res animo constat. Itaq; pars magna bonitatis est uelle fieri bonū.
Scis quemadmodum dicam bonum? Perfectum. absolutum. quē
malum facere nulla uis nulla necessitas potest. Hunc in te prospi
cio si perseueraueris et incubueris. et id egeris ut omnia facta dic
taq; tua inter se congruant. ac respondeant sibi. et una forma per
cussa sint. Non est huius animus in recto. cuius acta discordant.
Val.

.XXXIIII.
De differētia amicicie et amoris. et de uiuo gaudio et de constantia animi.

Cum te ualde rogo ut studeas. meum negotium ago. ha
bere amicū uolo. quod contingere michi nisi pergis. exco
lere te ut cepisti. non potest. Nunc enim amas me et ami
cus non es. Quid ergo? Hec inter se diuersa sunt? Imo dissimilia.
Qui amicus est amat. Qui amat. non utiq; amicus est. Itaq; ami
citia semper prodest. amor etiam aliquando nocet. Si ad nil aliud
ob hoc profice. ut amare discas. Festina ergo dum michi proficis.
ne istuc alteri didiceris. Ego quidem iam percipio fructum. cū

michi fingo. uno nos animo futuros. et quicquid etati mee uigoris
abscessit id ad me ex tua quamquam non multum abest rediturum. Sed
tamen re quoque ipsa letus esse uolo. Venit ad nos. ex his quos ama
mus etiam in absentibus gaudium. sed id leue et marcidum. Con
spectus et presentia et conuersatio habet aliquid uiue uoluptatis.
utique si non tantum quem uelis. sed etiam qualem uelis uideas. Affer
itaque michi ingens munus. et quo magis instes. cogita me senem esse.
te mortalem. Propera ad me. sed ad te prius profice. et ante omnia
hec cura ut constes tibi. Quotiens experiri uoles utrum aliquid ac
tum sit. obserua an eadem hodie uelis que heri. Mutatio uolun
tatis indicat animum natare. et alubi atque alubi apparere. prout
tulit uentus. Non uagatur quod fixum est et fundatum. Istud sa
pienti perfecto contingit. aliquatenus prouecto. et in perfecto pro
ficienti. Quid ergo interest? Hic commouetur quidem. non tamen tran
sit. sed suo loco nutat. ille nec commouetur quidem. Vale.

·XXXV·
De inquiete felicitatis et bona horriditate. et quod proprie bona animi meditatio sit contemptus mortis.

Amicum tuum hortare. ut istos magno animo contemnat.
qui illum obiurgant. quod umbram et otium petierit. quod di
gnitatem suam destituerit. et cum plus consequi posset. pre
tulerit quietem omnibus. Quam utiliter negocium suum gesserit. quo
tidie illis ostendit. Hi quibus inuidetur. non desinent transire.
Alii elidentur. alii cadent. Res est inquieta felicitas. ipsa se exagi
tat. mouet cerebrum. non uno genere. Alios in aliud irritat. hos in
potentiam. illos in luxuriam. hos inflat. illos mollit et totos resoluit.
At bene aliquis illam fert. quomodo uinum. Itaque non est quod tibi isti
persuadeant eum esse felicem. qui a multis obsidetur. Sic ad illum
quomodo ad lacum concurritur. quem exhauriunt et turbant. nu
gatorium et inertem uocant. Scis quosdam peruerse loqui. et signi
ficare contraria. felicem uocabant. Quid ergo erit? Ne illud quidem
curo. quod quibusdam nimis horridi animi uidetur et tetri. Ari
ston aiebat. malle adolescentem tristem. quam hilarem et amabilem
turbe. Vinum enim fieri bonum. quod recens. durum. et asperum uisum
est. non pati etatem quod in dolio placuit. Sin appellent eum tristem
et inimicum processibus suis. bene se dabit in uetustate. Ipsa tristi-

cia perseueret. modo colere uirtutem. perbibere liberalia studia. non illa quibus perfundi satis est. sed hec quibus tingendus est animus. hoc est discendi tempus. Quid ergo? aliquod est quo non sit discendum? Minime. Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est. ita non omnibus institui. Turpis et ridiculosa res est elementarius senex. Iuueni parandum. seni utendum est. Facies ergo rem utillimam tibi si illum quam optimum feceris. hec aiunt beneficia esse expetenda tribuendaque; non dubie prime sortis. que tam prodest dare quam accipere. Denique; nichil illi iam liberi est. Spopondit. Minus autem turpe est creditori quam spei bone decoquere. At illud es alienum soluendum. Opus est nauiganti nauigatione prospera. Agrum colenti ubertate eius quam colit terre. et celi fauore. Ille quod debet. sola potest uoluntate persolui. In mores fortuna ius non habet. hos disponat ut quam tranquillissimus ille animus ad perfectum ueniat. qui nec oblatum sibi quicquam sentit nec adiectum. sed in eo habitus est quomodocumque; res cedant. Cui siue aggeruntur uulgaria bona. supra res suas eminet. siue aliquid existis. uel certe omnia casus excussit. minor non fit. Si in Parthia natus esset. arcum statim natus infans tenderet. Si in germania. protinus puer tenerum hastile uibraret. Si auorum nostrorum temporibus fuisset. equitare et cominus hostem percutere didicisset. hec singula disciplina gentis sue suadet et imperat. Quid ergo huic meditandum est? quod aduersus omnia tela. quod aduersus omne hostium genus benefaciat. mortem contemnere. Que quin habeat in se aliquid terribile. ut et animos nostros quos in amorem sui natura formauit offendat. nemo dubitat. Nec enim necesse esset in id comparari et acui. in quod instinctu quodam uoluntario iremus. sicut feruntur omnes ad obseruationem sui. Nemo discit. ut si necesse fuerit. equo animo in rosa iaceat. Sed in hoc duratur. ut non tormentis summittat fidem. ut si necesse fuerit. stans etiam aliquando saucius pro uallo peruigilet. et ne pilo incumbat. quia solet obrepere interdum somnus in aliquod adminiculum reclinatis. Mors nullum habet incommodum. Esse enim debet aliquid cuius est incommodum. quod est ante. Cupiditas longioris eui te tenet.

Cogita

Cogita nichil eorum que ab oculis abeunt. et in rerum natura ex qua prodierunt ac mox processura sunt reconduntur. consumi. Desinunt ista non pereunt. et mors quam pertimescimus ac recusamus. intermittit uitam. non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Quem multi recusarent. nisi oblitos reduceret? Equo animo debet rediturus exire. Sed postea diligentius docebo omnia que uidentur perire. mutari. Obserua orbem rerum in se remeantium. uidebis in hoc mundo non extingui. sed uicibus descendere ac surgere. Estas abit. sed alter eam annus adducet. hiems cecidit. referent illam sui menses. Solem nox obruit. sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus quicquid preterijt. repetit. Pars celi leuatur assidue. pars mergitur. Denique finem faciam. si hoc unum adiecero. nec infantes nec pueros. nec mente lapsos timere mortem. et esse turpissimum si eam securitatem nobis ratio non prestat. ad quam stultitia perducit.

XXXVI. De duplici magnanimitate et qua ad ueram libertatem philosophia perducat.

QVod maximum uinculum est ad bonam mentem. promisisti uirum bonum. sacramento rogatus es. Deridebit te. siquis tibi dixerit mollem esse militiam et facilem. Nolo te decipi. Eadem honestissimi huius et illius turpissimi aut amentis uerba sunt. uri. uinciri. ferroque necari. ab illis qui manus arene locant. et edunt. et bibunt que per sanguinem reddant. cauetur. ut ista uel inuiti patiantur. a te ut uolens libensque patiaris. Illis licet arma summittere. misericordiam populi temptare. tu neque summittes. nec uitam rogabis. Recto tibi inuictoque moriendum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucrifacere? Sine missione nascimur. Quomodo ergo inquis me expediam? Effugere non potes necessitates. potes uincere. Fiat uia. et hanc tibi uiam dabit philosophia. Ad hanc te confer si uis saluus esse. si securus. si beatus. Denique si uis esse. quod est maximum. liber. hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stulticia. abiecta. sordida. seruilis. multis affectibus et seuissimis obiecta. hos tam graues dominos interdum alternis imperantes. interdum pariter. dimittit a te sapientia. que sola libertas est. Vna ad hanc fert uia. et quidem recta. non aberrabis. uade certo gradu. Si uis omnia tibi subicere. te subice rationi. Multos reges. si ratio te rexerit.

ab illa disces quid et quemadmodum aggredi debeas. Non inci
des rebus. Neminem michi dabis. qui sciat quomodo quod uult
ceperit uelle. Non consilio adductus ullo. sed impetu impactus est.
Non minus in nos sepe fortuna incurrit. q̄ nos in illa. Turpe est
non ire sed ferri. et subito in medio turbine rerum stupentem
querere. huc ego quemadmodum ueni? Val.

.xxxvii.
De utilitate familiaris breuis et ī elaborati sermonis.

Merito exigis. ut hoc inter nos epistolarū cōmertiū frequē
temus. Plurimū proficit sermo. qui minutatim irrepit
animo. Disputationes preparate et effuse audiente po
pulo. plus habent strepitus. minus familiaritatis. Philosophia
bonum consilium est. Consilium nemo clare dat. Aliquando u
tendum est et illis ut ita dicam contionibus. ubi qui dubitat
impellendus est. ubi uero nō hoc agendum est. ut uelint discere.
sed ut discant. ad hec sūmissiora uerba ueniendum est. Facilius
intrant et herent. Nec enim multis opus est. sed efficacibus. Se
minis modo spargenda sunt. quod q̄uis sit exiguum. cū occupa
uerit idoneū locum. uires suas explicat. et ex minimo ī maximos
auctus diffunditur. Idem facit ratio. nō late patet. Si aspicias.
in opere crescit. Pauca sunt que dicuntur. sed si illa animus be
ne excepit. conualescunt et exurgunt. Eadem est inq̄ preceptorū
conditio. que seminum. Multum efficiunt. et angusta sunt. Tan
tū ut dixi idonea mens rapiat illa et in se trahat. Multa inuicem
et ipsa generabit et plus reddet q̄ acceperit. Val.

.xxxviii.
De differētia ordinarie orationis et breuiarii et q sit propositū generosi animi ad excelsa aciri et quatenus superfluitas noceat.

Commentarios quos desideras diligenter ornatos. et in an
gustum coactos. ego uero componam. Sed uide ne plus
profutura sit ratio ordinaria. q̄ hec que uulgo nūc bre
uiarium dicitur. olim cū latine loqueremur. sūmariū uocaba
tur. Illa res discenti magis necessaria est. hec scienti. Illa enī
docet. hec admonet. Sed utriusq; rei tibi copiam faciam. Tu a
me non est q̄ illum aut illum exigas. Qui uoto rependat igno
tus est. Scribam ergo quod uis. sed meo more. Interim mul
tos habes. quorū scripta nescio an satis ordinent. Sume ī ma
nus indicem philosophorum. hec ipsa res expergisci te coget.

Si uideris q̄ multi tibi laborauerint. concupisces et ipse ex illis unus esse. habet enim hoc optimū in se generosus animus. q̄ concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenij uirū humilia delectant et sordida. Magnarū rerum species ad se uocat et extollit. que ad modum flama que surgit in rectum. Jacere et deprimi nō potest. non magis q̄ quiescere. Ita noster animus in motu est. eo mobilior et acutior. quo uehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hūc impetum dedit. Ponet se extra ius dicionemq; fortunę. Secūda temperabit. aduersa cōminuet. et alijs admiranda despiciet. Magni animi est magna contemnere. ac mediocria malle q̄ nimia. Illa enim utilia uitaliaq; sunt. at hec eo q̄ superfluūt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas. sic rami onere franguntur. sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoq; euenit. quos īmoderata felicitas rumpit. qua non tantum ī aliorum iniuriam sed etiam in suam utuntur. Quis hostis in quē q̄ tam contumeliosus fuit. q̄ in quosdam uoluptates sue sunt? Quorū impotentię atq; insane libidini ob hoc unū possis ignoscere. q̄ que fecere patiuntur. Nec īmerito hic illos furor uexat. Necesse est enī ī immensum exeat cupiditas. que naturalem modum transilit. Ille enim habet suum finem. Inania et ex libidine orta. sine termino sunt. Necessaria metitur utilitas. Superuacua quo redigis? Voluptatibus itaq; se īmergunt. quibus in consuetudinem adductis carere non possunt. Et ob hoc miserrimi sunt. q̄ eo peruenerunt. ut illis que fuerant superuacua. facta sunt necessaria. Seruiunt itaq; uoluptatibus non fruuntur. et mala sua. quod malorum ultimum est. amant. Tunc aūt est consumata infelicitas. ubi turpia non solum delectant. sed etiam placent. et desinit esse remedio locus. ubi q̄ fuerant uitia mores sunt. Val.

·XXXIX·

Moderidā pronūtiationē dīcet et exēplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquū.

QVod frequenter michi scribis. gratias ago. Nam quo uno modo potes. te michi ostendis. Nunq̄ epistolam tuā accipio. ut non protinus una simus. Si imagines nobis amicorum absentium iocunde sunt. que memoriam renouant. et desiderium absentię falso atq; inani solatio leuant. q̄to iocundiores sūt

littere que uera amici absentis uestigia . ueras notas afferunt. Nam quod in conspectu dulcissimum est . id amici manus epistole impressa prestat agnoscere . Audisse te scripsisti serapionem philosophum . tunc cum istuc applicuisset . Solet magno cursu uerba conuellere . que non effundit una sed premit et urget . Plura enim ueniunt q̄ quibus uox una sufficiat . Hoc non probo in philosopho . cuius pronūtiatio q̊ sicut uita debet esse composita . Nichil autē ordinatum est quod precipitatur et properat . Itaq; oratio illa apud homerū concitata et sine intermissione ī morem fluminis superueniens . oratori data est . Lenis et melle dulcior seni profluit . Sic itaq; habe . ut istam uim dicendi rapidam atq; abundantem cognoscas aptiorem circulanti . q̄ agenti in rem magnam ac seriam . docentiq; . Eque stillare illū nolo q̄ currere . Nec extendat aures . nec obruat . Nam illa quoq; inopia et exilitas minus intentum auditorem habet tedio interrupte tarditatis . facilius enim insidit quod expectatur . q̄ quod preteruolat . Deniq; tradere homines discipulis precepta dicuntur . non traditur quod fugit . Adice nunc q. que ueritati operam dat oratio . incomposita esse debet et simplex . hec popularis nichil habet ueri . Mouere uult turbam . et inconsultas aures impetu rapere . Tractandam se non prebet . Aufertur . Quomodo autem regere potest . qui regi non potest . Quid hec oratio que sanandis mentibus adhibetur . descendere in nos debet . Remedia non prosunt . nisi ī morantur . Multū preterea habet inanitatis et uani . Plus sonat q̄ ualet . Leniendа sūt que me exterrent . compescenda . que irritant . discutienda q̄ fallūt . Inhibenda luxuria . corripienda auaritia . Quid horū raptim potest fieri . quis medicus egros in transitu curat . Quid q. ne uoluptatē quidem ullam habet talis uerborum sine dilectu ruentium strepitus . Sed ut pleraq; que fieri posse non credideris cognouisse satis est . ita istos qui uerba exercuerunt . abunde est semel audisse . Quid enim quis discere . quid imitari uelit . quid de eorum animo iudicet . quorum oratio perturbata . et īmissa est . nec potest reprimi . Quemadmodū per procliue currentium non ubi uisum est gradus sistitur . sed incitato corporis pondere serpit . ac longius q̄ uolunt effertur .

sic ista dicendi celeritas. nec in sua potestate est. nec satis decora philoso
phie. que ponere debet uerba non proicere. et pedetentim procedere.
Quid ergo? Non aliquando et insurget? Quid ni? Sed salua digni
tate morum. quam uiolenta ista et nimia uis exuit. habeat uires magnas
moderatas tamen. Perenni sit unda non torrens. Vix oratori per
miserim talem dicendi uelocitatem. inreuocabilem ac sine lege ua
dentem. Quemadmodū enim iudex poterit subsequi. aliquando
etiam imperitus et rudis. tunc quoq; cū illū aut ostentatio abstulerit.
aut effectus impetus sui. tantū festinet atq; ingerat quantū aures pati
non possunt. Recte ergo facies si non uideris istos. qui quantū dicāt
non quemadmodum querunt. et ipse malueris si necesse est uel .p. ui
nicium discere. Qui itaq; cum quereretur quomodo .p. uinicius di
ceret. Asellius ait. Tractim. Nam geminius uarius ait. Quomodo istū
disertum dicatis nescio. Tria uerba non potest iungere. Quid ni malis
tu sic dicere. quomodo uinicius? Aliquis tam insulsus interuenerit.
quam qui illi singula uerba uellenti tanquam dictaret non diceret. ait. dic.
uel nunquam dicas. Nanq; hateri cursum suis temporibus oratoris cele
berrimi. et longe abesse ab homine sano uolo. Nunquam dubitauit. nunquam
intermisit. Semel incipiebat semel desinebat. Quedam tamen et na
tionibus puto magis aut minus conuenire. In grecis hanc licentiā tule
ris. Nos etiam cum scribimus. interpungere solemus. Cicero quoq; noster
a quo romana eloquentia exiluit. gradarius fuit. Romanus sermo
magis se circūspicit. et estimat. et prebet estimandum. Fabianus uir
egregius et uita et scientia. et quod post ista est. eloquentia quoq; dis
putabat expedite magis quam concitate. ut posses dicere facilitatem esse
illam. non celeritatem. hanc ego in uiro sapiente recipio. nō exigo
ut oratio eius sine impedimento exeat. Proferatur tamen malo quam pro
fluat. Eo autem magis te deterreo ab isto morbo. quod non potest tibi
ista res contingere aliter. quam si te pudere desierit. Perfrices frontem
oportet. et te ipse non audias. multa enim inobseruatus ille cursus
feret. que reprehendere uelis. Non potest inquam tibi contingere res ista.
salua uerecundia. Preterea exercitatione opus est quotidiana. et
a rebus studium transferendum est ad uerba. Hec autem etiam si

aderunt et poterunt sine ullo tuo labore decurrere. tamen temperanda sunt. Nam quemadmodum sapienti uiro incessus modestior conuenit. ita oratio pressa non audax. Summa ergo summarum hec erit. Tardiloquum esse te iubeo.

·xL·

Quomodo in uno quoque uirorum bonorum deus habitat. et quod homo est ex sola rationis bonitate laudabilis.

Facis rem optimam et tibi salutarem. si ut scribis perseueras ire ad bonam mentem. quam stultum est optare cum possis a te impetrare. Non sunt ad celum eleuande manus. nec exorandus edituus. ut nos ad aurem simulacri quasi magis exaudiri possimus admittat. Prope est a te deus. tecum est. intus est. Ita dico lucili. sacer intra nos spiritus sedet. malorum bonorumque nostrorum obseruator et custos. hic prout a nobis tractatus fuerit. ita nos ipse tractat. Bonus uero uir sine deo nemo est. An aliquis potest supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ita dat consilia magnifica et recta. In uno quoque bonorum uirorum quis habitat deus incertum est. Si tibi occurrit uetustis arboribus. et solitam altitudinem egressis frequens lucus. et conspectum celi ramorum aliorum alios umbra protegentium summouens. illa proceritas silue et secretum loci et admiratio umbre in aperto tam dense atque continue. fidem tibi numinis faciet. Et si quis specus saxis penitus exesis montem suspenderit non manufactus sed naturalibus causis in tantam laxitatem excauatus. animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita ueneramur. Subita ex abdito uasti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes et stagna quedam uel opacitas uel inmensa altitudo sacrauit. Si hominem uideris interritum periculis. intactum cupiditatibus. inter aduersa felicem. in mediis tempestatibus placidum. ex superiore loco homines uidentem. ex equo deos. non subibit te ueneratio eius. non dices. Ista res maior est altiorque quam ut credi similis huic in quo est corpusculo possit? Uis istuc diuina descendit. Animum excellentem moderatum. omnia tamquam minora transeuntem. quicquid timemus optamusque ridentem. celestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Itaque maiore sui parte illic est unde descendit. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram. sed ibi sunt unde mit

tuntur. Sic animus magnus et sacer. et in hoc demissus ut propius
quidem diuina nossemus. conuersatur quidē nobiscum. sed heret
origini sue. Illuc pendet. illuc spectat ac nititur. Nostris tanq̄ me
lior interest. Quis est ergo hic animus. qui nullo bono nisi suo nitet?
Quid enim est stultius. q̄ in homine aliena laudare? Quid eo de
mentius. qui ea miratur que ad alium transferri protinus possunt?
Non faciunt meliorem equū aurei freni. Aliter leo aurata iuba
demittitur dum contrectatur. et ad patientiam recipiendi orna
menti cogitur fatigatus. aliter incultus. integri spiritus. hic scili
cet impetu acer. qualem illum natura esse uoluit. speciosus ex
horrido. cuius hic decor est non sine timore aspici. prefertur illi
languido et bracteato. Nemo gloriari nisi suo debet. Vitem lau
damus. si fructu palmites onerat. si ipā pondera ad terram eorū
que tulit adminiculo deducat. Numquis illam preferet uitem. cui
auree uue. aurea folia dependent? Propria uirtus est in uite fer
tilitas. In homine quoq; id laudandum est. quod ipsius est. Fami
liam formosam habet et domū pulchram. multum serit. multū
fenerat. Nichil horū in ipō est. sed circa ipm̄. Lauda in illo. quod
nec eripi potest nec dari. Quod proprium est hominis queris?
Quid nisi animus. et ratio in animo perfecta? Rationale enim
animal est homo. Cōsumatur itaq; bonū eius. si id impleuit cui
nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio hec exigat? Rem fa
cillimam. Secundum naturam suam uiuere. Sed hanc difficilē
facit cōmunis insania. In uitia alter alterū trudimus. Quomo
do autem reuocari ad salutem possunt. quos nemo retinet. po
pulus impellit?

.xli.
Nota eorum q de potentib; male extimāt. et de remedio cōtra dampna bonorū fortuitorum.

Iam iste tibi persuasit. bonum se uirū esse. Atqui ubi bo
nus tam cito nec fieri potest nec intelligi. Scis quem nūc
bonū uirum dicam? huius secunde note. Nam ille al
ter forsitan semel tanq̄ fenix anno quingentesimo nascatur. Nec
est mirum ex interuallo magna generari. Mediocria et in turbā
nascentia sepe fortuna producit. eximia uero ipā raritate com
mendat. Sed iste adhuc ab eo multum abest quod profitetur.

et si sciret quid esset uir bonus nondum esse se crederet. fortasse etiam fi eri posse desperaret. At male existimat de malis. hoc etiam mali faciunt. Nec ulla maior pena nequitie est. quam quod sibi ac suis displicet. et odit eos qui subita et magna potentia impotenter utuntur. Idem faciet cum idem potuerit. Multorum quia inbecilla sunt latent uitia. non minus ausura cum illis uires sue placuerint. quam illa que iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicande nequitie desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur. dum riget frigore. Non desunt tunc illi uenena. sed torpent. Multorum crudelitas et ambitio et luxuria. ut paria pessimis audeat. fortune fauore deficitur. Eadem uelle cognosces. da posse quantum uolunt. Meministi cum quedam affirmares in tua po testate esse. dixisse me uolaticum esse ac leuem. et te non pedem eius tenere sed pennam. Mentitus sum. pluma tenebatur quam remisit et fugit. Scis quos postea tibi exhibuerit ludos. quam multa in caput suum ca sura temptauerit. Non uidebat se per aliorum pericula in suum ruere. Non cogitabat quam onerosa essent que petebat. etiam si superuacua non essent. hec itaque in his que affectamus. ad que labore magno conten dimus. inspicere debemus. aut nichil in eis commodi esse. aut plus in commodi. Quedam superuacua sunt. quedam tanti non sunt. Sed hec non peruidemus. et gratuita nobis uidentur. que carissima con stant. Ex eo licet stupor noster appareat. quod ea sola putamus emi. pro quibus pecuniam soluimus. ea gratuita uocamus pro quibus nos ipsos impendimus. Que emere nollemus. si domus nobis nostra pro illis esset danda. si amenum aliquod fructuosum ue predium. ad ea para tissimi sumus prouenire cum sollicitudine. cum periculo. cum iactura pu doris. libertatis. et temporis. Adeo nichil est cuique se uilius. Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus. quod solemus facere. quotiens ad institorem alicuius mercis accessimus. Videamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur. Sepe maximum precium est. pro quo nullum datur. Multa tibi possum ostendere que acquisita acceptaque libertatem nobis extorserint. Nostri essemus. si ista nostra non essent. hec ergo tecum uersa. non solum ubi de incremento a getur. sed etiam ubi de iactura. hoc periturum est. Nempe aduenticium fuit.

Tam facile sine isto uiues. q̄ uixisti. Si diu illud habuisti. perdis postq̄
satiatus es. si non diu. perdis ante q̄ assuescas. Pecuniam minorem
habebis. nempe et molestiam. Gratiam minorem nempe et inuidiā.
Circumspice ista. que nos agunt in insaniam. que cū plurimis lacrimis
amittimus. Scies non damnū in his molestum esse. sed opinionē dam
ni. Nemo illa perisse sentit sed cogitat. Qui se habet. nichil perdit.
Sed quotocuiq; habere se contingit? Val.

·xLII·

Quomodo cōparationis modus fere oīa magna facit minima et q̄ praua uitā a publico sensu querit abscondi.

Quomodo hoc ad me peruenerit queris. quis michi id te cogi
tare narrauerit. quod tu nulli narraueras. Is qui scit pluri
mum rumor. Quid ergo inquis. tantus sum ut possim ex
citare rumorem? Non est quod te ad hunc locū respiciens metiaris.
Ad istum respice in quo moraris. Quicquid inter uicina eminet. ma
gnum est illic ubi eminet. Nam magnitudo habet certum modum.
Comparatio illam aut tollit aut deprimit. Nauis que in flumine ma
gna est. ī mari paruula est. Gubernaculum quod alteri naui magnū.
alteri exiguū est. Tu nunc in prouincia. licet contemnas ipse te. ma
gnus es. Quid agas. quemadmodum cenes. quemadmodū dormi
as. queritur. scitur. Eo tibi diligentius uiuendum est. Tunc autē
felicem esse te iudica. cum poteris in publico uiuere. cū te parietes tui
tegent non abscondent. quos plerunq; circumdatos nobis uendicamus.
non ut tutius uiuamus. sed ut peccemus occultius. Rem dicam ex
qua mores extimes nostros. Vix quenq̄ inuenies. qui possit aperto ho
stio uiuere. Ianitores conscientia nostra. non superbia opposuit. Sic
uiuimus. ut deprehendi sit subito aspici. Quid autem prodest abs
condere se. et oculos hominū auresq; uitare? Bona conscientia tur
bam aduocat. mala etiam in solitudinem anxia atq; sollicita est. Si
honesta sunt que facis. omnes sciant. Si turpia. quid refert hominē
scire. cum tu scias? O te miserum. si contemnis hunc testem. Val.

·xLIII·

De uera nobilitate et de errore beatā uitā optantium.

Iterum tu michi te pusillum facis. et dicis malignius tecum
egisse naturam prius. deinde fortunam. cū possis eximere te
uulgo. et ad felicitatem hominū maximā emergere? Siqd
non est aliud in philosophia boni. hoc est. q̄ stemma non inspicit. Omēs.
si ad originem primam reuocantur a dys sunt. Eques romanus es.

et ad hunc ordinem tua te perduxit industria. At me hercules
multis quatuordecim gradus clausi sunt. Non omnes curia admit
tit. Castra quoque quos ad laborem et periculum recipiant. fastidi
ose legunt. Bona mens omnibus patet. Omnes ad hoc sumus no
biles. Non reicit quenquam philosophia. nec eligit. omnibus lucet.
Patricius socrates non fuit. Cleantes aquam traxit. et rigando orto
locauit manus. Platonem non accepit nobilem philosophia. sed fe
cit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? Omnes hi
maiores tui sunt. si te illis geris dignum. Geres autem si hoc protinus
tibi ipse persuaseris. a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis
totidem ante nos sunt. Nullius non origo ultra memoriam iacet.
Plato ait neminem regem non ex seruis esse oriundum. neminem non
seruum ex regibus. Omnia ista longa uarietas miscuit. et sursum
deorsum fortuna uersauit. Quis est generosus? Ad uirtutem bene
a natura compositus. hoc unum intuendum est. Alioquin. si ad uera
reuocas. nemo non idem est. ante quod nichil est. A primo mundi
ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque al
ternata series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imagini
bus. Nemo in nostram gloriam uixit. nec quod ante nos fuit. no
strum est. Animus facit nobilem. cui ex quacunque condicione su
pra fortunam licet surgere. Puta itaque te non equitem romanum
esse sed libertinum. Potes hoc consequi ut solus sis liber inter in
genuos. Quomodo inquis? Si bona malaque non populo autore
distinxeris. Intuendum est non unde ueniant. sed quo eant. Si
quid est quod uitam beatam potest facere id bonum est suo iure.
Deprauari enim in malum non potest. Quid est ergo in quo erra
tur. cum omnes beatam uitam optent? Quod instrumenta eius pro
ipsa habent. et illam dum petunt fugiunt. Nam cum summa uite
beate sit solida securitas. et eius inconcussa fiducia. sollicitudinis
colligunt causas. et per insidiosum iter uite non tantum ferunt sar
cinas sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt semper
abscedunt. et quo plus opere impenderunt. hoc se magis impedi
unt. feruntur retro. quod euenit in laberintho properantibus

·xLIIII·

De modo legendi cōmētarios. de acuitate ingenii nō ī uerbis sed rebus exercenda et quis uere beatus sit.

ipsa illos uelocitas implicat. Val'.

Librorum istic inopiam esse quereris. Non refert q̄ multos. sed q̄ bonos habeas. Lectio certa prodest. uaria delectat. Qui quo destinauit peruenire uult. unam sequitur uiam. nō per multas uagatur. Non ire istuc. sed errare est. Vellem inquis magis consilium michi q̄ libros dares. Ego uero quoscumq; habeo mittere paratus sum. et totum horreum excutere. Me quoq; istō si possē transferrem. et nisi mature te finē officii sperarem impetraturū. hanc senilem expeditionem indixissem michi. nec me charybdis et scylla et fabulosum istud fretum deterrere potuissent. Tranassem ista. non solum traiecissem. dūmodo te complecti possem. et presens estimare. quantū animo creuisses. Ceterum q libros meos tibi mitti desideras. non magis ideo me disertū puto. q̄ formosum putarem. si imaginem meam peteres. Indulgentie scio istud esse non iudicii. Et si modo iudicii est. indulgentia tibi imposuit. Sed qualescumq; sunt. tu illos sic lege. tanq̄ uerū queram adhuc non sciam. et contumaciter queram. Non enī me quisq̄ emancipauit. nullius nomen fero. multū magnorū uirorum iudicio credo. aliquid et meo uendico. Nam illi quoq; non inuenta sed querenda nobis reliquerunt. et inuenissent forsitan nisi et superuacua quesissent. Multū illis tēporis uerborum cauillatio eripuit. Captiose disputationis que acumen irritū exercet. nectimus nodos. et ambiguam significationem uerbis illigamus ac deinde dissoluimus. Tantū nobis uacat. Iam uiuere. iam mori scimus. Tota illō mente pergendum est. ubi prouideri debet. ne res nos non uerba decipiant. Quid michi uocum similitudines distinguis. quibus nemo unq̄ nisi qui disputat captus est. Res fallunt. illas discerne. pro bonis mala amplectimur. optamus contra id quod optauimus. Pugnant uota nostra cū uotis. consilia cum consiliis. Adulatio q̄ similis est amicicie. Non imitatur tantū illam. sed uincit et preterit. Apertis auribus recipitur ac propiciis. et ī precordia ima descendit. eo ipso gratiosa quo ledit. Doce quemadmodum istam similitudinem possim dinoscere. Venit ad me pro amico. blandus inimicus. Vitia no

bis sub uirtutum nomine obrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis
latet. Moderatio uocatur ignauia. Pro cauto timidus accipitur. In
his magno periculo erramus. his certas notas imprime. Ceterum qui
interrogatur an cornua habeat. non est tam stultus ut frontem suam
temptet. nec rursus tam ineptus aut hebes. ut nesciat. tu illis subtilis
sima collectione persuaseris. Sic ista sine noxa decipiunt. quomodo pre
stigiatorū acetabula et calculi in quibus ipsa me fallacia delectat. Ef
fice ut quomodo fiat intelligam. perdidi usum. Idem de istis captio
nibus dico. quo enim nomine potius sophismata appellem? Nec igno
ranti nocent. nec scientem iuuant. Si utiq; uis uerborū ambiguita
tes deducere. hoc nos doce. beatum non eum esse quem uulgus appellat.
ad quem pecunia magna confluxit. sed illū cui bonum omne in ani
mo est. erectum et excelsum. et mirabilia calcantem. qui neminē ui
det cū quo se cōmutatum uelit. qui hominē parte ea sola estimat qua
homo est. qui natura magistra utitur. ad illius leges componitur.
sic uiuit quomodo illa prescripsit. cui bona sua nulla uis excutit. qui
mala in bonū uertit. certus iudicii. inconcussus. intrepidus. quē aliqua
uis mouet. nulla perturbat. quem fortuna cū quod habuit telū nocen
tissimū ui maxima intorsit. pungit. non uulnerat. et hec raro. Nam
cetera eius tela quibus genus humanū debellatur. grandinis more dis
sultant. que incussa tectis sine ullo habitatoris incōmodo crepitat ac
soluitur. Quid me detines in eo quē tu ipse eudemonen appellas. quo
tantum librorum compositum est? Ecce tota michi uita mentitur.
hanc coargue. hanc ad uerum si acutus es redige. Necessaria iudicat.
quorū magna pars superuacua est. etiam que non est superuacua. ni
chil in se momenti habet in hoc ut possit fortunatū beatumq; prestare.
Non enim statim bonū est. siquid necessarium est. At proicimus bo
num. si hoc nomen pani et polente damus. et ceteris sine quibus uita
non ducitur. Quod bonum est utiq; necessarium est. Quod autē ne
cessarium est. non utiq; bonū est. Quoniam quedam necessaria sunt.
quedam eadem uilissima. Nemo usq; eo dignitatem boni ignorat. ut
illud ad hoc in diem utilia dimittat. Quid ergo? Non eo potius curā
transferes. ut ostendas omnibus magno temporis impendio queri su

pertinacia. et multos transisse uitam. dum uite instrumenta conquirunt.
Recognosce singulos. Considera uniuersos. nullius non uita spectat in
crastinum. Quid in hoc sit mali queris? Infinitum. Non enim uiuunt.
sed uicturi sunt. Omnia differunt. Etiam si attenderemus. tamen nos
uita precurreret. nunc uero cunctantes quasi aliena transcurrit. et
ultimo die finitur. omni perit. Sed ne epistole modum excedam. quae
non debet sinistram manum legentis implere in alium diem hanc litem
cum dialecticis differam. nimium subtilibus. et hoc solum curantibus.
non et hoc. Vale.

.xlv.
Laudat uoluminis sibi missi dulcedinem. ubi docet quod in dictamine fertilis est eligenda materia.

Librum tuum quem michi promiseras accepi. et tamquam lectu
rus ex commodo aperui. ac tantum degustare uolui. Deinde
blanditus est ipse. ut procederem longius. Qui quam disertus fue
rit. ex hoc intelligas licet. Leuis michi uisus est. cum esset nec mei nec
tui corporis. sed qui primo aspectu aut Titi liuii aut Epicuri posset ui
deri. Tanta autem dulcedine et tenuit et traxit. ut illum sine ulla
dilatione perlegerim. Sol me inuitabat. fames admonebat. nubes mi
nabantur. tamen exhausi totum. Non tantum delectat. sed et gaui
sus sum. Quid ingenii iste habuit. quid animi dicerem. quia impe
tus. si interquieuisset. si interuallo surrexisset. Nunc non fuit impetus
sed tenor. compositio uirilis et sancta. Nichilominus interueniebat dul
ce illud et loco lene. Grandis. erectus es. hoc te uolo tenere. sic ire. Fac
iat aliquid et materia. Ideo digenda est fertilis que capiat ingenium.
que incitet. De libro plura scribam. cum illum retractauero. Nunc ue
ro parum michi sedet iudicium. tamquam audierim illa non legerim.
Sine me et inquirere. Non est quod uerearis. uerum audies. O te ho
minem felicem. quod nichil habes propter quod quisquam tibi tam longe men
tiatur. nisi quod iam. etiam ubi causa sublata est. mentimur consuetudi
nis causa.

.xlvi.
De familiaritate habenda cum seruis.

Libenter ex his qui a te ueniunt cognoui familiariter te cum ser
uis tuis uiuere. hoc prudentiam tuam. hoc eruditionem decet.
Serui sunt. immo homines. Serui sunt. immo contubernales. Ser
ui sunt. immo humiles amici. Serui sunt. immo conserui. si cogitaueris
tantundem in utrosque licere fortune. Ideo rideo istos. qui turpe exi

stimant cū seruo suo cenare. Quare? nisi quia superbissima consue
tudo cenanti domino stantium seruorum turbā circumdedit. Est
ille plusq̄ capit. et ingenti auiditate onerat distentum uentrem.
ac desuetum uentris officio. ut maiore opera omnia egerat q̄ inges
sit. At infelicibus seruis mouere labra ne in hoc quidem ut loquan
tur licet. Virga murmur omne compescitur. et ne fortuita qui
dem uerberibus excepta sunt. tussis. sternutamenta. singultus.
Magno malo interpellatum silentium luitur. Nocte tota ieiuni
mutiq; perstant. Sic fit ut isti de domino loquantur. quibus corā
domino loqui non licet. At illi quibus non tantum corā dominis
sed cum ipsis erat sermo. quorum os non consuebatur. parati erant
pro domino ponere ceruicem. periculum imminens in caput suū
auertere. In conuiuiis loquebantur. sed in tormentis tacebant.
Deinde eiusdem arrogantie prouerbium iactatur. totidem esse
hostes quot seruos. Non habemus illos hostes sed facimus. Alia in
terim crudelia et inhumana pretereo. quod ne tanq̄ hominibus
quidem sed tanq̄ iumentis abutuntur. q cum ad cenandum dis
cubuimus. alius sputa detergit. alius reliquias temulentorū subdi
tus colligit. alius preciosas aues scindit per pectus et clunes certis
ductibus circū ferens eruditam manum. et frusta excutit. Infelix
qui huic uni rei uiuit. ut altilia diligenter secet. nisi q miserior
est qui hoc uoluptatis causa docet. q̄ qui necessitate discit. Alius
uini minister in muliebrem modum ornatus. cum etate lucta
tur. Non potest effugere pueritiam. sed retrahitur. Iamq; mili
taris habitus glaber retritis pilis aut penitus euulsis. tota nocte
peruigilat. quam inter ebrietatem domini ac libidinem diui
dit. et in cubiculo uir in conuiuio puer est. Alius cui conuiua
rum censura permissa est. perstat infelix. et expectat quos adu
latio et intemperantia aut gule aut lingue reuocet in crastinum.
Adice opsonatores. quibus dominici noticia palati subtilis est. q
sciunt cuius illum rei sapor excitet. cuius delectat aspectus. cuius
nouitate nausiabundus erigi possit. quid iam ipsa satietate fa
stidiat. quid illo die esuriat. Cum his cenare non sustinet. et ma

iestatis sue diminutionem putat. ad eandem mensam cum seruo
suo accedere. Dy melius. q̄ ex istis dominos habent. Stare ante li
men calisty dominū suū uidi. et eum qui illi impegerat titulum.
qui inter ridicula mancipia produxerat. alys intrantibus excludi.
Rettulit illi gratiam seruus. Jlle in primam decuriam coniectus in
qua uocem preco experitur. et ipē inuicem illum apologauit. et ipē
non iudicauit domo sua dignum. Dominus Calistū uendidit. sed do
mino q̄ multa Calistus. Vis tu cogitare istum quem seruum tuum
uocas. ex eisdem seminibus ortum. eodem frui celo. eque spirare.
eque uiuere. eque mori. Tam tu illum uidere ingenuū potes. q̄ ille
te seruum. Mariana clade multos splendidissime natos. senatoriū
per militiam auspicantes gradum. fortuna depressit. alium ex il
lis pastorem. alium custodem case fecit. Contemne nunc eius for
tune hominem. in quam transire dum contemnis potes. Nolo ī in
gentem me locum mittere. et de usu seruorum disputare. in quos
superbissimi crudelissimi. contumeliosissimi sumus. Hec tamen
precepti mei sūma est. Sic cū inferiore uiuas. quemadmodū tecū
superiorem uelis uiuere. Quotiens in mente uenerit quantum
tibi in seruum liceat. ueniat in mentem tantundem in te domino
tuo licere. At ego inquis nullum habeo dominū. Bona etas est. for
sitan habebis. Nescis qua etate hecuba seruire ceperit. qua cresus.
qua Dary mater. qua platon. qua diogenes. Viue cū seruo cle
menter. comiter quoq;. et in sermonem illum admitte. et in con
silium et in conuictum. Hoc loco acclamabit michi tota manus de
licatorum. Nichil hac re humilius. nichil turpius. Hos ego eosdē
reprehendo alienorum seruorum osculantes manū. Nec illud qui
dem uidetis. q̄ omnē inuidiam maiores nostri dominis. omnem
contumeliam seruis detraxerint. Dominum patrem familie appel
lauerunt. seruos quod etiam in minimis adhuc durat. familiares.
Jnstituerunt diem festum. non quo solo cum seruis domini uesceren
tur. sed quo utiq; honores illis in domo gerere permiserunt. et domū
pusillam rem publicam esse iudicauerunt. Quid ergo. Omnes ser
uos admouebo mense mee. non magis q̄ omnes liberos. Erras si

existimas me quosdam quasi sordidioris opere reiecturum . ut putã
illum mulionem . et illum bubulcum . Non ministeriis illos estima
bo . sed moribus . Sibi quisq; dat mores . ministeria casus assignat .
Quidam cenent tecum quia digni sunt . quidam ut sint . Siquid enĩ
in illis ex sordida conuersatione seruile est . honestiorum conuictus
excutiet . Non est mi lucili q. amicum tantum in foro et in curia que
ras . si diligenter adtenderis . et domi inuenies . Sepe bona materia
cessat sine artifice . Tempta et experire . quemadmodum stultus est
qui equũ empturus non ipsum inspicit sed stratum eius ac frenos .
sic stultissimus est qui hominẽ aut ex ueste aut ex condicione que ue
stis modo nobis circumdata est . estimat . Seruus est . sed fortassis li
ber animo . Seruus est . hoc illi non nocebit . Ostende quis non sit . Ali
us libidini seruit . alius auaritie . alius ambitioni . omnes timori .
Dabo consularem aniculae seruientem . dabo ancillule diuitẽ . Ostẽ
dam nobilissimos iuuenes . mancipia pantomimorum . Nulla serui
tus turpior est q̄ uoluntaria . Quare non est q. fastidiosi isti te deter
reant . quo minus seruis tuis hilarem te prestes . et non superbũ su
periorem . Colant potius te q̄ timeant . Dicet aliquis nũc me uo
care ad pilleum seruos . et dominos de fastigio suo deicere . q. dixi
colant potius q̄ timeant . Ita inq̄ prorsus colant tamq̄ clientes . tamq̄
salutatores . hoc qui dixerit obliuiscetur id dominis parũ esse . q.
deo sat est . qui colitur et amatur . Non potest amor cum timore mi
sceri . Rectissime ergo facere te iudico . q. timeri a seruis tuis nõ uis .
q. uerborum castigatione uteris . Verberibus multa admonentur .
non quicquid nos offendit et ledit . Sed ad rabiem cogunt perueni
re delitie . ut quicquid non ex uoluntate respondet . iram euocet . Re
gum nobis induimus animos . Nam illi quoq; obliti et uirium suarũ
et imbecillitatis aliene . sic excandescunt . sic seuiunt . quasi iniuriã
acceperint . a cuius rei periculo illos fortune sue magnitudo tutissi
mos prestat . Nec hoc ignorant . sed occasionem nocendi captant .
Querendo acceperunt iniuriam ut facerent . Diutius te morari no
lo . Non est enim tibi exhortatione opus . hoc habent inter cetera bo
ni mores . placent sibi . permanent . Leuis est malitia . sepe mutatur .

non in melius

non in melius. sed in aliud. Val.

.xlvii.

Longiori mora op(us) e(st) i(n) solutione q(uam) i(n) propositione q(ue)stionis. et q(uod) amicicia o(mn)ia mutuo co(m)municat. et de his q(ui) in tanti te(m)poris egestate puerilibus sophismatibus intendu(n)t.

AD epistolam quam michi ex itinere misisti tam longam. q(uam) ipsum iter fuit. postea rescribam. Seducere me debeo. et (*at* rescribere) quid suadeam circumspicere. Nam tu quoq(ue) qui consulis. diu an consuleres cogitasti. q(uan)to magis hoc michi faciendum est. cu(m) longiore mora opus sit. ut soluas questione(m) q(uam) ut proponas. utiq(ue) cu(m) aliud tibi expediat aliud michi. Iterum ego tamq(uam) epicureus loquor. Michi uero id expedit quod tibi. aut non sum amicus. nisi quicquid agitur ad te pertinens meu(m) est. Consortium rerum omnium inter nos facit amicicia. Nec secundi quicq(uam) singulis est. nec aduersi. In co(m)mune uiuitur. Nec potest quisq(uam) beate uiuere qui se tantu(m) intuetur. qui omnia ad utilitates suas conuertit. Alteri uiuas oportet. si uis tibi uiuere. Hec societas diligenter et sancte obseruanda. que nos omnes hominibus miscet. et iudicat aliquod esse co(m)mune ius generis humani. plurimu(m) ad illam quoq(ue) de qua loquebar. interiorem societatem amicicie colendam proficit. Omnia enim cu(m) amico co(m)munia habebit. qui multa cum homine. Hoc lucili uiroru(m) optime michi ab istis subtilibus precipi malo. quid amico prestare debeam q(ui)d homini. q(uam) quot modis amicus dicatur et homo q(uam) multa significet in diuersum. Ecce sapientia et stulticia discedunt. cui accedo? In utram ire partem iubes? Illi homo pro amico est. huic amicus no(n) est pro homine. Ille amicum sibi parat. hic se amico. Tu michi uerba distorques. et syllabas digeris? Scilicet nisi interrogationes uaferrimas struxero. et conclusione falsa a uero nascens mendaciu(m) astrinxero. non potero a fugiendis petenda secernere. Pudet me. i(n) re tam seria senes ludimus. Val.

MUS syllaba est. mus autem caseum rodit. syllaba ergo caseu(m) rodit. Puta nunc me istuc non posse soluere. Quod michi ex ista inscientia periculu(m) i(m)minet? quod incommodum? Sine dubio uerendum est ne quando i(n) muscipula syllabas capiam. aut nequando si negligentior fuero caseum liber comedat. nisi forte illa acutior est collectio. Mus syllaba est. syllaba autem caseum non rodit. mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias. In hoc

superalia subduximus. in hoc barbam demisimus. hoc est quod tri
stes docemus et pallidos. Vis scire quid philosophia promittit generi
humano? Consilium. alium mors uocat. alium paupertas urit. aliū
diuitię uel alienę torquent uel suę. Ille malam fortunam horret. hic
se felicitati suę subducere cupit. hunc homines male habent. hūc dy.
Quid michi lusoria ista componis? Non est iocandi locus. Ad miseros
aduocatus es. opem laturum te naufragis. captis. egris. egentibus.
intentę securi prestantibus caput: pollicitus es. Quo diuertis? quid
agis? hic cum quo ludis timet. Succurre. Quid q̄ laqueati respon
dent in penis? Omnes undiq; ad te manus tendunt. perditę uitę
perituręq; auxilium aliquod implorant. In te spes opesq; sunt. ro
gant ut ex tanta eos uolutatione extrahas. ut disiectis et errantibus
clarum ueritatis lumen ostendas. Dic quid natura necessariū fecerit.
quid superuacuum. q̄ faciles leges posuerit. q̄ iocunda sit uita. q̄
expedita illas sequentibus. q̄ acerba et implicita eorū qui opinioni
plusq̄ naturę crediderunt. Si prius docueris. quę partem eorū leua
tura sunt. quid istorū cupiditates demit. quid temperat. Utinā tan
tum non prodessent quantū nocent. hoc tibi cum uoles manifestum
faciam. cōminui et debilitari generosam indolem. in istas argutias
coniectam. Pudet dicere contra fortunam militaturis. quę porri
gant tela. quemadmodum illos subornent. hac ad sūmū bonum
itur. Per istud philosophię sunt nigrę et turpes. infamesq; etiam
ad album sedentibus exceptiones. Quid enim aliud agitis. cū eum
quem interrogatis scientes in fraudem inducitis. q̄ ut formula ce
cidisse uideatur? Sed quēadmodum illos pretor. sic hos philosophia
in integrum restituit. Quid hiscentes ab ingentibus promissis. et
grandia locuti effecturos uos. ut non magis auri fulgor q̄ gladii pre
stringat oculos meos. ut ingenti constantia et quod omnes optent et
quod omnes timeant calcem ad grāmaticorū elementa descenditis?
Quid dicitis. Sic itur ad astra. hoc enim est quod michi philosophia
promittit. ut parem deo faciat. Ad hoc inuitatus sum. ad hoc ue
ni. fidem presta quantū potes. Ergo mi lucili reduc te ab istis ex
ceptionibus. et prescriptionibus philosophorum. Aperta decent et

simplicia bonitatē tuam. Etiam si multum superesset etatis. parce dispensandum erat. ut sufficeret necessariys. Nunc que dementia est. superuacua discere in tanta temporis egestate.

.xLviii.

De uelocitate tp̄ris nō ī q̄stionibus puulgaribus expendenda. sed exhortatione uirtutū redimenda.

Et quidem mi lucili supinus et negligens. qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur. Tamen repositum in animo nostro desiderium. loca interdum familiaria euocant. nec extinctam memoriam reddunt. sed quiescentē irritant. sicut dolorem lugentium etiam si mitigatus est tempore. aut seruuli familiaris amissio. aut uestis aut domus renouat. Ecce Campania et maxime Neapolis ad pompeiorū tuorū conspectū. incredibile est q̄ recens desiderium tui fecerint. Totus michi in oculis es. cū maxime a te discedo. uideo lacrimas combibentem. et tuis affectibus inter ipsam coercitionem exeuntibus nobis satis resistentem. Modo amisisse te uideor. Quid enim? Non modo est si recorderis? Modo apud sotionem philosophum puer sedi. modo causas agere cepi. modo desy uelle agere. modo desy posse. Infinita est uelocitas tēporis. que magis apparet respicientibus. Nam ad presentia intentos fallit. adeo precipitis fuge transitus leuis est. Causam huius rei queris? Quicquid temporis transit eodem loco est. Pariter aspicitur. unā iacet. Omnia inde ī profundum cadunt. Alioquin nō possunt longa interualla esse in ea re. que tota breuis est. Punctū est quod uiuimus. et adhuc puncto minus. Sed hoc minimū spetie quadā longioris spacy natura derisit. Aliud ex hoc infantiam fecit. aliud pueritiam. aliud adolescentiam. aliud inclinationē quandam ab adolescentia ad senectutem. in quo angusto quosdam quidē gradus posuit. Modo te prosecutus sum. et tamen hoc modo etatis nostre bona portio est. cuius breuitatem aliquando futuram cogitemus. Non solebat michi tam uelox tempus uideri. nūc incredibilis cursus apparet. siue quia admoueri lineas sentio. siue quia attendere cepi et computare damnū meū. Eo magis itaq; indignor aliquos ex hoc tempore quod sufficere nec ad necessaria quidem potest. etiā si custoditum diligentissime fuerit. in superuacua maiorem partē erogare. Negat Cicero si duplicetur sibi etas. habiturū se tempus

al' modo

quo legat lyricos. eodem loco dialecticos. Tristius inepti sunt illi. ex pro
fesso lasciuiunt. hi agere se ipsos aliquid existimant. Nec ego nego pro
spicienda ista. sed prospicienda tantum. et a limine salutanda. in
hoc unū ne uerba nobis dentur. et aliquid esse in his magni et seueri
boni iudicemus. Quid te torques et maceras in ea questione. q̄ subtili
us est contempsisse q̄ soluere? Securi est et ex cōmodo migrantis. mi
nuta conquirere. Cum hostis instat a tergo. et mouere se iussus est mi
les. necessitas excutit quicquid pax ociosa collegerat. Non uacat michi
uerba dubie cadentia consectari. et uafriciam in illis meam experiri.
Aspice qui coeant populi. qui menia clausis ferrum acuant portis. Ma
gno michi animo strepitus iste belli circumsonantis exaudiendus est.
Demens omnibus merito uiderer. si cū saxa ī munimentū murorum
senes feminęq; congererent. cū iuuentus intra portas armata signū
eruptionis expectaret aut posceret. cū hostilia in portis tela uibrarent.
et ipm̄ solū suffossionibus et cuniculis tremeret. sedem ociosus et eiusmo
di questiunculas ponens. Quod non perdidisti. habes. Cornua autem
non perdidisti. Cornua ergo habes. Aliaq; ad exemplū huius acute de
lirationis concinnata. Atq; eque licet tibi demens uidear. si istis im
pendero operam. et nunc obsideor. Tunc tamen michi periculum ob
sesso externū īmineret. Murus me ab hoste secerneret. Nunc mortife
ra mecū sunt. non uaco ad istas ineptias. Ingens negociū in manibus
est. Quid agam? Mors me sequitur. fugit uita. Aduersus hoc doce
me aliquid. Effice ut ego mortem non fugiam. uita me non effugiat.
exhortare aduersus difficilia. Da equanimitatē aduersus ineuitabi
lia. angustias temporis mei laxa. Doce non esse positum bonū uite ī
spatio eius. sed in usu. posse fieri. immo sepissime fieri. ut qui diu ui
xerit parum uixerit. Dic michi dormituro. Potes non expergisci?
Dic experrecto. potes non dormire amplius? Dic exeunti. potes non
reuerti? Dic redeunti. potes non exire? Erras si ī nauigatione tantū
existimas minimū esse. quo morte uita diducatur. In omni loco eque
tenue interuallum est. Nam ubiq; se mors tam prope ostendit. ubiq;
tam prope est. Has tenebras discute. et facilius ea trades ad que pre
paratus sum. Dociles natura nos edidit. et rationem dedit īpfectā

sed que perfici posset. De iustitia michi. de pietate disputa. de fru
galitate. de pudicitia utraque. et illa cui alienum corporis abstinentia
est. et hac cui sui cura. Si me nolueris per devia ducere. facilius ad
id quo tendo perveniam. Nam ut ait ille tragicus. veritatis simplex
oratio est. ideoque illam implicari non oportet. Nec enim quicquam minus
convenit. quam subdola ista calliditas animi. magna conantibus. Val.

xlviii.

De falsa excusatione peccatorum et qualiter possit indurata etiam pravitas corrigi. et quod virtutes sunt bona naturalia et vitia nature inimica et quod earum initium arduum sed tutela facilis.

Epistolam tuam accepi post multos menses. quam miseras. Supervacuum
itaque putavi ab eo qui afferebat quid ageres querere.
Valde enim bone memorie est si meminit. Et tamen spero te
sic iam vivere. ut ubicumque eris. sciam quid agas. Quid enim aliud
agas quam ut meliorem te ipse cotidie facias. ut aliquid ex erroribus po
nas. ut intelligas tua vitia esse. que putas rerum? Quedam enim
locis et temporibus ascribimus. At illa quocumque transierimus. secu
tura sunt. Harpasten uxoris mee fatuam scis. hereditarium onus.
in domo mea remansisse. Ipse enim avarissimus. ab istis prodigiis (al. prodigiis) sup
si. Quando fatuo delectari volo. non est michi longe querendus.
Me rideo. hec fatua subito desiit videre. Incredibilem rem tibi nar
ro. sed veram. Nescit esse se cecam. Subinde pedagogum suum rogat
ut migret. Ait domum tenebricosam esse. Hoc quod in illa ridemus.
omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo se avarum esse intelligit.
nemo cupidum. Ceci tamen ducem querunt. Nos sine duce erramus
et dicimus. Non ego ambitiosus sum. sed nemo aliter rome potest vi
vere. Non ego sumptuosus sum. sed urbs ipsa magnas impensas exigit.
Non est meum vitium quod iracundus sum. quod non dum constitui certum
genus vite. adolescentia hoc facit. Quid nos decipimus? Non est ex
trinsecus malum nostrum. Intra nos est. In visceribus ipsis sedet. et
ideo difficulter ad sanitatem pervenimus. quia nos egrotare nescimus.
Si curari ceperimus. quando tot morbos. tantasve res discutiemus?
Nunc vero nec querimus quidem medicum. qui minus negotium ha
beret. si adhiberetur ad recens vitium. Sequerentur enim et rudes
animi recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur.
nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem. At me
hercule turpe est magistrum huius rei querere. Illud desperandum

est. posse nobis casu tantum bonū influere. laborandum est. et ut uerum dicam. ne labor quidem magnus est. si modo ut dixi ante animum nostrū formare incipimus et recorrigere. q̄ induresat prauitas eius. Sed nec indurata despero. Nichil est quod non expugnet pertinax opera. et intenta ac diligens cura. Robora in rectum q̄uis flexa reuocabis. Curuatas trabes calor explicat. et aliter nate in id finguntur quod usus noster exigit. Quanto facilius animus accipit formam. flexibilis et omni humore obsequentior. Quid enī est aliud animus q̄ quodammodo se habens spiritus. Vides autem tanto spiritū esse faciliorem omni alia materia. q̄to tenuior est. Illud mi lucili nō est quod te impediat. quo minus de nobis bene speres. q. malicia nos iam tenet. q. diu in possessione nostri est. Ad neminem ante bona mens uenit q̄ mala. Omnes preoccupati sumus uirtutes discere. Sed eo maiore animo ad emendationē nostri debemus accedere. q. semel traditi boni perpetua possessio est. Non dediscitur uirtus. Cōtraria enim mala in alieno herent. Ideo depelli et exturbari possūt. Fideliter sedent. que in locum suum ueniunt. Virtus secundum naturam est. uitia inimica et infesta sunt. Sed quemadmodum uirtutes retente exire non possunt. facilisq; earū tutela est. ita initium ad illas eundi arduum. quia hoc primū imbecille mentis atq; egre est formidare inexperta. Itaq; cogenda est ut incipiat. Deinde non est opus acerba medicina. Protinus enim delectat dū sanat. Aliorū remediorū post sanitatē uoluptas est. Philosophia pariter et salutaris et dulcis est. Val.

·L·

Amenas regiones uitandas rationibz et exēplis docet.

Quomodo quisq; potest mi lucili. tu istic habes etiam. et illic nobilissimū Sicilie montem. Quem quare dixerit messala unicum siue ualgius. apud utrunq; enim legi nō reperio. cum plurima loca euomant ignem. non tantū edita. quod crebrius euenit. scilicet quia ignis in altissimū effertur. sed etiā iacentia. Nos utcunq; possumus contenti simus baiis. quas postero die q̄ attigeram reliqui. locū ob hoc euitandum. cum habeat quasdam naturales dotes. quia sibi illum celebrandū luxuria desumpsit. Quid ergo. Ulli loco indicendum est odium. Minime.

Sed quemadmodum aliqua uestis sapienti ac probo uiro magis con
uenit q̄ aliqua. nec ullum colorem ille odit. sed aliquem parū pu
tat aptum esse frugalitatem professo. sic regio quoqȝ est. quā sapi
ens uir et ad sapientiam tendens declinet. tanq̄ alienam bonis mo
ribus. Itaqȝ de secessu cogitans. nunq̄ canopū eliget. q̄uis neminē
canopus esse frugi uetet. ne baias quidem. que diuersoriū uitiorū
esse ceperunt. Illic sibi plurimū luxuria permittit. illic tanq̄ a
liqua licentia debeatur loco. magis soluitur. Non tantū corpori sed
etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Quemadmodum
inter tortores habitare nolim. sic ne inter popinas quidem uidere
ebrios per litora errantes. et comessationes nauigantium. et sym
phoniarū cantibus strepentes lacus. et alia que uelut soluta legibus
luxuria non tantū peccat sed publicat. Quod necesse est. id agere
debemus. ut irritamenta uitiorū q̄ longissime profugiamus. Indu
randus est animus et a blandimentis uoluptatū procul abstrahen
dus. Vna annibalem hiberna soluerunt. et indomitū illū niui
bus atqȝ alpibus uirum eneruauerunt fomenta Campanie. Armis
uicit. uitiis uictus est. Nobis quoqȝ militandū est. et quidē genere
militie. quo nunq̄ quies. nunq̄ ocium datur. Debellande sunt ī
primis uoluptates. que ut uides seua quoqȝ ad se ingenia rapuerunt.
Siquis sibi proposuerit. q̄tum operis aggressus sit. sciet nichil deli
cate. nichil molliter esse faciendum. Quid michi cum istis calentibus
stagnis. quid cum sudatoriis. in que siccus uapor corpora exhausurus
includitur. Omnis sudor per laborem exeat. Si faceremus qđ
fecit annibal. ut interrupto cursu rerum. omissoqȝ bello. fouen
dis corporibus operam daremus. nemo nō intempestiuā desidiam
uictori quoqȝ nedū uincenti periculosam merito reprehenderet.
Minus nobis q̄ illis punica signa sequentibus licet. Plus periculi re
stat. fortuna mecum bella gerit. Non sum imperata facturus.
iugum non recipio. immo quod maiore uirtute faciendum est excu
tio. Non est emolliendus animus. Si uoluptati cessero. cedendū est
dolori. cedendum est labori. cedendum est paupertati. Idem sibi
in me iuris esse uolet et ambitio et ira. Inter tot affectus distrahar.

imo discrepar. libertas proposita est. ad hoc premium laboratur. Que
sit libertas queris? Nulli rei seruire. nulli necessitati. nullis casibus.
fortunam in equū deducere. Quo die illam intellexero plus posse nil
poterit. Ego illam feram. cum in manu mors sit? his cogitationibus
intentum loca seria sanctaq; eligere oportet. Effeminat animos ame
nitas nimia. Nec dubie aliquid ad corrumpendū uigorem potest re
gio. Quamlibet uiam iumenta patiuntur. quorum durata in aspero
ungula est. In molli palustriq; pascuo saginata cito subteruntur. Et
fortior miles ex confragoso uenit. Segnis est urbanus et uerna. Nullū
laborem recusant manus. que ad arma ab aratro transferuntur. In
primo deficit puluere. ille unctus et nitidus. Seuerior loci disciplina
firmat ingenium. aptumq; magnis conatibus reddit. Literni hone
stius scipio q̄ baiis exulabat. Ruina eius non est tam molliter collo
canda. Illi quoq; ad quos primos fortuna rem. p. transtulit. G. Ma
rius et. Gn. Pompeius et Cesar uillas quidem extruxerunt ī regio
ne baiana. sed illas posuerunt ī sūmis iugis montium. Videbatur
hoc magis militare. ex edito speculari late longeq; subiecta. Aspice
quam positionem elegerint. quibus edificia excitauerint locis. et
qualia scias non uillas esse sed castra. habitaturū tu putas unq̄ fuisse
in mica catonem ut prenauigantes adulteras dinumeraret. et tot
genera cimbarū uariis coloribus picta. et fluitantem toto lacu rosam.
ut audiret canentiū nocturna conuicia? Nōne ille manere intra
uallum maluisset. q̄ ibi unam anxius noctem ipse duxisset? Quidni
mallet? Quisquis uir est somnū suū mauult classico q̄ symphonia
rumpi. Sed satis diu cum baiis litigauimus. nunq̄ satis cum uitiis.
Que oro te lucili persequere. sine modo. sine fine. Nam illis quoq;
nec finis est nec modus. Proice quecumq; cor tuū laniant. Que si ali
ter extrahi nequirent. cor ipsū cū illis reuellendū erat. Voluptates
precipue exturba. et inuisissimas habe. que latronū more quos phi
listas egyptii uocant. in hoc nos amplectuntur ut strangulent. Val.

·LI·

De assentatione cauēda et de cōtēptu laboris et excellē tia uirtutis et animi

AGnosco lucilium meū. Incipit que promiserat exhibere. Se
quere illū impetū animi. quo ad optima q̄ calcatis popula
ribus bonis ibas. Non desidero maiorem melioremq; fieri.

te q̄ moliebaris. fundamenta tua multum loci occupauerunt. Tantū
effice quantū conatus es. et illa que tecū in animo tulisti tracta. Ad
sūmam sapiens eris si clauseris aures. quibus ceram obdere parū est.
firmiore spissamento opus est. q̄ in sociis usum ulixem ferunt. Illa
uox que tenebatur erat blanda. non tamen publica. At hec que ti
menda est. non ex uno scopulo. sed ex omni terrarū parte circūsonat.
Preteruehere itaq; nō unū locum insidiosa uoluptate suspectū. sed
omnes urbes. Surdum te amantissimis tuis presta. bono animo ma
le loquuntur. et si uis esse felix. deos ora. ne quid tibi ex his que op
tantur eueniat. Non sunt ista bona. que in te uolunt congerere. Vnū
bonū est quod beate uite causa et firmamentū est. sibi fidere. Hoc
autē contingere non potest. nisi contemptus est labor. et in eorū nu
mero habitus. que neq; bona sunt neq; mala. Fieri enī potest ut una
res modo mala sit modo bona. modo leuis et pferenda. modo expa
uescenda. Labor bonū non est. Quid ergo est bonū? Laboris contēp
tus. Itaq; in uanum operosos culpauerim. Rursus ad honesta niten
tes. quanto magis incubuerint. minusq; sibi uitia consurgere permi
serint. admirabor et clamabo. Tanto melior surge et inspira. et
cliuū istū uno si potes spiritu exupera. Generosos animos labor nu
trit. Non est ergo quod ex illo uetere uoto parentū tuorū eligas. qd
contingere tibi uelis. quod optes. et in totū iam pmaxime acto uiro.
turpe est etiam nūc deos fatigare. Quid uotis opus est? Fac te ipē
felicem. Facies autē. si intellexeris bona esse. quibus admixta uir
tus est. turpia. quibus malitia coniuncta. Quemadmodū sine
mixtura lucis. nichil splendidum est. nichil atrum. nisi quod te
nebras habet. aut aliquid in se traxit obscuri. quemadmodū sine
adiutorio ignis nichil calidum est. nichil sine aere frigidum. ita
honesta et turpia uirtutis ac malicie societas efficit. Quid ergo
est bonū? rerum scientia. Quid malum est? rerū imperitia.
Illa prudens atq; artifex pro tempore queq; repellet. aut eliget.
Sed que repellit nec timet. nec miratur que eligit. si modo magnus
et inuictus est animus. Sūmitti te ac deprimi ueto. laborem si nō
recuses. parum est. Posce. Quis ergo inquis labor friuolus et super

uacuus est. Quem humiles cause uocauerunt. Non est malus. non magis quam ille qui pulchris rebus impeditur. quoniam animi est ipsa tolerantia. que se ad dura et aspera hortatur ac dicit. Quid cessas. Non est uiri timere sudorem. Huic et illud accedat. ut perfecta uirtus sit equalitas uite per omnia consonans sibi. quod non potest esse nisi rerum scientia contingat et ars. per quam diuina et humana noscantur. hoc est summum bonum. Quod si occupas. incipis deorum socius esse. non supplex. Quomodo inquis isto peruenitur. non per appenninum graiumue montem. nec per deserta Candauie. nec sirtes tibi nec scylla aut charybdis adeunde sunt. que tamen omnia transisti procuratiuncule pretio. Tutum iter est. iocundum est. ad quod te natura instruxit. Dedit tibi illa. que si non deserueris. par deo surges. Parem autem te deo pecunia non faciet. Deus nichil habet. pretexta non faciet. Deus nudus est. Fama non faciet. nec ostentatio tui. et in populos nominis demissi noticia. Nemo nouit deum. Multi de illo male existimant. et non impune. Non turba seruorum lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentissimusque ipse uehit omnia. Ne forma quidem et uires beatum te facere possunt. Nichil horum non patitur uetustatem. Querendum est quod non fiat in dies. eique non possit obstari. Quid hoc est. Animus. sed hic rectus. magnus. bonus. Quid aliud uoces hunc quam deum in humano corpore hospitantem. hic animus tam in equitem romanum. quam in libertinum. quam in seruum cadere potest. Quid est eques romanus. aut libertinus. aut seruus. Nomina ex ambitione aut ex iniuria nata. Subsilire in celum ex angulo licet. Exurge modo. et te quoque dignum finge deo. finges autem non auro aut argento. Non potest ex hac materia imago deo exprimi similis. Cogita illos cum propicii essent. fictiles fuisse. Val.

·LII·

De tribus generibus hominum ad philosophiam uenientium et quis in hac uita sit eligendus adiutor et de licita et uetita laudatione.

Quid est hoc Lucili. quod nos alio tendentes alio trahit. et eo unde recedere cupimus impellit. quod colluctatur cum animo nostro. nec permittit nos quicquam semel uelle. Fluctuamus inter uaria consilia. Nichil libere uolumus. nichil absolute. nichil semper. Stulticia inquis est. cui nichil constat.

nichil diu placet. Sed quomodo nos aut quando ab illa reuellemur.
Nemo per se satis ualet ut emergat. Oportet aliquis manū porrigat.
aliquis educat. Quosdam ait epicurus ad ueritatem sine ullius ad
iutorio exisse. fecisse sibi ipsos uiam. Hos maxime laudat. quibus ex
se impetus fuit. qui se ipsi protulerunt. Quosdam indigere ope aliena.
non ituros si nemo precesserit. sed bene secuturos. Ex his metrodorū
ait esse. egregium hoc quoq; sed secunde sortis ingenium. Nos ex illa
prima nota non sumus. Sed bene nobiscum agitur. si in secunda reci
pimur. Ne hunc quidem contempseris hominem qui alieno beneficio
esse saluus potest. Et hoc multū est uelle seruari. Preter hoc adhuc
inuenies genus aliud hominū. ne ipsum quidem fastidiendum. eorū
qui cogi ad rectum compelliq; possunt. quibus nec duce tantū opus
sit. sed adiutore. et ut ita dicam coactore. hic tertius color est. Si
queris huius exemplar hemarchū (ut Ermachū) ait epicurus talem fuisse. Itaq;
alteri magis gratulatur. alterū magis suscipit. Quamuis enim ad
eundem finem uterq; peruenerit. tamen maior est laus idē esse
cisse in difficiliore materia. Puta enim duo edificia excitata esse.
ambo disparia. eque excelsa. atq; magnifica. Alterū puram areā
accepit. Illic protinus opus creuit. Alterum fundamenta lassabāt.
ī mobilem et fluidam humū missa. multumq; laboris exhaustū
est. dum peruenitur ad solidum. Inuenio quicquid alter fecit.
Alterius magna pars et difficilior latet. Quedam ingenia facilia
et expedita. quedam manu quod aiunt facienda sunt. et ī fun
damentis suis occupanda. Itaq; ego illum feliciorem dixerim. q
nichil negocij secum habuit. Huc quidem de se melius meruisse.
qui malignitatē nature sue uicit. et ad sapientiam se non per
duxit. sed extraxit (ut abstraxit). Hoc durū ac laboriosum ingeniū nobis datū
scias. Scilicet imus p obstantia. Itaq; pugnemus. aliquorū inuoce
mus auxilium. Quem inquis inuocabo. hunc aut illum. Tu
uero ad priores etiam reuertere. qui uacant. Adiuuare nos possūt.
non tantū qui sunt. sed et qui fuerunt. Ex his autē qui sūt eliga
mus. non eos qui uerba magna celeritate precipitant. et commu
nes locos uoluunt. et in priuato circulantur. sed eos qui uitam

docent. qui cum dixerunt quid faciendum sit probant faciendo. qui docent quid uitandum sit. nec unquam in eo quod fugiendum dixerunt deprehenduntur. Eum elige adiutorem. quem magis admireris cum uideris. quam cum audieris. Nec ideo te prohibuerim hos quoque audire. quibus admittere populum ac disserere consuetudo est. si modo hoc proposito in turbam prodeunt. ut meliores fiant. faciantque meliores si non ambitionis hoc causa exercent. Quid enim turpius philosophia captante clamores? Nunquid eger laudat medicum secantem? Tacete. fauete. et prebete uos curationi. Etiam si exclamaueritis non aliter audiam quam si ad tactum uiciorum uestrorum ingemiscatis. Testari uultis. attendere uos mouerique rerum magnitudine. sane liceat. ut quidem iudicetis et feratis de meliore suffragium. Quidni non permittam? Apud pythagoram discipulis quinque annis tacendum erat. Nunquid ergo existimas statim illis et loqui et laudare licuisse? Quanta autem dementia eius est. quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? Quid letaris quod ab hominibus his laudatus es. quos non potes ipse laudare? Disserebat populo fabianus. sed audiebatur modeste. erumpebat interdum magnus clamor laudantium. sed quem rerum magnitudo euocauerat. non sonus inoffense ac molliter orationis elapse. Intersit aliquid inter clamorem theatri et schole. Est aliqua et laudanda licentia. Omnia rerum omnium si obseruentur indicia sunt et morum. Argumentum ex minimis quoque licet capere. Impudicum et incessus ostendit. et manus mota et unum interdum responsum. et relatus ad caput digitus. et flexus oculorum. Improbum risus. insanum uultus. habitusque. demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt. Qualis quisque sit scies. si quemadmodum laudet aspexeris. hinc itaque illinc philosopho manus auditor intentat. et super ipsum caput mirantium turba consistit. Non laudatur ille nunc si intelligis. sed conclamatur. Relinquantur iste uoces illis artibus. que propositum habent populo placere. philosophia adoretur. Permittendum erit aliquando iuuenibus sequi impetum animi. tunc autem cum hoc ex impetu facient. cum silentium sibi imperare non poterunt. Talis laudatio aliquid

exhortationis affert ipsis audientibus. et animos adolescentiū exti
mulat. Ad rem cōmoueantur. non ad uerba composita. alioquin
nocet illis eloquentia. si non rerū cupiditatem facit sed sui. Differā
hoc in presentia. Desiderat enim propriam et longā executionē. que
admodum populo differendum. quid sibi apud populum permitten
dum sit. quid populo apud se. Damnū quidem fecisse philosophiā
non erit dubium. postq̄ prostituta est. sed potest in penetralibus suis
ostendi. si modo non institorem. sed antistitem nacta est. Val.

·LIII·

De tempestate et nausea quā pass[us] ē ī mari p̄mittens. differentiā int[er] corporalia et spiritualia uitia docet. subiūgēs de auctoritate magnificentia et fortitudine.

QVid non potest michi persuaderi. cui p̄suasum est ut nauiga
rem? Solui ī mari languido. Erat sine dubio celum graue sor
didis nubibus. que fere aut in aquā aut in uentū resoluun
tur. Sed putaui tam pauca milia a Parthenope tua. usq; Puteolos
surripi posse. q̄uis dubio et impendente celo. Itaq; quo celerius eua
derem protinus per altum ad nesida direxi precisurus omnes sinus.
Cum iam eo processissem. ut mea nichil interesset utrum irem an
redirem. primū equalitas illa que me corruperat peryt. Nondum
erat tempestas. sed maris iam inclinatio. ac subinde crebrior fluctus.
Cepi gubernatorem rogare. ut me in aliquo litore exponeret. Aie
bat illa aspera esse et importuosa. nec quicq̄ se in tempestate timere.
q̄ terram. Peius autem uexabar. q̄ ut michi periculū succurreret.
Nausia enim me segnis hec et sine exitu torquebat. que bilem mouet
nec effundit. Institi itaq; gubernatori. et illum uellet nollet coegi
petere litus. Cuius ut uiciniam attigimus nō expecto ut quicq̄ ex pre
ceptis virgily fiat. Obuertunt pelago proras. aut anchora de prora
iacitur. Memor artificy mei ueteris. frigide cultor. mitto me ī ma
re quomodo psychrolutum decet gausapatus. Que putas me passum
dum per aspera erepior. dum uiam quero. dum facio? Intellexi non
īmerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt que tulerim. cū me
ferre non possim. illud scito Vlixem nō fuisse tam irato mari natū.
ut ubiq; naufragia faceret. Nausiator erat. et ego quocunq; nauiga
re debeo uigesimo anno perueniam. ut primū stomachū quem scis
nō cum mari nausiam effugere collegi. et corpus unctione recreaui.
cepi hoc mecum cogitare. quanta nos uitiorum nostrorū sequeretur

obliuio etiam corporalium. que subinde admonent sui. nedum illorum que eo magis latent quo maiora sunt. Leuis aliquem motiuncula decipit. sed increuit et uera febris exarsit. etiam duro et perpesso sui confessionem expressit. pedes dolent. articuli punctiunculas sentiunt. Adhuc dissimulamus. et aut talum extorsisse dicimus nos. aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio et incipiente morbo queritur nomen. qui ubi iam talaria cepit intendere. et utrosque pedes dextros fecit. necesse est podagram fateri. Contra euenit in his morbis quibus afficiuntur anime. quo quis peius se habet. minus sentit. Non est quod mireris Lucili carissime. Nam qui leuiter dormit. species secundum quietem capit. Aliquando dormire se dormiens cogitat. Grauis sopor etiam somnia extinguit. Animumque altius mergit. quam ut ullo intellectu sui est. Quare uitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare uigilantis est. et uitia sua confiteri sanitatis inditium est. Expergiscamur ergo. ut errores nostros coarguere possimus. Sola autem nos philosophia excitabit. Sola somnum excutiet grauem. Illi te totum dedica. Dignus illa es. illa dignata te est. Ite in complexum alter alterius. Omnibus aliis rebus te nega fortiter. A parte non est precari. quod philosopheris. Si eger esses curam intermisisses rei familiaris. et forensia tibi negotia excidissent. nec quemquam tanti putares. cui aduocatus in remissione descenderes. Toto animo id ageres. ut quam primum morbo liberareris. Quid ergo? Non et nunc idem faceres? Omnia impedimenta dimitte et uaca bone menti. Nemo ad illam peruenit occupatus. Exercet philosophia regnum suum. Dat tempus. non accipit. non est res subcisiua. Ordinaria est. domina est. Adest et iubet. Alexander cuidam ciuitati partem agrorum et dimidium rerum omnium promittenti. eo inquit proposito in Africam ueni. ut non id acciperem quod dedissetis. sed ut id haberetis quod reliquissem. Idem philosophia rebus omnibus. Non sum hoc tempus acceptura quod uobis superfuerit. sed id uos habebitis. quod ipsa erogauero. Totam huc conuerte mentem. huic asside. hanc cole. Ingens interuallum inter te et ceteros fiat. Omnes mortales euo tu antecedes. non mul

NOTA. uerba aurea.

Alex.

to te dij antecedent. Queris quid inter te et illos interfuturum sit? Diutius erunt. At me hercules magni artificis est clusisse totum in exiguo. Tantū sapienti sua. quantum deo omnis etas patet. Est ali quid quo sapiens antecedat deum. Ille nature beneficio non timet. suo sapiens. Ecce res magna. habere inbecillitatē hominis. securitatem dei. Incredibilis philosophie uis est. ad omnem fortuitam uim retun dendam. Nullum telum in corpore eius sedet. Munita est. solida. Quedam defatigat et uelut leuia tela laxo sinu eludit. quedā dis cutit. et in eū usq; qui miserat respuit. Val.

. Attende .

. LIIII.

De morbo suspirij ut anhelitus cui quasi dicitur assignat? ubi mirabile documētū de morte subiungit. et q̄ sapiēs de uita exit nō eicitur.

Longum michi comitatum dederat mala ualitudo. repente me inuasit. Quo genere inquis? Prorsus merito interrogas. Adeo michi nullū ignotum est. Vni tantū morbo quasi assi gnatus sum. quem quare greco nomine appellem nescio. Satis enim aperte suspirium dici potest. Breuis autem ualde et procelle similis est impetus. Intra horam fere desinit. Quis enim diu expirat? Om nia corporis aut īcommoda aut pericula transierunt p me. Nullū uidetur michi molestius. Quidni? Aliud enim quicquid est, egro tarē est. hoc animam agere. Itaq; medici hanc meditationē mortis uocant. Faciet enim aliquando spiritus ille quod sepe conatus est. Hi larem me putas hoc tibi scribere. quia effugi? Tam ridicule facio? Sic hoc fine delector. q̄ ille quisquis uicisse se putat. cum uadimoniū distulit. Ego uero et in ipa suffocatione non desij cogitationibus letis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est inq̄? Tam sepe mors experitur me? Faciat. at ego illam diu expertus sum. Quando inquis? An te q̄ nascerer. Mors est non esse id quod ante fuit. Sed id quale sit iam scio. hoc erit post me quod ante me fuit. Si quid in hac re tor menti est. necesse est et fuisse ante q̄ prodiremus in lucem. Atqui nullam sensimus tunc uexationem. Rogo. non stultissimū dicas. si quis existimet lucerne peius esse cum extincta est. q̄ ante q̄ accē ditur? Nos quoq; extinguimur et accendimur. Medio illo tem pore aliquid patimur. Vtrinq; uero alta securitas est. In hoc enim mi lucili nisi fallor erramus. qđ mortem iudicamus sequi. cum et illa precesserat. et secutura sit. Quicquid ante nos fuit. mors ē.

Quid enim refert. nũ incipias an desinas. cum utriusq; rei hic sit ef
fectus. non esse. His et huiusmodi exhortationibus tacitis scilicet. nã
uerbis locus non aderat. alloqui me non desii. Deinde paulatim su
spirium illud quod esse iam anhelitus ceperat. interualla maiora fe
cit. et retardatum est. Hec adhuc q̃uis desierit. ex natura fluit spiri
tus. Sentio hesitationẽ quandam eius et moram. quomodo uolet dũ
modo non ex animo suspirem. hoc tibi de me recipe. non trepidabo
ad extrema. Iam preparatus sum. Nichil cogito de die toto. Illum tu
lauda et imitare. quem non piget mori. cũ iuuet uiuere. Que est enĩ
uirtus. cũ eiciaris exire. Tamen et hic est uirtus. eicior quidẽ sed
tanq̃ exeam. Et ideo nunq̃ eicitur sapiens. quia eici est inde expelli.
unde inuitus recedas. Nichil inuitus facit sapiens. Necessitatẽ effugit.
quia uult quod coactura est. Val.

LV.

De uilla uatie et dispositione eius et de ignauo ocio uitando et q. solus sapiens sibi uiuere sat et quomodo anim' amicos facit ẽẽ presentes.

A Gestatione cũ maxime uenio. nõ minus sũ fatigatus. q̃ si tan
tum ambulassem q̃tum sedi. Labor est enim et diu ferri. ac
nescio an eo maior quia contra naturam est. que pedes dedit
ut per nos ambularemus. oculos ut per nos uideremus. Debilitatem
nobis indixere delicie. et quod diu noluimus. posse desiuimus. Michi
tamen necessariũ erat concutere corpus. ut siue bilis ĩsideat fauci
bus discuteretur. siue ipse ex aliqua causa spiritus densior erat. exte
nuaret illum iactatio. quã profuisse michi sensi. Ideo diutius uehi
perseueraui. inuitante ipso litore. quod inter cumas et seruilii uatie
uillam curuatur. et hinc mari. illinc lacu uelut angustum iter clu
ditur. Erat enĩ a recenti tempestate spissum. Fluctus autẽ illud ut
scis frequens et concitatus exequat. Longior tranquillitas soluit. cũ
arenis que alligantur sucus abscessit. Ex consuetudine tamen mea
circũspicere cepi. an aliquid illic inuenirem. quod michi posset bo
num esse. Et direxi oculos in uillam que aliquando uatie fuit. In hac
ille pretorius diues. nulla alia re q̃ ocio notus consenuit. et ob hoc u
nũ felix habebatur. Nam quotiens aliquos amicos asinii galli odium
deinde amor merserat. eque enim offendisse illũ q̃ amasse pericu
losum fuit. exclamabant homines. O uacia solus scis uiuere. At
ille latere sciebat non uiuere. Multum autem interest. utrũ uita

tua ociosa

tia ociosa sint. an ignaua. Nunq̄ aliter hanc uillam uacia uiuo pre
teribam. q̄ ut dicerem. uacia hic situs est. Sed adeo mi lucili philo
sophia sacrum quiddam est et uenerabile. ut etiam siquid illi simile
est. mendacio. placeat. Ociosum enim hominē. seductum existimat
uulgus. et securū. et se contentū sibi uiuentem. quorū nichil ulli cōtin
gere nisi sapienti potest. Ille quidem nulla re solicitus. scit sibi uiuere.
Ille enim. quod est primū. scit uiuere. Nam qui res et homines fugit. quē
cupiditatū suarū infelicitas relegauit. qui alios feliciores uidere non
potuit. qui uelut timidum atq; iners animal metu oblituit. ille sibi nō
uiuit. sed. quod est turpissimū. uentri. somno. libidini. Non continuo
sibi uiuit. qui nemini. Adeo tamen magna res est constantia. et ī pro
posito suo perseuerantia. ut habeat autoritatem inertia quoq; perti
nax. De ipā uilla nichil tibi possum certi scribere. frontem enī eius
tantum noui. et eius exposita. que ostendit etiam transeuntibus de
longe. Spelunce sunt due magni operis. cuius laxo atrio pars manu
facta. quarū altera solem non recipit. altera usq; in occidentē a sole
tenetur. Prata bona. medius riuus. et a mari et ab acherusio lacu re
ceptus. euripi modo diuidit. alendis piscibus etiam si exhauriatur
sufficiens. Sed illi. cum mare patet. parcitur. cum tempestas piscatori
bus dedit ferias. manus apparata porrigitur. hoc tamen cōmodissi
mum est in uilla. q. baias trans parietem habet. incōmodis illarum
caret. uoluptatibus fruitur. has laudes eius ipē noui. nūc esse illā
totius anni credo. Occurrit enim fauonio. et illum adeo excipit. ut
bais neget. Non stulte uidetur elegisse hunc locum uacia. in quem
ocium suum pigrum iam et senile conferret. Sed non multū ad tran
quillitatem locus confert. Animus est qui sibi commendet omnia. Vi
di ego in uilla hilari et amena mestos. uidi in media solitudine occu
patis similes. Quare non est q. existimes ideo parum bene compositū
te esse. q. in campania non es. Quare autem non es? huc usq; cogita
tiones tuas mitte. Conuersari cū amicis absentibus licet. et quidem
quotiens uelis. q̄ diu uelis. Magis hac uoluptate que maxima est. frui
mur. dum absumus. Presentia enim nos delicatos facit. Et quia ali
quando una loquimur. ambulamus. conuiuamur. cū diducti simus.

nichil de his quos modo uidimus cogitamus. Et ideo equo animo fer
re debemus absentiam. quia nemo non multū etiam presentibus ab
est. Pone hic primū noctes separatas. deinde occupationes utriq; di
uersas. deinde studia secreta. suburbanas profectiones utriq; diuer
sas. uidebis non multū esse. quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus
animo possidendus est. hic autē nunq̄ abest. quecumq; uult quoti
die uidet. Itaq; mecū stude. mecū cena. mecum ambula. In angu
sto uiueremus. si quicq̄ esset cogitationibus clausum. Video te mi
lucili. cum maxime audio. adeo tecū sum. ut dubitem an incipiā
nō epistolas sed codicellos tibi scribere. Val.

.LVI.

Notat tumultuosā luxuriā balneoꝝ. et q. oīa uitia animi ī apto leuiora sūt et de magnanimitate sapiētis.

Peream. si est tam necessariū q̄ uidetur silentiū in studia
seposito. Ecce uarius clamor undiq; me circūsonat. Supra
ipsū balneū habito. Propone nunc tibi omnia genera uo
cum. que in odiū possunt aures adducere. cū fortiores exercen
tur. et manus plūbo graues iactant. cum autē laborant. aut labo
rantem imitantur. gemitus audio. quotiens retentum spiritū
remiserunt. sibilos et acerbissimas respirationes. Cū in aliquem
inertem et plebeia unctione contentū incidi. audio crepitū illise
manus humeris. que aut plana peruenit. aut concaua. ita sonū
mutat. Si uero pelicrepus superuenit. et numerare cepit pilos. ac
tum est. Adice nunc scordalem (at Sordalum) et furem deprehensum. et illū cui
uox sua in balneo placet. Adice nunc eos qui in piscinam cū ingēti
impulse aque sono saliunt. Preter istos quorū si nichil aliud recte.
uoces sunt alipedū. cogita tenuem et stridulam uocem. quo sit no
tabilior. subinde exprimentem. nec unq̄ tacentem. nisi dū uellit
alas. et alium pro se clamare cogit. Iam librarij uarias exclamatio
nes. et botulariū et clustularium et omnes popinariū institores
mercem suam quadam et insignita modulatione uendentes. O
te inquis ferreum aut surdum. cui mens inter tot clamores tam
uarios tam dissonos constat. cum chrysippum uestrū assidua sa
lutatio perducat ad mortem. At me hercules. ego istum fremitum
non magis curo q̄ fluctum aut deiectū aque. quamuis audiam
audam genti. hanc unā fuisse causam urbē suā transferendi. q.

fragorem nili cadentis ferre non potuit. Magis uox auocare uide
tur q̄ crepitus. Illa enim animū adducit. hic tantū aures implet
ac uerberat. In his que me sine auocatione circumstrepunt. essedas
transcurrentes pono. et fabrū inquilinū. et serrariū uicinū. aut
hunc qui ad mecham sudantē tabulas experitur et tibias. nec can
tat sed exclamat. Etiam nunc molestior est michi sonus. qui inter
mittitur subinde. q̄ qui continuatur. Sed me iam ad omnia ista sic
duraui. ut audire uel pausarium possim uoce acerbissima remigibus
modos dantem. Animum enim cogo sibi intentū esse. nec auocari
ad externa. Omnia licet foris resonent. dum intus nichil tumultus
sit. dum inter se non rixentur cupiditas et timor. dum auaritia lu
xuriaq; non dissideant. nec altera alteram uexet. Nam quid pro
dest totius regionis silentium. si affectus fremunt? Omnia noctis e
rant tacita composita quiete. Falsum est. Nulla placida est quies. ni
si quam ratio composuit. Nox exhibet molestiam non tollit. et solici
tudines mutat. Nam dormientium quoq; insomnia tam turbulē
ta sunt. q̄ dies. Illa tranquillitas uera est. in quam bona mens expli
catur. Aspice illum cui somnus laxe domus silentio queritur. cuius
aures nequis agitet sonus. omnis seruorū turba conticuit. et sus
pensum accedentiū propius uestigium ponitur. Huc nempe uersatur
atq; illuc. somnū inter egritudines leuem captans. que nō audit
audisse se queritur. Quid in causa putas esse? Animus illi obstrepit.
hic placandus est. huius compescenda seditio est. quem non est q. exi
stimes placidū. si iacet corpus. interdum quies inquieta est. Et
ideo ad rerum actus excitandi. ac bonarū tractatione artium occu
pandi sumus. quotiens nos male habet inertia sui impatiens. Ma
gni imperatores cū male parere militem uident. aliquo labore com
pescunt. et expeditionibus detinent. Nunq̄ uacat lasciuire destric
tis. nichilq; tam certum est. q̄ uitia negotio discuti. Sepe uidemur
tedio rerū ciuilium. et infelicis atq; ingrate stationis penitentia
secessisse. tamen in illa latebra. in quam nos timor atq; lassitudo
coniecit. interdum recrudescit ambitio. Non enim scissa desiit sed
fatigata aut etiam irata rebus parum sibi cedentibus. Idem de

luxuria dico· que uidetur aliquando cessisse· deinde frugalitatem pro
fessos sollicitat· atq; in media parsimonia uoluptas non damnata sed
relicta petit· et quidem eo uehementius quo occultius· Omnia enim
uitia in aperto leuiora sunt· Morbi quoq; tunc ad sanitatē inclināt.
cum ex abdito erumpunt· ac uim suam proferunt· Et auaritiam itaq;
et ambitionem et cetera mala mentis humane tunc perniciosissima
scias esse. cū simulata sanitate subsidunt· Otiosi uidemur et nō sumus·
Nam si bona fide sumus. si receptui cecinimus. si speciosa contempsimus.
ut paulo ante dicebam. nulla nos res auocabit· nullus hominū auiumq;
concentus interrumpet cogitationes bonas solidasq; et iam certas· le
ue illud ingenium est· nec se adhuc reduxit introrsus· quod ad uocē
et accidentia erigitur· habet intus aliquid sollicitudinis· et habet a
liquid concepti pauoris· quod illū curiosum facit· ut ait Virgilius no
ster. Et me quem dudum non ulla iniecta mouebant Tela. neq; ad
uerso glomerati ex agmine graij. Nunc omnes terrent aure. sonus ex
citat omnis Suspensum et pariter comitiq; oneriq; timentem· Prior
ille sapiens est. quē non tela uibrantia. non arietata inter arma ag
minis densi. non urbis inpulse fragor territat· Hic alter imperitus
est· rebus suis timet· et ad omnē crepitū expauescens· quem una que
libet uox pro fremitu accepta deicit· quem motus leuissimi exanimāt·
Timidum illum sarcine faciunt· Quēcumq; ex istis felicibus elegeris
multa trahentibus. multa portantibus. uidebis illū comitiq; oneriq;
timentem· Tunc ergo scito te esse compositum. cum ad te nullus clamor
pertinebit· cum te nulla uox tibi excutiet· non si blandietur· non si
minabitur· non si inani sono uana circūstrepet· Quid ergo? Non ali
quando cōmodius est et carere conuicio? Fateor· Itaq; ego ex hoc
loco migrabo· Experiri et exercere me uolui· Quid necesse est diutius
torqueri. cum tam facile remediū ulixes socijs. etiam aduersus sirenas inue
nerit. Val.

·LVII·

De cripta neapolitana et q nō timor s; horror cadit i sapiētē et q aīa hōis corporis angustijs cohiberi nō potest.

Cum a bais deberem neapolim repetere. facile credidi tempe
statem esse· ne iterum nauem experirer· Sed tantū luti tota
uia fuit. ut possī uideri nichilo minus nauigasse· totū athle
tarum fatum michi illo die perpetiendum fuit· A ceromate nos haphe

excepit in cripta neapolitana. Nichil illo carcere longius. nil illis fau
cibus obscurius. que nobis prestant. non ut per tenebras uideamus sed
ut ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lucem. puluis auferret. in a
perto quoq; res grauis et molesta. Quid illic ubi in se uolutatur et cũ
sine ullo spiramento sit inclusus. in ipsos a quibus excitatus est recidit.
Duo incõmoda inter se contraria simul pertulimus. eadem uia. eodẽ
die. et luto et puluere laborauimus. Aliquid tamen illa obscuritas
michi quod cogitarem dedit. Sensi quendam ictum animi. et sine me
tu mutationem. quam insolite rei nouitas simul ac feditas fecerat. Non de
me nũc tecum loquor. qui multũ ab homine tolerabili nedum a per
fecto absum. sed de illo in quem fortuna ius perdidit. huius quoq; fe
rietur animus. mutabitur color. Quedam enim mi lucali nulla ef
fugere uirtus potest. admonet illam natura mortalitatis sue. Itaq;
et uultum adducet ad tristiciam. et horrescet ad subita. et caligabit
si uastam altitudinem in crepidine eius constitutus despexerit. Non
est hoc timor. sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaq; for
tes quidam et paratissimi fundere suũ sanguinem. alienum uidere
non possunt. Quidam ad uulneris noui. quidam ad ueteris et puru
lenti tractationẽ inspectionemq; succidunt ac linquuntur animo. Alij
gladium facilius recipiunt quam uident. Sensi ergo ut dicebam quandã
non quidem perturbationem sed mutationem. Rursus ad primũ con
spectum reddite lucis. alacritas rediit incogitata et iniussa. Illud de
inde mecum loqui cepi. quam inepte quedam magis aut minus timeremus.
cum omnium idem finis esset. Quid enim interest utrũ supra ali
quem uigiliarium ruat aut mons aut turris. Nil inuenies. Erunt
tamen qui hanc ruinam magis timeant. quamuis utraq; mortifera eque
sit. Adeo non effectus sed efficientiam timor spectat. Nunc me pu
tas de stoicis dicere. qui existimant animã hominis magno pondere
extriti. permanere non posse. et statim spargi. quia non fuerit ei exitus
liber. Ego uero non facio. Qui hoc dicunt uidentur michi errare.
Quemadmodum flama non potest opprimi. nam circa id diffugit
quo urgetur. quẽadmodũ aer uerbere atq; ictu non leditur nec
scinditur quidem. sed circa id cui cessit refunditur. sic animus qui

ex tenuissimo constat. deprehendi non potest. nec intra corpus affligi. sed beneficio subtilitatis sue. per ipsa quibus premitur erumpit. Quomodo fulmini etiam cum latissime percussit ac fulsit. per exiguum foramen est reditus. sic animo qui adhuc tenuior est igne. per omne corpus fuga est. Itaque de illo querendum est. an possit immortalis esse. hoc quidem certum habe. si superstes est corpori. propter illud nullo genere mori posse. propter quod non perit. quoniam nulla immortalitas cum exceptione est. nec quicquam noxium eterno est. Vale.

· L viii ·

De multiplici rerum diuisione et differentia ubi exemplo platonis ostendit qualiter parsimonia ducat ad senectutem aut senectutis bonum non concupiscendum non recusandum.

Quanta uerborum nobis paupertas immo egestas sit. numquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt cum forte de platone loqueremur. que nomina desiderarent nec haberent. quedam uero cum habuissent. fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium? hunc quem greci oestron uocant pecora peragentem. et totis saltibus dissipantem. asilum nostri uocabant. hoc uirgilio licet credas. Est lucum sylari iuxta ilicibusque uirentem Pluribus. alburnum uolitans cui nomen asilo Romanum est oestrum grai uertere uocantes Asper acerba sonans quo tota exterrita siluis Diffugiunt armenta. Puto intelligi istud uerbum interisse. ne te longe differam. Quedam simplicia in usu erant. sicut cernere ferro inter se dicebant. Idem virgilius hoc probabit tibi. Ingentes genitos diuersis partibus orbis. inter se coisse uiros et cernere ferro. quod nunc decernere dicimus. Simplicis illius uerbi usus amissus est. Dicebant antiqui si iusso idest si iussero. hoc nolo michi credas. sed eidem uirgilio. Cetera quo iusso mecum manus inferat arma. Non id ago nunc hac diligentia. ut ostendam quantum tempus apud grammaticum perdiderim. sed ex hoc intelligas quantum apud ennium et accium uerborum situs occupauerit. cum apud hunc quoque qui quotidie excutitur. aliqua nobis subducta sint. Quid sibi inquis ista uult prelocutio? quo spectat? Non celabo te. Cupio si fieri potest. propitiis auribus tuis. quid sentiam dicere. Sin minus. dicam et iratis. Ciceronem autorem huius uerbi puto locupletem. Si recentiorem queris. fabianum disertum et elegantem orationis etiam ad nostrum fastidium nitide. Quid enim fiet mi lucili?

Quomodo dicetur usia. res necessaria. naturam continens. funda
mentū omnium? Rogo itaq; permittas michi hoc uerbo uti. Nichilo
minus dabo operam. ut ius a te datum parcissime exerceam. fortas
se contentus ero michi licere. Quid proderit facilitas tua. cū ecce
id nullo modo latine exprimere possim. propter quod linguę nostrę
conuicium feci. Magis damnabis angustias romanas. si scieris unā
syllabam esse quā mutare non possum. Quę hęc sit queris. Τὸ ὄν.
Duri tibi uideor ingenii. ī medio positam posse sic transferri. ut dicā
quod est. Sed multū interesse uideo. cogor uerbum pro uocabulo po
nere. Sed ita necesse est ponam. Quod est. sex modis hoc a platone
dici. amicus noster homo eruditissimus hodierno die dicebat. Om
nes tibi exponam. si ante indicauero esse aliquid genus. esse et spe
ciem. Nunc autem primū illud genus querimus. ex quo cetere spe
cies suspensę sunt. a quo nascitur omnis diuisio. quo uniuersa cō
prensa sunt. Inuenietur autē si ceperimus singula retro legere.
Sic enim perducemur ad primum. homo species est ut Aristoteles
ait. equus species est. canis species est. ergo cōmune aliquid que
rendum est his omnibus uinculū. quod illa complectatur. et sub
se habeat. hoc quid est? Animal. ergo genus esse cepit rerū omniū.
que modo rettuli. hominis. equi. canis. Sed quedam sunt que ani
mam habent. nec sunt animalia. Placet enim satis et arbustis ani
mam inesse. Itaq; et uiuere illa et mori dicimus. Ergo animantia
superiorem tenebunt locum. quia et animalia in hac forma sunt
et sata. Sed quedam anima carent ut saxa. Itaq; erit aliquid ani
mantibus antiquius. corpus scilicet. hoc sic diuidam ut dicam. cor
pora omnia aut animalia esse. aut ī animalia. Etiam nūc est ali
quid superius q̄ corpus. Dicimus enī quedam corporalia esse. quedā
incorporalia. Quid ergo erit ex quo hec deducantur. illud cui no
men modo parū propriū imposuimus. quod est. Τὸ ὄν. Sic enī
in species secabitur. ut dicamus. Quod est aut corporale est aut
incorporale. hoc ergo genus est primū et antiquissimū et ut ita di
cam generale. Cetera genera quidem sunt sed specialia. Tanq̄ ho
mo genus est. habet enim in se nationū species. grecos. romanos.

parthos· colorū. albos· nigros· flauos· habet singulos· catonē· ciceronē·
lucretium· Itaq; quia multa continet. in genus cadit· quia sub alio est. in
speciem· Illud genus quod est generale. supra se nichil habet· initiū
rerum est· omnia sub illo sunt· Stoici uolunt superponere huic etiā
nūc aliud genus magis principale· de quo statim dicam· si prius illud
genus de quo locutus sum. merito primū poni docuero· cū sit rerū om
nium capax· Quod est. in has species diuido· ut sint corporalia uel non·
Nichil tertium est· Corpus quomodo diuido·: Vt dicam. aut animan
tia sunt. aut animata· Rursus animantia quemadmodū diuido·: Vt
dicam· quędam animū habent. quędam tantū animam· Aut sic· Quę
dam impetū habent. incedunt. transeunt. quędam solo affixa radici
bus aluntur. crescunt· Rursus animalia in quas species seco·: Aut mor
talia sunt aut ĩmortalia· Primū genus stoicis quibusdam uidetur·
quod quare uideatur subiciam· In rerum inquiunt natura quędā
sunt· quędam nõ sunt· Et hęc autē quę non sũt. rerũ natura cõplec
titur· quę animo succurrũt tanq̃ centauri· gigantes· et quicqd ali
ud falsa cogitatione formatum habere aliquã imaginem cępit· q̃uis
non habeat substantiam· Nunc ad id quod tibi promisi reuertor. quo
modo quęcumq; sunt in sex modis plato partiatur· Primũ illud qd
est. nec uisu nec tactu. nec ullo sensu comprehenditur. cogitabile est·
Quod generaliter est. tanq̃ homo generalis sub oculos non uenit. sed
specialis uenit· ut cicero et cato· Animal non uidetur. sed cogitatur·
Videtur autem species eius· equus et canis· Secundũ ex his quę sunt
ponit plato. quod eminet et exuperat omnia. hoc ait per excellentiã
esse· ut poeta cõmuniter dicatur· Omnibus enĩ uersus facientibus
hoc nomen est· Sed iam apud grecos in unius notam cessit· home
rum intelligas· cum audieris poetam· Quid ergo hoc est·: Deus sci
licet maior ac potentior cunctis· Tertium genus est eorũ quę pro
prię sunt· Innumerabilia hęc sunt· sed extra nostrũ posita conspec
tum· Quę sint interrogas·: Propria platonis supellex est· Ideas
uocat. ex quibus omnia quęcumq; uidemus fiunt· et ad quas cũcta
formantur· hę ĩmortales. ĩmutabiles. inuiolabiles sunt· Quid
sit idea. idest quid platoni esse uideatur audi· Idea est eorũ quę

a natura fiunt exemplar eternum. Adiciam definitioni interpretatio
nem. quo tibi res apertior fiat. Volo imaginē tuam facere. Exemplar
picture te habeo. ex quo capit aliquem habitum mens nostra. quē opi
suo imponat. Ita illa que me docet et instruit facies. a qua petitur imi
tatio. idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet rerum natura.
hominū. piscium. arborum. ad que quodcumq; fieri ab illa debet expri
mitur. Quartū locum habebit idos. Quid sit hoc idos adtendas o
portet. et Platoni imputes non michi hanc rerū difficultatē. Nulla
est autē sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar.
Ille cum reddere uirgilium coloribus uellet. ipm̄ intuebatur. Idea erat
uirgilij facies futuri operis exemplar. Ex hac quod artifex trahit. et
operi suo imposuit. idos est. Quid intersit queris? Alterū exemplar
est. alterū forma ab exemplari sumpta et operi imposita. alteram ar
tifex imitatur. alteram facit. Habet aliquam faciem statua. hoc est
idos. habet aliquam faciem exemplar ipm̄ quod intuens opifex sta
tuam figurauit. hec idea est. Etiam nunc si aliam desideras distinc
tionem. idos in opere est. idea extra opus. Nec tantum extra opus est.
sed ante opus. Quintū genus est eorū quę cōmuniter sunt. hec inci
piunt ad nos pertinere. hic sunt omnia. homines. pecora. res. Sextū
genus eorum. quæ quasi sunt. tanq̄ inane. tanq̄ tempus. Quecumq;
uidemus aut tangimus. plato in illis non numerat. que esse proprie
putat. Fluunt enim et in assidua diminutione atq; adiectione sunt.
Nemo nostrum idem est in senectute. qui fuit in iuuentute. Nemo no
strum idem est mane. qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur flu
minū more. Quicquid uides currit cum tempore. Nichil ex his que
uidemus manet. Ego ipse dum loquor mutari ista. mutatus sū. Hoc
est quod ait heraclius. in idem flumen hoc descendimus. et non descē
dimus. Manet enim idem fluminis nomen. aqua transmissa est. hoc
in amne manifestius est q̄ in homine. sed nos quoq; nō minus uelox
cursus preteruehit. Et ideo admiror dementiam nostram. q̄ tan
topere amamus rem fugacissimam. corpus. timemusq; ne quando
moriamur. cum omne momentū mors prioris habitus sit. Vis tu nō
timere. ne semel fiat quod cotidie fit? De homine dixi. fluida ma

teria et caduca et omnibus obnoxia causis· Mundus quoq; inuicta res
et eterna mutatur· nec idem manet· Quamuis enī omnia in se habeat
que habuit· aliter habuit q̄ habet· Ordinem mutat· Quid ista inquis
michi subtilitas proderit.? Si me interrogas. nichil· Sed quemadmo
dum ille celator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atq; auocat·
et ut dici solet pascit. sic nos animū aliquando debemus relaxare et
quibusdam oblectamentis reficere· Sed ipa oblectamenta opera sint·
Ex his quoq; si obseruaueris. inuenies quod possit fieri salutare· Hoc
ergo mi lucili soleo facere· Ex omni natione etiam si a philosophia lō
gissime auersa est. eruere aliquid conor et utile facere· Quid istis que
modo tractauimus remotis a reformatione morum. quomodo meli
orem me facere idee platonice possunt.? Quid ex istis traham quod
cupiditates meas comprimat.? Vel hoc ipm q; omnia ista que seruiūt
sensibus. que nos accendunt et irritant negat plato ex his esse que
uere sunt· Ergo ista imaginaria sunt· et ad tempus aliquā faciem
ferunt· Nichil horū stabile est uel solidum· et nos tamen cupimus
tanq̄ aut semper futura. aut semper habituri· Imbecilli fluidiq; in
terualla constituimus· mittamus animū ad illa que eterna sunt ·
Miremur in sublime uolitantes rerum omnium formas· deumq; in
ter illa uersantem· et hec prouidentem quomodo que īmortalia fa
cere non potuit quia materia prohibebat. defendat a morte· ac ra
tione uitium corporis uincat· Manent enī cuncta non quia eterna
sunt· sed quia defenduntur cura regentis· Immortalia tutore non
egerent· hec conseruat artifex fragilitatem materie ui sua uincens·
Contemnamus omnia· que adeo preciosa non sunt. ut an sint omni
no dubium sit· Illud simul cogitemus. si mundū ipm non minus
mortalem q̄ nos sumus. prouidentia periculis eximit. posse tamen
aliquatenus nostra quoq; prouidentia longiorem prorogari huic
corpusculo moram. si uoluptates quibus pars maior perijt. potueri
mus regere et cohercere· Plato ipse ad senectutem se diligentia pro
tulit· Erat quidem corpus ualidum ac forte sortitus· et illi nomen
latitudo pectoris fecerat. sed nauigationes ac pericula multū de
traxerant uiribus· Parsimonia tamen et rerū que auiditatē euocāt

modus. et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem. multis
prohibentibus causis. Nam hoc scis puto platoni diligentie sue benefi
cio contigisse. q natali suo decessit. et annũ unum atq; octogesimum
impleuit sine ulla deductione. Ideo magi qui forte athenis erant
imolauerunt defuncto. ampliori fuisse sortis q̃ humane rati. quia
consumasset perfectissimũ numerũ quem nouem nouies multiplica
ta componunt. non dubitato. quin paratus esset paucos dies ex ista sũ
ma et sacrificium remittere. Potest frugalitas producere senectutẽ.
quã ut non puto concupiscendam. ita ne recusandam quidem. Iocun
dum est secum esse q̃ diutissime. cum quis se dignũ quo frueretur ef
fecit. Itaq; de isto feremus sententiã. an oporteat fastidire senectutis
extrema. et finem non operiri sed manu facere. Prope est a timente
qui defectum segnis expectat. sicut ille ultra modum deditus uino
est. qui amphoram exiccat. et fecem quoq; exorbet. De hoc tamen
queremus. pars sũma uite utrũ fex ea sit. an liquidissimũ ac purissi
mum quiddam. si modo mens sine iniuria est. et integri sensus
animũ iuuant. nec defectum ac premortuũ corpus est. Plurimũ
enĩ refert. uitam aliquis extendat an mortem. At si inutile mi
nisteriis est corpus. quidni oporteat educere animũ laborantem.
Et fortasse paulo ante q̃ debet faciendum est. ne cum fieri debebit
facere non possis. Et cum maius periculũ sit male uiuendi. q̃ cito
moriendi. stultus est qui exigua temporis mercede magne rei aleã
non redemit. Paucos longissima senectus ad mortẽ sine iniuria per
tulit. multis iners uita sine usu sui placuit. Quanto deinde crude
lius iudicas aliquid ex uita perdidisse q̃uis finienda. Noli me inui
tus audire tanq̃ ad te pertineat ista sententia. sed quid dicã exti
ma. Non relinquam senectutem. si me totũ michi reseruabit. totũ
autem ab illa parte meliore. At si ceperit concutere mentem. si
partes eius conuellere. si michi non uitam reliquerit sed animã.
prosiliam ex edificio putri ac ruenti. Morbum morte non fugiã
dumtaxat sanabilem. nec officientem animo. Non afferã michi
manus propter dolorem. sic mori. uinci est. hunc tamen si sciero
perpetuo esse patiendum. exibo. nõ propter ipsũ. sed quia impe

dimento michi futurus est. Ad omne propter quod uiuitur imbecillus
est et ignauus. qui pro dolore moritur. stultus qui doloris causa uiuit.
Sed in longū exeo. Est preterea materia. que ducere diem merito pos
sit. et quomodo finem imponere uite poterit. qui epistole non potest.
Vale ergo. quod libentius q̄ [ut mortes meas] mortis moras lecturus es.

LVIIII.

De uero et inani gaudio et quomodo sapientem in periculoso mittendū itinere oporteat et semper uirtutib; esse iunctū. et eos notat qui nimis adulationibus suis indulgent.

MAgnam ex epistola tua percepi uoluptatem. Permitte enim mi
chi uti uerbis publicis. nec illa ad significationem stoicam reuo
ca. Vitium uoluptatem esse credimus. Sit sane. Ponere tamen
illam solemus ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio
inquā et uoluptatem. si ad nostram aluum uerba dirigimus. rem in
famem esse. et gaudium nisi sapienti non contingere. Est enī animi
elatio suis bonis uerisq; fidentis. Vulgo tamen sic loquimur ut dicamus
magnum gaudium nos ex illius consulatu. aut ex nuptiis. aut ex partu
uxoris percepisse. Que adeo non sunt gaudia. ut sepe initia future
tristicie sint. Gaudium autem iunctū est non desinere. nec in contra
ria uerti. Itaq; cum dicat uirgilius noster. et mala mentis gaudia. di
serte quidem dicit. sed parum proprie. Nullum enim malū gaudiū
est. Voluptatibus hoc nomen imposuit. et quod uoluit expressit. Si
gnificauit enim homines malo suo letos. Tamen ego nō immerito di
xerim cepisse me magnam ex epistola tua uoluptatem. Quamuis enī
ex nomine ista causa imperitus homo gaudeat. tamen affectum eius
impotentem et in diuersa statim inclinaturum. uoluptatem uoco.
Voco opinionem falsi boni motam. īmoderatam. et īmodicam. Sed
ut ad propositum reuertar. audi quid me in epistola tua delectauerit.
habes uerba in potestate. Non effert te oratio. nec longius q̄ destina
sti trahit. Multi sunt qui ad id quod nō proposuerunt scribere. ali
cuius uerbi placentis decore uocentur. Quod tibi non euenit. Pressa
sunt omnia et rei aptata. loqueris quantū uis. et plus significas q̄ lo
queris. hoc maioris rei indicium est. Apparet animū quoq; nil habere
superuacuum. nil tumidi. Inuenio tamen translationes uerborum.
ut non temerarias. [at neq;] Itaq; periculum sui fecerunt. Inuenio et imagi
nes. quibus siquis nos uti uetat. et poetis illas solis iudicat esse concessas.
neminem michi uidetur ex antiquis legisse. apud quos nondū capta

batur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter et demonstrande rei causa
eloquebantur parabolis referti sunt. quas existimo necessarias non ex ea
dem causa qua poetis. sed ut inbecillitatis nostre adminicula sint. et
ut dicentem et audientem in rem presentē adducant. Sextium ecce cũ
maxime lego uirum acrem. grecis uerbis romanis moribus philosophantē.
mouit me imago ab illo posita. ire quadrato agmine exercitum. ubi ho
stis ab omni parte suspectus est. pugne paratum. Idem inquit sapiens fa
cere debet. Omnes uirtutes suas undiq; expandat. ut ubicumq; infesti ali
quid orietur. illic parata presidia sint. et ad nutum regentis sine tumul
tu respondeant. quod in exercitibus his quos imperatores magni ordināt
fieri uidemus. ut imperium ducis simul omnes copie sentiant. sic dispo
site ut signum ab uno datum peditem simul equitemq; percurrat. hoc
aliquanto magis necessarium esse nobis Sextius ait. Illi enim sepe hostē
sine causa timuere. tutissimumq; illis iter quod suspectissimũ fuit. Nil
stulticia pacatum habet. Tam superne illi metus est q̃ infra. Utrumq;
trepidat latus. sequuntur pericula et occurrunt. Ad omnia pauet.
imparata est. et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnē incur
sum munitus. intentus. non si paupertas. non si luctus. non si ignominia.
non si dolor impetum faciat. pedem referet. interritus et contra illa
ibit. et inter illa. Nos multa alligant. multa debilitant. De istis uitiis
in quibus iacuimus. exui difficile est. Non enim inquinati sumus sed
infecti. Ne ab alia imagine ad aliam transeamus. hoc queram. quod
sepe mecum despicio. quid ita nos stulticia tam pertinaciter teneat.
Primo. quia non fortiter illam repellimus. nec toto ad salutem impe
tu nitimur. Deinde quia illa que a sapientibus uiris reperta sunt
non satis credimus. nec apertis pectoribus haurimus. leuiterq; tam
magne rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis quan
tum satis sit aduersus uitia discere. qui quantum a uitiis uacat discit. [ut nõ discedit]
Nemo nostrum in altum descendit. Sũma tantum decerpsimus. et
exiguum temporis inpendisse philosophie satis abundeq; occupatis
fuit. Illud precipue impedit. q. cito nobis placemus. si inuenimus qui
nos bonos uiros dicat. qui prudentes. qui sanctos ignoscimus. Nõ su
mus modica laudatione contenti. Quicquid in nos adulatio sine

pudore congessit. tanq̃ debitum prendimus. Optimos nos esse sapientis
simos affirmantibus assentimur. cum sciamus illos sepe multa mentiri.
Adeo quoq; indulgemus nobis ut laudari uelimus in id cui contraria
tum maxime facimus. Mitissimũ se ille in ipsis suppliciis audit. in ra
pinis liberalissimũ. et in ebrietatibus ac libidinibus temperatissimũ.
Sequitur itaq; ut ideo mutari nolimus quia nos optimos esse credimus.
Alexander cum iam in india uagaretur. et gentes ne finitimis quidẽ
satis notas bello uastaret. ĩ obsidione cuiusdam urbis dum circuit mu
ros. et imbecillissima menium querit. sagitta ictus. diu persedere.
et incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso sanguine sicci uul
neris dolor cresceret. et crus fixum equo paulatim obtorpuisset. coac
tus absistere. omnes inquit iurant esse me iouis filium. sed uulnus
hoc esse me hominem clamat. Idem nos faciam⁹. cũ pro sua quenq; por
tione adulatio infatuat. dicamus. Vos quidem dicitis me pruden
tem esse. ego autem uideo q̃ multa inutilia concupiscam. nocitura
optem. Ne hoc quidem intelligo quod animalibus sacietas mõstrat.
quis cibo debeat esse. quis potioni modus. Quantũ capiam adhuc
nescio. Docebo te quemadmodum intelligas te non esse sapientem.
Sapiens ille plenus est gaudio. hilaris et placidus inconcussus. cum
diis ex pari uiuit. Nunc ipse te consule. si nunq̃ mestus es. nulla spes
animũ tuum futuri expectatione sollicitat. si per dies noctesq; par
et equalis animi tenor erecti et placentis sibi est. peruenisti ad hu
mani boni sũmam. Sed si appetis uoluptates. et undiq; et omnes. sci
to tantum tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc cupis
peruenire sed erras. qui inter diuitias illuc uenturũ esse te speras.
Inter honores idem gaudium. inter sollicitudines queris. Ista que
sic petis tanq̃ datura leticiam ac uoluptatem. cause dolorum sunt.
Omnes inquã tendunt ad gaudium. sed unde stabile magnumq;
consequantur ignorant. Ille ex conuiuiis et luxuria. ille ex ambi
tione et circũfusa clientium turba. ille ex amica. alius ex studiorũ
liberalium uana ostentatione. et nichil sanantibus litteris. Omnes
istos oblectamenta fallacia et breuia decipiunt sicut ebrietas que
unius hore hilarem insaniã longi temporis tedio pensat. sicut pla

usus et acclamationis secunde fauor. qui magna solicitudine et par
tus est et expiandus. hoc ergo cogita. hunc esse sapientie effectum.
gaudii equalitatem. Talis est sapientis animus qualis mundus sup
lunam. Semper illic serenum est. habes ergo quare uelis sapiens esse.
quia si nunq̃ sine gaudio est. gaudium hoc non nascitur nisi ex uir
tutum conscientia. Non potest gaudere nisi fortis. nisi iustus. nisi tem
perans. Quid ergo inquis? Stulti ac mali non gaudent? Non magis
q̃ predam nacti leones. cum fatigauerint se uino ac libidinibus. cũ
illos nox intra uitia defecit. cũ uoluptates angusto corpori ultra q̃ ca
piebat ingeste. superare ceperunt. tunc exclamant miseri uirgilianũ
illum uersum. Nanq; ut supremam falsa inter gaudia noctem Ege
rimus nosti. omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia et quidẽ
tanq̃ supremam agunt. Illud gaudium quod deos deorũq; emulos
sequitur. non interrumpitur. non desinit. desineret si sumptum
esset aliunde. quia non est alieni muneris. ne arbitrii quidem alieni
est. Quod non dedit fortuna non eripit. Val.

·LX·

Ambitionẽ et superfluitatẽ dam
nans parsimoniã predicat.

Queror. litigo. irascor. Etiam nunc optas quod tibi opta
uit nutrix tua. aut pedagogus. aut mater. Nondũ intelli
gis quantũ mali optauerint. O q̃ inimica nobis sunt uo
ta nostrorum. eo quidem inimiciora quo cessere felicius. Iam non
miror si omnia nos a pueritia mala sequuntur. Inter execrationes
parentum creuimus. Exaudiunt dii quoq; nostram pro nobis uocem
gratuitam. Quousq; poscemus aliquid deos? quasi ita non dum ipsi
alere nos possimus. Q̃diu orationibus implebimus magnarũ urbiũ
campos? Q̃diu nobis populus metet? Q̃diu unius mense frumen
tum multa nauigia. et quidem non ex uno mari subuehent? Tau
rus paucissimorũ iugerũ pascuo impletur. Una silua elephantis plu
ribus sufficit. homo et terra pascitur et mari. Quid ergo? Tam
insatiabilem nobis natura aluum dedit. cum tam modica corpora
dedisset ut uastissimorũ edacissimorũq; animalium auiditatem
uinceremus? Minime. Quantulum est enim quod nature datur?
Paruo dimittitur. nõ fames nobis uentris nostri magno constat. sed
ambitio. Hos itaq; ut ait Salustius uentri obedientes animaliũ loco

numeremus non hominū· Quosdam uero ne animalium quidem
sed mortuorum· Viuit is qui se utitur· Qui uero latitant et torpent·
sic in domo sunt quomodo in conditiuo· horum licet in limine ipso
nomen marmori inscribas. mortem suam antecesserunt· Val·

·LXI·
Quomodo sapiens ad mortē debet hīc animū paratū·

[D]Esinimus quod uolumus esse· Ego certe id ago senex eadem
uelle que puer uolui· In hoc uno eunt dies· in hoc noctes· hoc
opus meum est· hoc cogitatio· imponere ueteribus malis finem·
Id ago ut michi instar totius uite sit dies· Nec me hercules tanq̄ ultimū
rapio· sed sic illum partior tanq̄ esse uel ultimus possit· hoc animo ti
bi hanc epistolam scribo tanq̄ maxime me scribentem mors euocatu
ra sit· Paratus exire sum et ideo fruar uita· quia q̄ diu futurum hoc
sit. non nimis pendeo· Ante senectutem curaui ut bene uiuerē· in
senectute ut bene moriar· Bene autem mori est. libenter mori· Quic
quid futurum est. necesse futurū est repugnanti· Da operam ne quid
unq̄ inuitus facias. quicquid necesse futurum est· Pugnare uolenti.
necessitas non est· In uolente. necessitas non est· Ita dico· qui imperia
libens excipit. partem acerbissimam seruitutis effugit facere quod no
lit· Non qui iussus aliquid facit. miser est. sed qui inuitus facit· Itaq;
sic animū componamus. ut quicquid res exiget id uelimus· et ī primis
finem nostri sine tristicia cogitemus· Ante ad mortem q̄ ad uitam
preparandi sumus· Satis instructa uita est· sed nos instrumento eius
auidi sumus· Deesse aliquid nobis uidetur· et semper uidebitur· Vt
satis uixerimus. nec anni nec dies facient. sed animus· Vixi lucili ca
rissime quantū satis erat· mortem plenus expecto· Val·

·LXII·
De simulata et affectata occupatione et q̄ breuissima ad diuitias p̄ cōtēptū diuitiar̄ uia est·

[M]Entiuntur qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negoci
orum uideri uolunt· Simulant occupationes et augent· et ipsi
se occupant· Vaco lucili uaco· et ubicunq; sum· ibi meus sum·
Rebus enim me non trado sed cōmodo· nec consector perdendi tē
poris causas· Et quocunq; constiti loco· ibi cogitationes meas tracto·
et aliquid in animo salutare conuerso· Cum me amicis dedi· nō ta
men michi abduco· nec cum illis moror· quibus me tempus aliquod
congregauit· aut causa et officio nata ciuili· sed cum optimo quoq;
sum· ad illos in quocunq; loco· in quocunq; seculo fuerunt· animum

meum mitto

meum mitto· Demetrium uirorum optimum mecum circumfero· et
relictis conchiliatis. cum illo seminudo loquor· illum admiror· Quidni
admirer? Vide nil ei deesse· Contemnere omnia aliquis potest· om
nia habere nemo potest· Breuissima ad diuitias per contemptū diuiti
arum uia est· Demetrius autem noster sic uiuit. non tanq̄ contemp
serit omnia. sed tanq̄ aliis habenda permiserit· Val'

·Lxiii·

Cōsolatio pro amico defuncto.

at grauiter

Moleste fers decessisse Flaccum tuū· Plus tamen equo dolere te
nolo· Illud ut non doleas. uix audebo exigere· et esse melius scio·
Sed cui ista firmitas animi continget? nisi iam multū supra
fortunam elato? Illum quoq; ista res uellicabit· sed tantū uellicabit·
Nobis autem ignosci potest. prolapsis ad lacrimas. si non nimie decur
rerunt· si ipsi illas repressimus· Nec sicci sint oculi amisso amico· nec
fluant· lacrimandum est. non plorandum· Duram tibi legem uide
or ponere· cum poetarū grecorum maximus. ius flendi dederit in
unum dūtaxat diem· cum dixerit etiam niobam de cibo cogitasse·
Queris unde sint lamentationes. unde īmodica fletus· Per lacrimas
argumenta desiderii querimus· dolorem non sequimur sed ostendi
mus· Nemo tristis sibi est· O infelicem stultitiam· Est aliqua et do
loris ambitio· Quid ergo inquis· obliuiscar amici? Breuem illi apud
te memoriam promittis· si cum dolore mansura est· Iam istam fron
tem ad risum quelibet res fortuita transferet· Non differo in longi
us tempus. quo desiderium omne mulcetur· quo etiam acerrimi luc
tus residunt· cum primum te obseruare desieris· imago ista tristitię
discedet· Nunc ipse custodis dolorem tuum· sed custodienti quoq; ela
bitur· eoq; citius quo est acrior desinit· Id agamus ut iocunda nobis
amicorum fiat recordatio· Nemo libenter ad id redit quod non si
ne tormento cogitaturus est· Sic illud fieri necesse est. ut cum aliquo
nobis morsu amissorum quos amauimus nomen occurrat· sed is quoq;
morsus habet suam uoluptatem· Nam ut dicere solebat Attalus no
ster· Sic amicorum defunctorū memoria iocunda est. quomodo
in uino nimis ueteri ipsa nos amaritudo delectat. quomodo poma
quedam suauiter aspera· Cum uero interuenit spatium· omne
quod angebat extinguitur. et pura ad nos uoluptas uenit· Si illi

credimus amicos incolumes cogitare. melle ac placenta frui est.
eorum qui fuerunt retractatio non sine acerbitate quadam iu
uat. Quis autē negauerit hec acria quoq; et habentia austeritatis
aliquid. stomachum excitare. Ego non idem sentio. Michi amico
rum defunctorum cogitatio dulcis ac blanda est. habui enim illos
tanq̄ amissurus. amisi tanq̄ habeam. Fac ergo mi lucili quod tuā
equitatem decet. Desine beneficium fortune male interpretari.
Abstulit. sed dedit. Ideo amicis auide fruamur. quia q̄diu contin
gere hoc possit incertum est. Cogitemus q̄ sepe illos reliquerimus.
in aliquam peregrinationem longinquam exituri. q̄ sepe eodem
morantes loco non uiderimus. intelligemus plus nos temporis in
uiuis perdidisse. Feras autem hos qui cum neglegentissime amicos
habeant. miserrime lugent. nec amant quenq̄ nisi perdiderunt.
Ideoq; tunc effusius merent. quia uerentur ne dubium sit an ama
uerint. Sera indicia affectus sui querunt. Si habemus alios ami
cos. male de his et meremur et existimamus. quia parum ualent
in unius elati solatium. Si non habemus. maiorem iniuriam ipsi
nobis fecimus. q̄ a fortuna accepimus. Illa unū abstulit. nos que
cunq; non fecimus. Deinde ne unū quidem nimis amauit. qui
plus unū amare non potuit. Siquis despoliatus amissa una tunica
complorare se malit. q̄ circūspicere quomodo frigus effugiat et ali
quid inueniat quo tegat scapulas. nōne tibi uideatur stultissimus?
Quem amabas extulisti. quere quem ames. Satius est amicū repa
rare q̄ flere. Scio pertritum iam hoc esse quod adiecturus sum
non tamen pretermittam. quia ab omnibus dictum est. Finē do
lendi etiam qui consilio non fecerat. tempore inuenit. Turpissi
mum autem est in homine prudente remedium meroris. lassi
tudo merendi. Malo relinquas dolorem. q̄ ab illo relinquaris.
Et q̄ primū id facere desiste. quod si etiam uoles diu facere non
poteris. Annum feminis ad lugendum constituere maiores. non
ut tam diu lugerent. sed ne diutius. Viris nullū legitimū tem
pus est. quia nullum honestum. Quam tamen michi ex illis mu
lierculis dabis. uix retractis a rogo. uix a cadauere reuulsis. cui

lacrime in totum mensem durauerint? Nulla res citius in odium ue
nit quam dolor. quia recens consolatorem inuenit. et aliquos ad se addu
cit. inueteratus uero deridetur. Nec inmerito. Aut enim simulatus.
aut stultus est. Hec tibi scribo is qui anneum serenum carissimum mi
chi tam inmodice fleui. ut quod minime uelim. inter exempla sim eo
rum quos dolor uicit. hodie tamen factum meum damno. et in
telligo maximam michi causam sic lugendi fuisse. quod numquam cogitaue
ram mori eum ante me posse. hoc unum michi occurrebat iuniorem
esse et multo minorem. tamquam ordinem fata seruarent. Itaque assidue
cogitemus tam de nostra quam omnium quos diligimus mortalitate. Tunc
ego dicere debui. Minor est serenus meus. Quid ad rem pertinet?
post me mori debet. sed ante me potest. Quia non feci. imparatum
subito fortuna percussit. Nunc cogito omnia mortalia. et incerta
lege mortalia esse. hodie fieri potest. quicquid umquam potest. Cogite
mus ergo lucili carissime cito nos eo peruenturos. quo illum perue
nisse meremus. et fortasse si modo uera sapientium fama est. reci
pitque nos locus aliquis. quem putamus perisse premissus est. Vale.

·LXIIII·
De efficacia sermonis uiri boni et augenda doctrina priorum et eorum ueneratione.

Fuisti heri nobiscum. Potest queri. si heri tantum. Ideo adie
ci nobiscum. Mecum enim semper es. Interuenerant quidam
amici. propter quos maior fumus fieret. non hic qui erum
pere ex lautorum culinis et terrere uigiles solet. sed hic modicus qui ho
spites uenisse significet. Varius nobis fuit sermo ut in conuiuio. nul
lam rem usque ad exitum adducens. sed aliunde alio transiliens. lec
tus est deinde liber quinti sextii patris. magni si quid michi credis.
uiri. et licet neget stoici. Quantus in illo dii boni uigor est. quantum
animi. hoc non in omnibus philosophis inuenies. Quorundam scrip
ta clarum habent tantum nomen. cetera exanguia sunt. Instituunt.
disputant. cauillantur. non faciunt animum. quia non habent.
Cum legeris sextium. dices. Viuit. uiget. liber est. supra hominem
est. dimittit plenum ingentis fiducie. In qua positione mentis
sim cum lego hunc. fatebor tibi. libet omnes casus prouocare. libet
exclamare. Quid cessas fortuna? Congredere. paratum uides. Il
lius animum induo. qui querit ubi se experiatur. ubi uirtutem

suam ostendat. spumantemq; dari pecora inter inertia uotis Optat
aprum aut fuluum descendere monte leonem. libet aliquid habere
quod uincam. cuius patientia exercear. Nam hoc quoq; egregiū sex
tius habet. q. et ostendit tibi beate uite magnitudinem. et despera
tionem euius non faciet. Scies esse in excelso. sed uolenti penetrabilem.
hoc quidem uirtus tibi ipsa prestabit. ut illam admireris et tamen spe
res. Michi certe multum auferre temporis solet contemplatio ipsa
sapientię. Non illam aliter intueor obstupefactus. q. ipsum interim
mundum. quem sepe tanq̄ spectator nouus uideo. Veneror itaq; ī
uenta sapientie inuentoresq; adire tanq̄ multorum hereditatem
iuuat. Michi ista acquisita. michi laborata sunt. Sed agamus bonū
patrem familię. faciamus amphora que accepimus. maior ista here
ditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis. multūq;
restabit. Nec ulli nato post mille secula precludetur occasio aliquid
adiciendi. Sed etiam si omnia a ueteribus inuenta sunt. hoc semper
nouum erit. usus et inuentorum ab alijs scientia ac dispositio. Puta
relicta nobis medicamenta quibus sanarentur oculi. non opus est mi
chi alia querere. sed hec tamen modis et temporibus aptanda sunt.
hoc asperitas oculorum colleuatur. hoc crassitudo palpebrarū tenua
tur. hoc uis subita et humor auertitur. hoc acuetur uisus. Teras ista
oportet et eligas tempus. et adhibeas singulis modum. Animi remedia
inuenta sunt ab antiquis. Quomodo autem admoueantur aut quan
do. nostri est operis querere. Multum egerunt qui ante nos fuerunt.
sed non peregerunt. Suscipiendi tamen sunt. et ritu deorum colendi.
Quidni ego maiorum uirorum et imagines habeam incitamenta
animi. et natales celebrem? Quidni ego illos honoris causa semper
appellem? Quam uenerationem preceptoribus meis debeo. eandē
illis preceptoribus generis humani. a quibus tanti boni initia fluxerūt.
Si consulem uideo aut pretorem. omnia quibus honor haberi solet fa
ciam. equo desiliam. caput adaperiam. semita cedam. Quid ergo?
Marcum catonem utrunq; sapientem. leliū et socraten cū platonē
et zenone cleanteq; ī animū meū sine dignatione sūma recipiā?
Ego uero illos ueneror. et tantis nominibus semper assurgo. Val.

.LXV.

De numero causarũ mũdi se cũdũ uarias sententias. et q̄ humanꝰ animꝰ nõ hec sed diuina semp̄ spectare debet.

Hesternũ diem diuisi cum mala ualitudine. Antemeridianum
illa sibi uindicauit. Postmeridianum michi cessit. Itaq; lecti
one primũ animum temptaui. Deinde cum hanc recepisset. plus
illi imperare ausus sum. imo permittere. Aliquid scripsi. et quidẽ in
tentius q̄ soleo. dum cum materia difficili contendi. et uinci nolo. do
nec interuenerunt amici. qui michi uim afferrent. et tanq̄ egrũ in
temperantem coercerent. In locum stili sermo successit. ex quo eã
partem ad te perferam. que in lite est. Te arbitrum adduximus.
Plus negocij habes q̄ existimas. Triplex causa est. Dicunt ut scis stoici
nostri. duo esse in rerum natura ex quibus omnia fiant. causam et
materiam. Materia iacet iners. res ad omnia parata est. cessatura
si nemo moueat. Causa autem idest ratio materiam format. et
quocumq; uult uersat. et illa uaria opera producit. Esse ergo debet
unde fiat aliquid. deinde a quo fiat. hoc causa est. illud materia.
Omnis ars nature imitatio est. Itaq; quod de uniuerso dicebã ad
hec transfer que ab homine facienda sunt. Statua ẽt materiam ha
buit que pateretur artificem. et artificem qui materie daret faciẽ.
Ergo in statua materia es fuit. causa opifex. Eadem condicio rerũ
omnium est. Ex eo constat quod fit. et ex eo quod facit. Stoicis pla
cet unam causam esse. id quod facit. Causam aristoteles putat tri
bus modis dici. Prima inquit causa est ipsa materia sine qua nichil
potest effici. Secunda opifex. Tertia est forma que unicuiq; operi
imponitur tanq̄ statue. Nam hanc Aristoteles idos uocat. Quarta
quoq; inquit his accedit. propositum totius operis. Quid sit hoc ape
riam. Es prima statue causa est. Nunq̄ facta esset. nisi fuisset id ex
quo funderetur. duceretur ue. Secunda causa artifex est. Non po
tuisset enim es illud in habitũ statue figurari. nisi accessissent perite
manus. Tertia causa est forma. Neq; enim statua ista doryforos aut
diadumenos uocaretur. nisi hec illi esset impressa facies. Quarta
causa est. faciendi propositum. Nam nisi hoc fuisset. facta nõ esset.
Quod est propositum? quod inuitauit artificem. quod ille secutus
fecit. uel pecunia est. hoc si uenditurus fabricauit. uel gloria. si
laborauit in nomen. uel religio. si donum templo parauit. Ergo

et hec causa est propter quam fit. An non putas inter causas facti
operis numerandum. quo remoto. factum non esset. His quintam
Plato adicit. exemplar. quam ipse ideam uocat. hoc est enim ad id
quod respiciens artifex. id quod destinabat effecit. Nichil autem
ad rem pertinet. utrum foris habeat exemplar. ad quod referat o
culos. an intus. quod sibi ipse concepit et composuit. hec exempla
ria rerum omnium deus intra se habet. numerosque uniuersorum
que agenda sunt. et modos mente complexus est. Plenus his fi
guris est. quas plato ideas appellat. inmortales. innumerabiles.
inmutabiles. infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt. ipsa
autem humanitas ad quam homo effingitur permanet. et ho
minibus laborantibus. intereuntibus. illa nil patitur. Quinque
ergo cause sunt ut plato dicit. id ex quo. id a quo. id in quo. id
ad quod. id propter quod. nouissime id quod ex his est. Tamquam in
statua. quia de hac loqui cepimus. Id ex quo. es est. Id a quo ar
tifex est. Id in quo forma est. que aptatur illi. Id ad quod exem
plar est. quod imitatur is qui facit. Id propter quod. facientis
propositum est. Id quod ex ipsis est. ipsa statua. Hec omnia mun
dus quoque ut ait plato habet. faciens. hic deus. ex quo fit. hec ma
teria. forma hec est habitus et ordo mundi. quem uidemus.
exemplar scilicet ad quod deus hanc magnitudinem operis
pulcherrimi fecit. propositum propter quod fecit. Queris quod
sit propositum deo. Bonitas est. Ita certe Plato ait. Que deo
faciendi mundum causa fuit. Bonus est. bona fecit. bono nul
la cuiusquam boni inuidia est. fecit itaque quam optimum potuit. Fer
ergo iudex sententiam. et pronuntia quis tibi uideatur ueri
simillimum dicere. non quis uerissimum dicat. Id enim tam su
pra nos est. quam ipsa ueritas. Hec que ab Aristotele et Platone po
nitur turba causarum. aut nimium multa aut nimium pauca com
prehendit. Nam si quocumque remoto quid effici non potest. id
causam iudicant esse faciendi. pauca dixerunt. Ponant inter
causas tempus. nil sine tempore potest fieri. Ponant locum. si
non fuerit ubi fiat aliquid. ne fiet quidem. Ponant motum.

Nil sine hoc nec fit nec perit. Nulla sine motu ars. nec mutatio est.
Sed nos nunc primam et generalem querimus causam. hec simplex
esse debet. nam et materia simplex est. Querimus quid sit causa.
Ratio scilicet faciens idest deus. Ita nanq; quecunq; rettulistis nō
sunt multe et singule cause. sed ex una pendent et ex ea que faciet.
formam dicis causam esse. hanc imponit artifex operi. Pars cause
est. non causa. Exemplar quoq; non est causa. sed instrumentum
cause necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici. quomodo
scalprum. quomodo lima. Sine his procedere ars non potest. Nō
tamen he partes artis sunt aut cause. Propositum inquit artifi
cis. propter quod ad faciendum aliquid accedit. causa est. Vt sit
causa. non est efficiens causa sed perueniens. he autē innumera
biles sunt. Nos de causa querimus generalissima. Illud uero non
pro solita ipsis subtilitate dixerunt. totum mundum et consu
matum opus causam operis esse. Multum enim interest inter opus
et causam operis. Affer sententiam. aut. quod facilius in eiusmo
di rebus est. nega tibi loqui. et nos reuerti iube. Quid te inquit
delectat tempus inter ista conterere. que tibi nullum affectum
eripiunt. nullam cupiditatem abigunt. Ego quidem illa prio
ra ago ac tracto. quibus pacatur animus. et me prius scrutor.
deinde hunc mundum. Ne nūc quidem tempus ut existimo perdo.
Ista enim omnia si non concidantur. nec in hanc subtilitatem in
utilem distrahantur. attollunt et leuant animū. qui graui sarci
na pressus explicari cupit. et reuerti ad illa quorum fuit. Nam
corpus hoc animi pondus ac pena est. Premente illo urgetur. et
in uinculis est. nisi accessit philosophia. et illum respirare rerum
nature spectaculo iussit. et a terrenis admisit ad diuina. Hec li
bertas eius est. hec euagatio. Subducit interim se custodie ī qua
tenetur et celo reficitur. quemadmodū artifices et alicuius rei
subtilioris inspectores que intentione oculos defatigat. si malignū
habent et non preclarū lumen. in publicum prodeunt. et ī ali
qua regione ad populi otia dedicata oculos libera luce delectant.
sic animus in hoc tristi et obscuro domicilio clusus. quotiens po

test apertum petit. et in rerum nature contemplatione requiescat.
Sapiens affectatorque sapientie adheret quidem in corpore suo. sed op
tima sui parte abest. et cogitationes suas ad sublimia intendit uelut
sacramento rogatus. hoc quod uiuit stipendium putat. et ita for
matus est. ut illi nec amor uite nec odium sit. patiturque mortalia
quamuis sciat ampliora superesse. Interdicis michi inspectionem rerum na
ture. ac toto subductum redigis in partem. Ego non queram que sit
initia uniuersorum. quis rerum formator. quis omnia in uno mer
sa et materia inerti conuoluta discreuerit. Non queram quis sit ar
tifex istius mundi. qua ratione tanta magnitudo in rerum et ordinem
uenerit. quis sparsa collegerit. confusa distinxerit. in una deformi
tate labentibus faciem diuiserit. unde lux tanta fundatur. ignis sit.
an aliquid igne lucidius. ego ista non queram. ego nesciam unde
descenderim. Semel hec michi uidenda sint. an sepe noscendum.
Quo hinc iturus sim. que sedes expectet animam solutam legibus
seruitutis humane. Vetas me celo interesse. idest iubes me uiuere
capite demisso. Maior sum et ad maiora genitus quam ut mancipium
sim mei corporis. quod equidem non aliter aspicio quam uinculum aliquod
libertati mee circumdatum. hoc itaque oppono fortune in quo resistat.
nec per illud ad me ullum transire uulnus sino. quicquid in me po
test iniuriam pati. hoc est. In hoc obnoxio domicilio animus liber
habitat. Numquam me caro ista compellet ad metum. numquam ad indignam
bono simulationem. numquam in honorem huius corpusculi mentiar.
Cum uisum fuerit distraham cum illo societatem. et nec tamen cum
heremus. non erimus equis partibus socii. Animus ad se omne ius
ducet. Contemptus corporis sui. certe libertas est. Vt ad propositum
reuertar. huic libertati multum conferet illa de qua modo loque
bamur inspectio. Nempe uniuersa ex materia et ex deo constant.
Deus ista temperat. que circumfusa rectorem secuntur et ducem.
Potentius autem est ac pretiosius quod facit. quod est deus. quam mate
ria patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet. hunc in
homine animus. Quod est illic materia id in nobis corpus est. Ser
uiant ergo deteriora melioribus. fortissimus stet aduersus for

tuita· Non contremiscamus iniurias· non uulnera· non uincula· nō
egestatem· Mors quid est? aut finis aut transitus· Nec desinere timeo·
Idem est enim quod non cepisse· nec transire· quia nusq̄ tam angu
ste ero· Val·

·LXVI·

Notat eos q tres gradus bonoꝝ fecerūt dicētes unū tantū absolutū bonū ēē .s. uirtutē ī capacem augmēti ul detrimēti· ex quacūq; bona sūt paria·

Claranum condiscipulum meum uidi post multos annos· nō
puto expectas ut adiciam senem· sed me hercules uiridem
animo ac ingentem· et cum corpusculo suo colluctantem·
Inique enim se natura gessit· et talem animū male collocauit· Aut
fortasse uoluit hoc ipm̄ nobis ostendere· posse ingenium fortissimū
ac breuissimū sub qualibet cute latere· Vicit tamen omnia impedi
menta· et ad cetera contemnenda a contemptu sui uenit· Errare
michi uisus est qui dixit· Gratior et pulchro ueniens in corpore uir
tus· Non enim ullo honestamento eget· Ipsa magnum sui decus est·
et corpus suum consecrat· Certe Claranum nostrum intueri cepi·
formosus michi uidetur et tam rectus corpore q̄ est animo· Potest
ex casa uir magnus exire· Potest et ex deformi et humili corpusculo
formosus animus et magnus· Quosdam itaq; uidetur michi ī hoc
tales natura generare· ut approbet uirtutem omni loco nasci· Si pos
set per se nudos edere animos· fecisset· Nunc quod amplius est facit·
Quosdam enim edit corporibus impeditos· sed nichilominus perrū
pentes obstantia· Claranus michi uidetur in exemplar editus· ut
scire possemus· non deformitate corporis fedari animum· sed pulchri
tudine animi corpus ornari· Quamuis autem paucissimos una fece
rimus dies· tamen multi nobis sermones fuerunt· quos subinde e
geram et ad te permittam· Hoc primo die quesitum est· quomodo
possint tria bona esse· si triplex eorū condicio est· Quedam ut no
stris uidetur prima bona sunt· tanq̄ gaudiū· pax· salus patrie·
Quedam secunda in materia infelici expressa· tanq̄ tormentorū
patientia· et in morbo graui temperantia· Illa bona directo op
tauimus nobis· hoc si necesse erit· Sunt adhuc tria· tanq̄ mode
stus incessus et compositus ac probus uultus et conueniens uiro
prudenti gestus· Quomodo ista inter se tria esse possunt· cū alia
optanda sint alia aduersanda? Si uolumus ista distinguere ad

primū bonū reuertamur. et consideremus id quale sit. Animus intu
ens uera. peritus fugiendorum ac petendorum. non ex opinione sed
ex natura precia rebus imponens. toti se inserens mundo. et in omnes
eius actus contemplationem suam mittens. cogitationibus actionibusq;
intentus. ex equo magnus ac uehemens. asperis blandisq; pariter
inuictus. neutri se fortune sūmittens. supra omnia que contingūt
acciduntq; eminens. pulcherrimus cum decore. cum uiribus sanus
ac siccus. inperturbatus intrepidus. quem nulla uis frangat. quem
nec attollant fortuita nec deprimant. Talis animus. uirtus est. Hec
eius est facies. si sub unū ueniat aspectum. et semel tota se ostendat.
Ceterum multe eius species pro uite uarietate et pro actionibus ex
plicantur. Nec minor fit. aut maior ipsa. decrescere enim sūmum
bonum non potest. Nec uirtuti ire retro licet. sed in alias atq; alias
qualitates conuertitur. ad rerū quas actura est habitū figurata.
Quicquid attigit. in similitudinem sui adducit et tangit. actiones
amicicias. interdum domos totas quas intrauit disposuitq; condeco
rat. quicquid tractauit id amabile. conspicuum. mirabile facit.
Itaq; uis eius et magnitudo ultra non potest surgere. quando incre
mentū maximo non est. Nichil inuenies rectius recto. nō magis
q̄ uerius uero. q̄ temperato temperatius. Omnis ī modo est uirtus.
modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat nō
magis q̄ fiducia. aut ueritas. aut fides. Quid accidere perfecto
potest? nichil. aut perfectū non erit cui accessit. Ergo ne uirtuti
quidem quicq̄ adici potest. quia nichil defuit. honestum quoq;
nullam accessionē recipit. honestum est enī propter ista q̄ rettuli.
Quid porro decorum et iustum et legitimū non eiusdem esse for
me putas. certis terminis comprehensum? Crescere posse. imper
fecte rei signum est. Bonum omne in easdem cadit leges. Iuncta
est priuata ac publica utilitas. tam me hercules q̄ inseparabile est.
laudandum petendūq;. Ergo uirtutes inter se pares sunt. et o
pera uirtutum. et omnes homines quibus ille contigere. Satorū
uero animaliūq; uirtutes cū mortales sint. fragiles quoq; cadu
ceq; sunt. et incerte exiliunt residentq;. et ideo non eodē precio

estimantur· Vna uero inducitur humanis uirtutibus regula· una est
enim ratio recta simplexq;· Nichil est diuino diuinius. celesti celestius·
Mortalia minuuntur. cadunt. deteruntur. crescunt. exhauriuntur.
implentur· Itaq; illis in tam incerta sorte inequalitas est. diuino
rum una natura est· Ratio autē nichil aliud est. q̄ in corpus huma
num pars diuini spiritus mersa. si ratio diuina est· Nullum autē
bonū sine ratione est· Bonum omne diuinū est· Nullum porro inter
diuina discrimen est. ergo nec inter bona· Paria itaq; sunt et gau
dium et fortis atq; obstinata tormentorū perpessio· In utroq; enim
eadem est animi magnitudo. in altero remissa et laxa. in altero
pugnax et intenta· Quid tu non putas parem esse uirtutē eius qui
fortiter hostium menia expugnat. et eius qui obsidionē patientissi
me sustinet? Et magnus Scipio. qui Numantiam cludit et cōprimit.
cogitq; inuictas manus in exitiū ipās sui uerti· Magnus ille obsesso
rum animus qui scit non esse clusum cui mors aperta est. et in com
plexu libertatis expirat· Eque reliqua inter se paria sunt. tranquil
litas. simplicitas. liberalitas. constantia. equanimitas. tolerantia·
Omnibus enim istis una uirtus subest. que animū rectum et inclina
bilem prestat· Quid ergo? Nichil interest inter gaudium et dolorē
inflexibilemq; patientiam? Nichil quantū ad ipās uirtutes. plurimū
inter illa in quibus uirtus utraq; ostenditur· In altero nanq; natu
ralis animi remissio et laxitas. in altero contra naturam dolor· Itaq;
media sunt hec que plurimū interualli recipiunt· Virtus in utroq;
par est· Virtutem materia non mutat· nec peiorem facit dura ac
difficilis. nec meliorem hilaris et leta· Necesse ergo est equalia sint
bona integraq; quia nec hic potest se in hoc gaudio melius gerere·
nec ille melius in illis cruciatibus· Duo autem quibus nichil fieri
melius potest. paria sunt· Nam si ea que extra uirtutē posita sūt.
aut minuere illā aut augere possunt. desinit unū bonū esse qd
honestum est· Si hoc concesseris. omne honestum perit· Quare?
Dicam· Quia nichil honestum est. quod ab inuito. quod a coacto
fit· Om̄e honestum uoluntarium est· Admisce illi pigritiam·
querelam. tergiuersationem. metum. quod habet in se optimū

perdidit. sibi placere. Non potest honestum esse. quod non est liberum.
Nam q timet. seruit. honestum omne securū est. tranquillum est. Si
recusat aliquid. si complorat. si malum iudicat. perturbationē recipit.
et in magna discordia uolutatur. hinc enim species recti uocat. illinc
suspicio mali retrahit. Itaq; qui honeste aliquid facturus est. quicquid
opponitur. id etiam si incōmodum putat. malum non putat. uelut li
bens faciat. Omne honestum iniussum incoactumq; est sincerū et
nullo malo mixtum. Scio quid michi responderi hoc loco possit. hoc
nobis persuadere conaris. nichil interesse. utrum aliquis in gaudio
sit an in eculeo hæreat. ac tortorem suum lasset. Poteram responde
re quod epicurus ait. sapientem si in phalaridis tauro peruratur;
exclamaturum. Dulce est. et ad me nil pertinet. Quid miraris si e
go paria bona dico. alterius in gaudio positi in conuiuio iacentis. alte
rius inter tormenta fortissime stantis. cum quod incredibilius est. di
cat epicurus. Dulces esse dolores. hoc respondeo plurimū interesse in
ter gaudium et dolorem. Si queratur electio. alterum petam. alterum
uitabo. Illud secundū naturam. hoc contra. Q̄ diu sic estimantur ma
gno inter dissident spacio. Cum ad uirtutem uentum est. utraq; par
est. et que per leta procedit. et que per tristia. Nullum habent momē
tum uexatio et dolor. et quicquid aliud incōmodi est. Virtute enim
obruitur. Quēadmodum minuta lumina claritas solis obscurat. sic
dolores. molestias. iniurias. uirtus magnitudine sua elidit. atq; oppri
mit. et quocumq; affulsit. ibi quicquid sine illa apparet extinguitur. nec
magis ullam portionem habent icōmoda cum in uirtutē inciderunt
q̄ in mari nimbus. hoc ut scias ita esse. ad omne pulchrū uir bonus si
ne ulla cunctatione procurret. Stet illinc licet carnifex. stet tortor atq;
ignis. perseuerabit. nec quid passurus sed quid facturus sit aspiciet.
et se honeste rei. tanq̄ bono uiro credet. Vtilem illam sibi iudicabit.
tutam prosperam. Eundem locum habebit apud illū honesta res. sed
tristis atq; aspera. quem uir bonus pauper atq; exul ac pallidus. Age
dum pone ex alia parte uirum bonū diuitiis abundantem. ex altera
nichil habentem. sed in se omnia. Vterq; eque uir bonus erit etiam
si fortuna dispari utatur. Idem ut dixi in rebus iudicium est. quod

in hominibus· Eque laudabilis uirtus est in corpore ualido ac libero
posita. q̄ in morbido ac uincto· Ergo tuam quoq; uirtutem non magis
laudabis. si corpus illesum tibi integrūq; fortuna prestiterit. q̄ si ex ali
qua parte mutilatum. multatū· Alioquin hoc erit ex seruorū habitu
dominū estimare· Omnia enim ista in que dominiū casus exercet. ser
uilia sunt. pecunia· corpus. et honores. inbecilla· fluida· mortalia· pos
sessiones incerte· Jlla rursus libera et inuicta uirtutis opera. que nō ideo
magis appetenda sunt. si benignius a fortuna tractantur. nec minus
si aliqua rerum iniquitate premuntur· Quod in hominibus amicitia
est. hoc in rebus appetitio· Non puto magis amares uirum bonū locu
pletem q̄ pauperem· nec robustum et lacertosum q̄ gracilem et lan
guidi corporis· Ergo ne rem quidem magis appetes aut amabis hila
rem aut pacatam q̄ distractam et operosam· At si hoc est. magis dili
ges e duobus eque bonis uiris nitidū et unctū q̄ puluerulentū et
horrentē· Deinde hucusq; peruenies. ut magis diligas integrū omni
bus membris et illesum q̄ debilem aut luscum· Paulatim fastidiū
tuū illo usq; procedet. ut e duobus eque iustis ac prudentibus coma
tum et crispulū malis q̄ recaluastrū· Ubi par est in utroq; uirtus.
nō comparet aliarum rerum inequalitas· Omnia enim alia non
partes sed accessiones sunt· Nam quis tam iniq̄ censuram inter
suos agit. ut filium sanū q̄ egrum magis diligat. procerumq; et
excelsum q̄ breuem aut modicum· Fetus suos non distingunt
fere. et se in alimentū pariter omnium sternunt· Aues ex equo
partiuntur cibos· Ulixes ad ithace sue saxa sic properat. queadmo
dum agamennon ad micenarum nobiles muros· Nemo enī patriā
quia magna est amat. sed quia sua· Quorsus hec pertinent. ut sci
as uirtutem omnia opera uelut fetus suos. hisdem oculis intueri.
eque indulgere omnibus. et quidem impensius laborantibus. quo
niam quidem etiam parentū amor magis in ea quorū miseretur.
inclinatur· Uirtus quoq; opera sua que uidet affici et premi nō
magis amat. sed parentū bonorū more magis amplectitur ac
fouet· Quare non est ullum bonum altero maius. quia non est
quicq̄ apto aptius. quia plano nichil est planius· Non potes dicere

hoc magis par esse alicui quam illud. Ergo nec honesto honestius quicquam
est. Quod si par omnium uirtutum natura est. tria genera bonorum
in equo sunt. Ita dico in equo esse. moderate gaudere et modera
te dolere. Leticia illa non uincit hanc animi firmitatem sub torto
re gemitus deuorantem. Illa bona optabilia hec mirabilia sunt. utraque
nichilominus paria. quia quicquid incommodi est. uelamento ma
ioris boni tegitur. Quisquis hec inparia iudicat ab ipsis uirtutibus
auertit oculos. et exteriora circumspicit. Bona uera idem [al' pendūt] pendent.
idem patent. Illa falsa multum habent uani. Itaque speciosa et magna
contra uisentibus. cum ad pondus reuocata sunt fallunt. Ita est mi
lucili. Quicquid uera ratio commendat solidum et eternum est. firmat
animum adtollitque semper futurum in excelso. Illa que temere laudan
tur et uulgi sententia bona sunt. inflant inanibus letos. Rursus ea
que timentur tamquam mala. iniciunt formidinem mentibus. et illas
non aliter quam animalia species pericli agitant. Vtraque ergo res sine causa
animum et diffundit et mordet. Nec illa gaudio. nec ista metu digna
est. Sola ratio inmutabilis et iudicii tenax est. Non enim seruit sed
imperat sensibus. Ratio rationi par est. sicut rectum recto. Ergo
et uirtus non aliud quam recta ratio. Omnes uirtutes rationes sunt.
si recte sunt. Si recte sunt et pares sunt. Qualis ratio est. tales et
actiones sunt. Ergo omnes pares sunt. Nam cum similes rationi
sint. similes et inter se sunt. Pares autem actiones inter se esse di
co. quia recte sunt et honeste. Ceterum magna habebunt discrimi
na uariante materia. que modo latior est modo angustior. modo
illustris. modo ignobilis. modo ad multos pertinens modo ad pau
cos. In omnibus tamen istis id quod optimum est par est. Honeste
sunt. tamquam uiri boni omnes pares sunt. quia boni sunt. Sed habent
differentias etatis. Alius senior. alius iunior. habent corporis. Ali
us formosus. alius deformis est. habent fortune. ille diues. hic pau
per est. ille gratiosus. potens. urbibus notus et populis. ignotus hic
plerisque et obscurus. Sed per illud quod boni sunt. pares sunt. De
bonis ac malis sensualitas non iudicat. quid utile sit. quid inutile
ignorat. non potest ferre sententiam. nisi in rem presentem induc

tus. nec futuri prouidus est nec preteriti memor. quid sit consequẽs
nescit. Ex hoc autẽ rerũ ordo seriesq; contexitur. et unitas uite per
rectum itura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorũ. aliena et
externa pro uilibus habet. et ea que neq; bona sunt neq; mala. acces
siones minimas ac leuissimas iudicat. Omne enim illi bonũ in ani
mo est. Ceterũ bona quedam prima existimat. atq; ex proposito ueni
-ũt. tanq̃ uictoriam. bonos liberos. salutem patrie. quedam secũda.
que non apparent nisi in rebus aduersis. tanq̃ equo animo pati mor
bum magnũ exilium. quedam media que nichilo magis secundũ
naturam sunt. q̃ contra naturã. tanq̃ prudenter ambulare. com
posite sedere. Non enĩ minus secundum naturã est sedere. q̃ stare
aut ambulare. Duo illa superiora bona diuersa sunt. Prima enim
secundum naturã sunt. gaudere liberorũ pietate. patrie incolu
mitate. Secunda contra naturã sunt. fortiter obstare tormentis. et
sitim perpeti. morbo urente precordia. Quid ergo? Aliquid con
tra bonũ est? Minime. Sed id aliquando contra naturam est. in
quo bonum illud existit. Vulnerari enim et subiecto igne tabescere.
et aduersa ualitudine affligi. contra naturam est. sed inter ista
animũ seruare infatigabilem. secundũ naturam est. Et ut quod
uolo exprimam breuiter. materia boni aliquando contra naturam.
bonũ nunq̃. quoniam bonũ sine ratione nullum est. sequitur autẽ
ratio naturam. Quid ergo est ratio? Nature imitatio. quod est
sũmũ hominis bonum. ex nature uoluntate se gerere. Non est in
quit dubiũ. quin felicior pax sit nunq̃ lacessita. q̃ multo reparata
sanguine. Non est dubiũ inquit. quin felicior res sit inconcussa ua
litudo. q̃ ex grauibus morbis et extrema minitantibus in tutũ ui
quadam patientie ducta. Eodem modo non erit dubiũ. quin ma
ius bonũ sit gaudium. q̃ obnoxius animus ad perpetiendos cruci
atus uulnerũ aut ignium. Illa enim que fortuita sunt. plurimũ
discriminis recipiunt. Estimantur enim utilitate sumentium.
Bonorũ. unum propositum est. consentire nature. hoc contingere
in omnibus par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur.
non potest dici. ille magis assentitur q̃ ille. Ab omnibus ĩ eandem

sententiam itur· Idem de uirtutibus dico· omnes uirtutibus assentiun
tur· Idem de bonis dico· omnia nature assentiuntur· Alter adolescens
decessit· alter senex· aliquis preter hos infans· cui nichil amplius conti
git q̄ perspicere uitam· Omnes hi ęque fuere mortales· etiam si mors
aliorum longius uitam passa est procedere· aliorum in medio flore
precidit· aliorum interrumpit ipsa principia· Alius inter cenandū
solutus est· alterius continuata mors somno est· aliquem concubitus
extinxit· his appono ferro transfossos· aut exanimatos serpentium
morsu· aut ruina fractos· aut per longam neruorū contractionē ex
tortos minutatim· Aliquorū melior dici· aliquorū peior potest exitus·
Mors quidem omnium par est· per quę ueniunt diuersa sunt· id in
quod desinūt unū est· Mors nulla maior aut minor est· habet enī
eundem in omnibus modum finisse uitam· Idem tibi de bonis dico·
hoc bonū inter meras uoluptates est· hoc inter tristia et acerba· Il
lud fortune indulgentia rexit· hoc uiolentia domuit· Vtrumq; ę
que bonū est· q̄uis illud plana emolluerit· hoc aspera· Idem finis
omnium est· Bona sunt· laudanda sunt· uirtutem rationemq; co
mitantur· Virtus ęquat inter se quicquid agnoscet· nec est quare
hoc inter nostra placita mireris· Apud Epicurū duo bona sunt· ex qui
bus sūmū illud beatumq; componitur· ut corpus sine dolore sit· ani
mus sine perturbatione· Hęc bona non crescunt si plena sunt· Quo
enim crescet quod plenum est· Dolore corpus caret· quid ad hanc
accedere indolentiam potest· Animus constat sibi et placidus est·
Quid accedere ad hanc tranquillitatem potest· Quemadmodū
serenitas cęli non recipit maiorem adhuc claritatem in sincerissimū
nitorem repurgata· sic hominis corpus animūq; curantis et bonū suū
ex utroq; nectentis perfectus est status· et sūmam uoti sui inuenit· si
nec estus animo est· nec dolor corpori· Siqua extra blandimenta cō
tingunt· non augent sūmum bonum· sed ut ita dicam condiunt
et oblectant· Absolutum enim illud humane nature bonū· corporis
et animi pace contentū est· Dabo apud Epicurum tibi etiam nūc
simillimā huic nostrę diuisionem bonorum· Alia enī sunt apud eū
quę malit contingere sibi· ut corporis quietem ab omni īcommodo

liberam. et animi remissionem bonorum suorũ contemplatione ga
udentis. alia sunt. que quis nolit accidere. nichilominus laudat et
comprobat. tanq̃ illam quam pauloante dicebam male ualitudinis
et dolorum grauissimorum perpessionem. ĩ qua epicurus fuit illo
sũmo ac fortunatissimo die suo. Ait enĩ se uesice et exulcerati uẽtris
tormenta tolerare. ulteriorem doloris accessionẽ non recipientia.
esse nichilominus sibi illum beatum diem. Beatum autem agere ni
si qui est in sũmo bono non potest. Ergo et apud epicurum sunt hec
bona. que malles nõ experiri. Sed quia ita rettulit. et amplexanda
et laudanda et exequanda sũmis sunt. Non potest dici hoc non esse
par maximis bonis. quod beate uitę clausulam imposuit. cui epicu
rus extrema uoce gratias egit. Permitte michi lucili uirorũ optime
aliquid audacius dicere. Si ulla bona maiora esse aliis possent. hec ego
que tristia uidentur. mollibus illis et delicatis pretulissem. Maius
est enĩ difficilia perfringere. q̃ leta moderari. Eadem ratione fit
scio. ut aliquis felicitatem bene et ut calamitatem fortiter ferat.
Æque esse fortis potest. qui pro uallo securus excubuit. nullis hostibus
castra temptantibus. et qui succisis poplitibus. in genua se excepit. nec
arma dimisit. Macte uirtute esto. sanguinolentis et ex acie redeun
tibus dicitur. Itaq; hec magis laudauerim bona exercitata et fortia
et cum fortuna rixata. Ergo non dubito quin magis laudem trun
cam illam et retorridam manũ Mutii. q̃ cuius libet fortissimi saluã.
Stetit hostium flamarũq; contẽptor. et manũ suã in hostili foculo
distillantem prospectauit. donec Porsenna cuius penę fauebat glo
rię inuidit. et ignem inuito eripi iussit. hoc bonũ quidni inter pri
ma numerem. tanto q; maius putẽ. q̃ illa secura et intentata for
tunę. q̃to rarius est hostem amissa manu uicisse q̃ armata. Quid
ergo inquis. hoc bonũ tibi optabis. Quidni. hoc enim nisi qui
potest et optare. non potest facere. An potius optem ut laxandos
articulos exoletis meis porrigã. ut muliercula. aut aliquis in mu
lierculam ex uiro uersus digitulos meos ducat. Quidni ego feli
ciorem putem mutiũ qui sic tractauit ignẽ. quasi illam manum
tractatori prestitisset. In integrum restituit quicquid errauerat.

Confecit bellum inermis et mancus et illa manu trunca reges duos uicit. Val.

·LXVII·

Quomodo bonū sit optabile.

Ita cōmunibus initium faciam uer aperire se cepit. sed iam inclinatum in estatem quo tempore calere debebat. intepuit. Nec adhuc illi fides est. Sepe enim in hiemē reuoluitur. Vis scire q̄ dubium adhuc sit? Nondum me cōmitto frigido ueri. Adhuc rigor est eius in frigore. hoc est inquis nec calidum nec frigidū pati. Ita est mi lucili. iam etas mea contenta est suo frigore. Vix regebatur estate media. Itaq; maior pars in uestimentis tegitur. Ago gratias senectuti q̄ me lectulo affixit. Quidni gratias illi hoc nomine agam? Quicquid debebam nolle. non possum. Cum libellis michi plurimus sermo est. Siquando interuenerunt epistole tue. tecum esse michi uideor. et sic afficior animo tanq̄ tibi non rescribam. sed respondeam. Itaq; et de hoc quod queris. quasi colloquar tecum quale sit una scrutabimur. Queris an omne bonū optabile sit. Si bonum inquis est fortiter torqueri. et magno animo uri et patienter egrotare. sequitur ut ista optabilia sint. Nichil autem est ex istis uoto dignū. Neminem certe adhuc scio eo nomine uota soluisse. q̄ flagellis cesus esset. aut podagra distortus. aut eculeo longior factus. Distingue mi lucili ista. et intelliges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse michi uelim. sed si sustinenda fuerint ut me in illis fortiter honeste et animose geram optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? Sed si inciderit. ut uulnera ut famem. et omnia que bellorū necessitas affert. generose feram optabo. Nō sū demens ut egrotare cupiam. sed si egrotandum fuerit. ut nichil intemperanter. nichil effeminate faciam optabo. Ita non incommoda optabilia sunt. sed uirtus. qua preferuntur īcommoda. Quidam ex nostris existimant omnium nostrorū fortem tolerantiam non esse optabilem. sed ne abhominandam quidem. quia uoto purum bonū peti debet et tranquillū et extra molestiam positū. Ego dissentio. Quare? Primū quia fieri non potest. ut aliqua res bona quidem sit. si optabilis non sit. Deinde uirtus si optabilis est. nullū autem sine uirtute bonū. et omne bonū optabile est. Deinde etiam

si tormentorū fortis patientia optabilis est. etiam nunc interrogo
anne fortitudo optabilis est. At qui pericula contemnit et prouo
cat. pulcherrima pars eius maximeq; mirabilis illa est. non cedere
ignibus. obuiam ire uulneribus. interdum tela ne uitare quidem.
sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est. et tormenta patien
ter ferre optabile est. Nec tamen ideo solūmodo ferre tormenta
optabile est. hoc enim fortitudinis pars est. sed separa ista ut dixi.
nichil erit quod tibi faciat errorem. non enim pati tormenta op
tabile est. sed pati fortiter. Illud opto fortiter. quod est iustū. Quis
tamen unq̄ hoc sibi optabit? Quedam uota apta et professa sūt.
cū particulatim fiunt. quedam latent cum uno uoto sunt compre
hensa multa. tanq̄ opto michi uitam honestam. Vita autē hone
sta. actionibus uariis constat. In hac est reguli arca. catonis scissū
manu sua uulnus. rutilii exilium. calix uenenatus qui socratem
e carcere transtulit in celum. Ita cum optaui michi uitam honestā
et hec optaui. sine quibus interdum honesta non potest esse. O terq;
quaterq; beati. Quis ante ora patrū troie sub menibus altis Conti
git oppetere. Quid interest. optes hoc alicui. an optabile fuisse fate
aris? Decius se pro r. p. deuouit. et in medios equo concitato ho
stes mortem petens irruit. Alter post hec paterne uirtutis emulus
conceptis familiaribus ac iam solennibus uerbis in aciem confertis
simam incurrit. de hoc sollicitus tantū ut litaret. Optabilem rem
putas. bonam mortem? Dubitas ergo an optimū sit memorabile
mori. et in aliquo opere uirtutis? Cum aliquis tormenta fortiter
patitur. omnibus uirtutibus utitur. fortasse cum una in promptu
sit. et maxime appareat patientia. Ceterum illic est fortitudo.
cuius patientia et perpessio et tolerantia rami sunt. Illic est pru
dentia sine qua nullum initur consilium. que suadet quod effu
gere non possis. q̄ fortissime ferre. Illic est constantia. que deici
loco non potest. nec propositum ulla ui extorquente dimittit. Il
lic est indiuiduus ille comitatus uirtutum. quo quicq̄d honeste
fit. una uirtus facit. sed ex consilii sententia. Quod autē ab omni
bus uirtutibus comprobatur. etiam si ab una fieri uidetur. optabile

est· Quid tu existimas ea tantum optabilia esse quę per uoluptatē
et ocium ueniunt· quę excipiuntur foribus ornatis. Sunt quedam
tristes uoluptates bona· sunt quedam uota que non gratulantiū cętu
sed adorantium uenerantiumq; celebrantur· Ita tu non putas regu
lum optasse ut ad penos perueniret. Indue magni uiri animum·
et ab opinionibus uulgi secede paulisper· Cape quantam debes uir
tutis pulcherrimę ac magnificentissime speciem· que nobis non ture
non sertis· sed sudore et sanguine colenda est· Aspice marcū catonē
sacro illi pectori purissimas manus admouentem· et uulnera demissa
laxantem· Vtrum tandem illi dicturus es. uellem que uelles et mo
leste fero an feliciter quid agis· Hoc michi loco Demetrius noster
occurrit. qui uitam securam et sine ullis fortunę occursionibus ma
re mortuum uocat· Nichil habere ad quod te concites· ad quod ex
citeris· cuius denuntiatione et incursu firmitatem animi tui ten
tes· sed in ocio inconcusso iacere. non tranquillitas sed malicia est·
Attalus stoicus dicere solebat· malo me fortuna in castris suis q̄ in
delicijs habeat· Torqueor· sed fortiter. bene est· Occidor· sed forti
ter. bene est· Audi epicurū· dicet. et dulce est· Ego tam honestę rei
ac seuerę. nunq̄ molle nomen imponam· Vror. sed inuictus· quidni
hoc optabile sit. Nō quod urit me ignis. sed q̄ non uincat· Nichil
est uirtute prestantius· nil pulchrius· et bonū est et optabile quicq̄d
ex huius geritur imperio· Val̄

· LXVIII ·

Quomodo colendū sit ociū et q̄d i eo uitandū.

Consilio tuo accede· Absconde te in ocio· sed et ipsum ociū ab
sconde· Hoc te facturum stoicorum etiam sine precepto· at
exemplo licet scias· sed ex precepto quoq; facias· et tibi etiam
cum voles approbabis· Nec ad omnem rem· p· mittimur· nec semper·
nec sine ullo fine· Preterea cum sapienti rem publicam dedimus ipso
dignam· idest mundum· non est extra rem. p. etiam si recesserit. imo
fortasse relicto uno angulo in maiora atq; ampliora transit. et cęlo
impositus intelligit. cum sellam aut tribunal ascenderet. q̄ humili
loco sederet· Depone hoc apud te· nunq̄ plus agere sapientem q̄ cum
in conspectu eius diuina atq; humana uenerunt· Nunc ad illud re
uertor quod suadere tibi ceperam· ut ocium tuum ignotum sit··

Non est q' inscribas tibi philosophiam. atq; etiam aliud proposito tuo
nomen impone· Valitudinem et imbecillitatē uocato et desidiam·
Gloriari ocio iners ambitio est· Animalia quedam ne inueniri possīt
uestigia sua circa ipsum cubile confundunt· Idem tibi faciendum est·
Alioquin non deerunt qui persequantur· Multi aperta transeunt. cō
dita et obstrusa rimantur· Fures signata solicitant· Vile uidetur
quicquid patet· Aperta effractarius preterit· hos mores habet popu
lus· hos imperitissimus quisq; in secreta irrumpere cupit· Optimū
itaq; est iactare ocium suū· Iactandi genus est nimis latere. et a
conspectu hominū secedere· Ille tarentū se abdidit· ille neapolim
clusus est· ille multis annis non transijt domus sue limen· Cōuocat
turbam. quisquis ocio suo aliquam fabulam imposuit· Cum seces
seris non est agendū hoc ut de te sentiant homines et loquantur.
sed ut ipse tecum loquaris· Quid autem loqueris? Quod homines
de alijs libentissime faciunt. de te apud te male existima· assuesces
et dicere uerum et audire· Id autem maxime tracta quod in te in
firmissimū esse senties· Nota habet quisq; corporis sui uitia· Itaq; a
lius uomitu leuat stomachum· alius frequenti cibo fulcit· alius inter
posito ieiunio corpus exhaurit et purgat· Quorū pedes dolor repe
tit· aut uino aut balneo abstinent· in cetera negligentes. huic a
quo sepe infestantur occurrunt. sic in animo nostro sunt quasi ca
usarie partes. quibus adhibenda curatio est· Quid in ocio facio?
Vlcus meum curo· Si ostenderem pedem turgidum· liuidā manū.
aut contracti cruris aridos neruos. permitteres michi uno loco
iacere. et fouere morbum meum· Maius malum est hoc q' nō possū
tibi ostendere· in pectore meo collectio et uomica est· Nolo nolo la
udes. nolo dicas. O magnum uirū. contempsit omnia. et damna
tis humane uite furoribus fugit· Nichil damnaui nisi me· Non
est q' proficiendi causā ad me uenire uelis· Erras qui hinc aliquid
auxilij speras· Non medicus sed eger hic habitat· Malo illa cum
discesseris dicas· Ego istum beatum hominē putabam et eruditū.
Erexeram aures. destitutus sum· nichil uidi· nichil audiui· quod
concupiscerem ad quod reuerterer· Si hoc sentis si hoc loqueris.

aliquid profectum est. Malo ignoscas ocio meo. q̄ inuideas. Ocium
inquis seneca cōmendas michi. Ad epicureas uoces dilaberis. Ociū
tibi commendo in quo maiora agas. et pulchriora q̄ reliquisti. Pul
sare superbas potentiorum fores. digerere in litteram senes orbos.
plurimū in foro posse. inuidiosa potentia est et breuis. et si uerum
estimas sordida. Ille me gratia forensi longe antecedit. ille stipen
dys militaribus et quesita ꝑ hoc dignitate. ille clientium turba.
Est tanti ab hominibus uinci. dum a me fortuna uincatur. Cu
ius turbe par esse non possum plus habet gratie. Vtinam quidē
hoc propositum sequi animus fuisset olim. Vtinam de uita bea
ta non in conspectu mortis ageremus. Sed nūc quoq; non mora
mur. Multa enim que superuacua esse et inimica credituri nō
eramus rationi. nūc experientie credimus. Quod facere solent
qui serius exeunt. et uolunt tempus celeritate reparare. calcar
addamus. Hec etas optime facit ad hec studia. iam disputauit.
iam uitia primo feruore adolescentie indomita lassauit. non
multū superest ut extinguat. Et quando inquis proderit istud
quod in exitu discas. aut in qua re. In hanc ut exeam melior.
Non est tamen quod existimes ullam etatem aptiorem esse ad bonā
mentem. q̄ que se multis experimentis longa ac frequenti rerū
penitentia domuit. que ad salutaria mitigatis affectibus uenit.
hoc est huius boni tempus. Quisquis senex ad sapientiā perue
nit. annis peruenit. Val.

·lxviii·

De uana loci mutatione uitāda
et redimēda tp̄is breuitate.

MVtare te loca. et in alium de alio transire nolo. Primū
quia tam frequens migratio instabilis animi est. Coale
scere ocio non potest. nisi desiit circūspicere et errare. Vt
animū possis continere. primū corporis tui fugam siste. deinde
plurimū remedia continuata proficiunt. Interrumpenda non
est quies. et uite prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos sine au
res assuescere sanioribus uerbis. Quotiens processeris in ipso tran
situ aliqua que renouent cupiditates tuas. tibi occurrent. Quem
admodum ei qui amorem exuere conantur. euitanda est omnis
admonitio dilecti corporis. nichil enim facilius q̄ amor recrude

scit. ita qui deponere uult desideria rerum omnium quarū cupi
ditate flagrauit. et oculos et aures ab his que reliquit auertat. Ci
to rebellat affectus quocumq; se uerterit. pretium aliquod presens
occupationis sue inueniet. Nullum sine auctoramento malū est.
Auaritia pecuniam promittit. luxuria multas ac uarias uoluptates.
ambitio purpuram et plausum. et ex hoc potentiam et quicquid
potentia potest. Mercede te uitia sollicitant. Hic tibi gratis uiuen
dum est. Vix effici toto seculo potest. ut uitia tam longa licentia
tumida subigantur et iugum accipiant. nedum si tam breue tē
pus per interuallum diuidimus. Vnam quālibet rem uix ad per
fectum perducat assidua uigilia et intentio. Si me uelis audire
hoc meditare. exerce te ut mortem et excipias. et si ita res suade
bit accersas. Nichil interest illa ad nos ueniat. an ad illam nos. Il
lud imperitissimi cuiusq; uerbū falsum esse tibi ipse persuade. Bel
la res est mori sua morte. Illud preterea tecum licet cogites. Nemo
nisi suo die moritur. Nichil perdis ex illo tempore. Nam quod re
linquis alienum est. Val.

·lxx·

Quomodo īmature mortis stul
ta querela sit. et sera mors
qñ poccupanda sit qñ differen
da.

Post longa interualla pompeios tuos uidi. In conspectū ado
lescentie mee reductus sum. Quicquid illic iuuenis fece
ram uidebar michi facere adhuc posse. et paulo ante fecis
se. Prenauigauimus lucili uitam. Et queadmodum in mari ut
ait uirgilius noster. terreq; urbesq; recedunt. sic in occursum rapi
dissimi temporis primū pueritiam abscondimus. deinde adole
scentiam. deinde quicquid est illud inter iuuenem et senē me
dium in utriusq; confinio positum. deinde ipsius senectutis op
timos annos. Nouissime incipit se ostendere generis humani finis.
Scopulum esse illud putamus dementissimi. scopulus est aliquādo
petendus. nunq̄ recusandus. In quem siquis intra primos annos
delatus est. non magis queri debet q̄ qui cito nauigauit. Aliū eni
ut scis uenti segnes ludunt ac detinent. et tranquillitatis lenissi
me tedia lassant. alium pertinax flatus celerrime perfert. Idem
euenire nobis puta. Alios uita uelocissime adduxit quo ueniendū
erat. et iam illis cunctantibus. alios macerauit et coxit. Que ut

sas non semp retinenda est. Non enim uiuere bonum est. sed bene
uiuere. Itaq; sapiens uiuit quantū debet. non quantum potest. Vi
debit ubi uicturus sit. cum quibus. quomodo. quid acturus. Cogitat
semp qualis uita. non quanta sit. Si simulata occurrunt molesta.
et tranquillitatem turbantia. emittit se. Nec hoc tantū in necessi
tate ultima facit. sed cum primū illi cepit suspecta esse fortuna.
diligenter circūspicit. nunquid illo desinendum sit. Nichil exi
stimat sua referre. faciat finem an accipiat. tardius fiat. an citi
us. non tanq̄ de magno detrimento timet. Nemo multū ex stilli
cidio potest perdere. Ocius mori aut tardius ad rem non pertinet.
Bene mori aut male ad rem pertinet. Bene autem mori est effu
gere male uiuendi periculum. Itaq; effeminatissimā uocē illius
rhodij existimo. qui cū in caueam coniectus esset a tyranno et
tanq̄ ferū aliquod animal aleretur. suadenti cuidam ut absti
neret cibo. omnia inquit homini dū uiuit speranda sunt. Ut
sit hoc uerū. non omni precio uita emenda est. Quedam licet
magna. licet certa sint. tamen ad illa turpi infirmitatis confessi
one non ueniam. Ego cogitem in eo qui uiuit omnia posse potius
fortunam. q̄ cogitem in eo qui scit mori. nichil posse fortunam?
Aliquando tamen etiam si certa mors instabit. et destinatū sibi
supplicium sciet. non cōmodabit penę suę manū. Si ibi cōmoda
ret stultitia esset. Stulticia est timore mortis mori. Venit qui
occidat. expecta. quid occupas? Quare suscipis alienę crudelita
tis occupationē? Utrū inuides carnifici tuo an parcis? Socra
tes potuit abstinentia finire uitam. et inedia potius q̄ ueneno
mori. Triginta tamen dies in carcere et expectatione mortis ex
egit. Non hoc animo. tanq̄ omnia fieri possent. tanq̄ multas
spes tam longū tempus reciperet. sed ut preberet se legibus. ut
fruendum amicis extremū socratem daret. Quid erat stultius
q̄ mortem contemnere. uenenū timere? Scribonia grauis fe
mina. amita drusilli boni fuit adolescentis. tam solidi q̄ nobilis.
maiora sperantis. q̄ illo seculo quisq̄ sperare posset. aut ipse illo.
cum eger ad senatum in lectica relatus esset. non sane frequen

tibus exequijs. omnes enim eū necessarij deseruerant. impie iā
non ut rei. sed Firmus cepit habere consilium. utrum conscisceret mor
tem an expectaret. Cui scribonia. quid te inquit delectat alienū
negocium agere. Non persuasit illi. Manum sibi intulit. nec si
ne causa. Nam post diem tertium uel quartum inimici moritu
rus arbitrio. si uiuit alienū negocium agit. Non possis itaq; de re
in uniuersum pronuntiare. cum mortem uis externa denuntiat.
occupanda sit an expectanda. Multa enī sunt que in utranq; par
tem trahere possunt. si altera mors cum tormento. altera simplex
et facilis est. Quidni huic inicienda sit manus. Quemadmodū
nauem eligam nauigaturus. et domū habitaturus. sic mortis ge
nus eligam exiturus e uita. Preterea quemadmodū non utiq;
longior est melior uita. sic peior est utiq; mors longior. In nulla
re magis q̄ in morte morem animo gerere debemus. Exeat quo
impetu cepit. siue ferrū appetit. siue laqueū. siue aliquā potionē
uenas occupantem. pergat et uincula seruitutis abrumpat. Vi
tam et alijs approbare quisq; debet. mortem sibi optimam que pla
cet. Stulti hec est cogitatio. Aliquis dicat me parū fortiter fecisse.
aliquis nimis temere. aliquis fuisse aliquod genus mortis animo
sius. Vis tu cogitare id in manibus esse consilium ad quod fama
non pertinet. hoc unū intuere ut te fortune q̄ celerrime eripi
as. alioquin aderunt qui de facto tuo male existiment. Inuenies
etiam professos sapientiam. qui uite sue uim afferendā negent.
et nefas iudicent ipsū interēptorem sui fieri. expectandum esse
exitum quem natura decreuit. hoc qui dicit nō uidet se liber
tatis uiam cludere. Nichil melius eterna lex fecit. q̄ ꝙ unum
introitum nobis ad uitam dedit. exitus multos. Ego expectem uel
morbi crudelitatem uel hominis. cū possim per media exire tor
menta. et aduersa discutere. hoc est unū cur de uita nō possu
mus queri. Neminē tenet. Bono loco res humane sunt. ꝙ nemo
nisi uitio suo miser est. Placet. uiue. Non placet. licet eo re
uerti unde uenisti. Vt dolorem capitis leuares sanguinē sepe
emisisti. Ad extenuandum corpus uena percutitur. Non opus uasto

uulnere diuidere precordia. scalpello aperiuntur. Ad illam ma
gnam libertatem. uia et securitas puncto constat. Quid ergo est
quod nos pigros facit inertesque? Nemo nostrum cogitat. quandoque
sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic ueteres inquilinos indulgen
tia loci. coquina et consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis
aduersus hoc corpus liber esse? Tamquam migraturus habita. pro
pone tibi quandoque hoc contubernio carendum. fortior eris ad
necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis ueniet in men
tem. omnia sine fine concupiscenti? Nullius rei meditatio tam
necessaria est. Ad alia enim fortasse exercemur in superuacuum.
Aduersus paupertatem preparatus est animus. permansere diuitie.
Ad contemptum doloris nos armauimus. numquam a nobis exiget huius
uirtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis. Ut fortiter
amissorum desideria pateremur precepimus nobis. omnes quos a
mabamus superstites fortuna seruauit. huius unius rei usum
qui exigat. dies ueniet. Non est quod existimes magnis tantum uiris
hoc robur fuisse. quo seruitutis humane claustra perrumperent.
Non est quod iudices hoc fieri nisi a Catone non posse. qui quam ferro non
emiserat animam manu extraxit. cum uilissime sortis homines in
genti impetu in tutum euaserint. cumque quomodo uoluerant mori
non licuisset. nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere.
obuia que rapuerunt. et que natura non erant noxia ui sua tela
fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e germanis cum ad
matutina spectacula pararetur. secessit ad exonerandum corpus.
Nullum aliud sibi dabatur sine custode secretum. Ibi lignum id
quod ad emundanda obscena adherente spongia positum est.
totum in gulam farsit. et in pclusis faucibus spiritum elisit. hoc
fuit morti contumeliam facere. Ita prorsus. parum pulchre.
parum munde. et parum decenter. Quid est stultius quam fastidi
ose mori? O uirum fortem. o dignum cui fati daretur electio.
quam fortiter ille gladio usus esset? quam animose in profundam se ma
ris altitudinem aut abscise rupis inmisisset. undique destitutus.
inuenit quemadmodum et mortem sibi deberet et telum.

ut scias ad moriendum nichil aliud in mora esse q̄ uelle. Existi
metur de facto hominis acerrimi. ut cuiq; uisum erit. dum hoc
constet. preferendam esse spurcissimā mortem seruituti mun
dissime. Quoniam cepi sordidis uti exemplis. perseuerabo. Plus
enī a se quisq; exiget. si uiderit hanc rem etiam a contēptissimis
posse contemni. Catones scipionesq; et alios quos audire cū ad
miratione consueuimus. supra imitationē positos putamus. Jā
ego istam uirtutē habere tam multa exempla in ludo bestiario
q̄ in ducibus belli ciuilis ostendam. Cū adueheretur nup inter
custodias quidam ad matutinū spectaculū missus. tanq̄ somno
premente nutaret caput usq; eo dimisit. donec radiis insereret.
et tā diu se in sedili suo tenuit. donec ceruicē circūactu rotę fra
geret. Eodem uehiculo quo ad penā ferebatur. effugit. Nichil ob
stat erumpere et exire cupienti. Jn aperto nos natura custodit.
cui permittit necessitas sua circūspiciat exitū mollem. Cui ad ma
num plura sunt. per que se se asserat. is delectum habeat. et q̄ po
tissimū liberetur consideret uiam. Cui difficilis occasio est. is pro
ximam quanq; pro optima arripiat. Sit licet inaudita. sit noua.
non deerit ad mortē ingeniū. cui non defuerit animus. Vides
quēadmodū extrema quoq; mancipia. ubi illis stimulos adegit do
lor. excitentur. et intentissimas custodias fallant. Jlle uir ma
gnus est. qui mortē sibi non tantū imperauit sed inuenit. Ex
eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo nauma
chie spectaculo unus e barbaris lanceam quam in aduersarios
acceperat. totam iugulo suo mersit. Quare inquis non omne
tormentū. omne ludibrium iam dudū effugit? Quare ergo
armatus mortē expectauit? Tanto hoc speciosius spectaculum
fuit. q̄to honestius mori discunt homines q̄ occidere. Quid ergo?
quid animi perditi quoq; ac noxii habent. nō habebunt illi quos
aduersus hos casus instruxit longa meditatio. et magistra rerū
omniū ratio? Jlla nos docet fati uarios esse accessus. finē eundē.
Nichil autē interesse unde incipiat q̄d uenit. eadem illa ratio
monet. ut si licet moriaris sine dolore. sin autem non potes

fic quemadmodũ potes. et quicqd obuenerit ad uim afferendam
tibi inuadas. Iniuriosum est rapto uiuere. at contra pulcherrimũ
mori rapto. Val.

·L xxi·

De consilio ex sũma uite capiẽ do. et quomodo mors honesta res sit. De fortitudine animi et de profectu phi.

at tu bene

Subinde me de rebus singulis consulis. oblitus uasto nos ma
ri diuidi. Cũ magna pars consilij sit in tempore necesse est
euenire. ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur se
tentia mea. cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus
aptantur. res nostre feruntur imo uoluuntur. Ergo consiliũ na
sci sub diem debet. et hoc quoq; tardum est nimis. sub manũ quoq;.
Sub manu quod aiunt nascatur. Quemadmodum autẽ inuenia
tur ostendam. Quotiens quid fugiendum sit aut quid petendũ
uoles scire. ad sũmũ bonũ et propositũ totius uite tue respice. Il
li enĩ consentire debet quicquid agimus. Non disponet singula ni
si cum iam uite sue sũma proposita est. Nemo q̃uis paratos habe
at colores similitudinẽ reddet. nisi iam constet quid uelit pinge
re. Ideo peccamus quia de partibus uite om̃es deliberamus. de to
ta nemo. Scire debet quid petat ille qui sagittam uult mittere.
et tunc dirigere et moderari manu telum. Errant consilia no
stra. quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum
petat. nullus suus uentus est. Necesse est multũ in uita nostra ca
sus possit. quia uiuimus casu. Quibusdam autẽ euenit. ut que¦scia[n]t
scire se nesciant. quemadmodũ querimus sepe eos cum quibus sta
mus. Ita plerunq; finem sũmi boni ignoramus appositũ. nec mul
tis uerbis. nec circuitu longo quod sit sũmũ bonũ colligis. Digito ut
ita dicam demonstrandum est. nec in multa spargendũ. Quid
enĩ ad rem pertinet in particulas illud diducere. cũ possis dicere
sũmũ bonũ est quod honestum est. Et quod mage admireris. u
nũ bonum est quod honestum est. Cetera falsa et adulterina bo
na sunt. Hoc si persuaseris tibi. et uirtutẽ adamaueris. amare e
nim parũ est. quicquid illa contigerit. id tibi qualecunq; alijs ui
debitur. faustum felix q; erit. Et torqueri si modo iacueris ipso tor
quente securior. et egrotare si non male dixeris fortune. si non
cesseris morbo. Omnia denique que ceteris uidentur mala. et mã

suescent et in bonū abibunt. si sup hec eminueris. hoc liqueat ni
chil esse bonum nisi honestum. et omnia incōmoda suo iure bona
uocabuntur. que modo uirtus honestauerit. Multis uidemur
maiora promittere q̄ recipit humana condicio. Non inmerito. Ad
corpus enī respiciunt. Reuertantur ad animū. iam hominē deo
metientur. Erige te lucili uirorum optime. et relinque illū lu
dū litterarum philosophorū qui rem magnificentissimam ad syl
labas uocant. qui animū minuta docendo demittunt et conterūt.
fies similis illis qui inuenerunt ista. non qui docent. et id agunt ut
philosophia potius difficilis q̄ magna uideatur. Socrates qui totam
philosophiam reuocauit ad mores. et hanc sūmam dixit esse sapien
tiam. bona a malis distinguere. sequere inquit illos si quid apud te
habeo autoritatis. ut sis beatus. et te alicui stultum uideri sine.
Quisq; uolet tibi contumeliam faciat et iniuriam. tu tamen ni
chil patieris. si modo tecū erit uirtus. Si uis inquit beatus esse. si
fide bona uir bonus. sine contemnat te aliquis. hoc nemo presta
bit nisi qui omnia bona exequauerit. quia nec bonū sine honesto
est. et honestum in omnibus par est. Quid ergo nichil interest in
ter preturam catonis et repulsam? Nichil interest utrum phar
salica acie cato uincatur an uincat. hoc eius bonū quo uictis par
tibus non potest uinci. par erit illi bono quo uictor rediret in pa
triam et componeret pacem. Quid ni par sit? Eadem enī uir
tute et mala fortuna uincitur. et ordinatur bona. Virtus autē
non potest maior aut minor fieri. Vnius stature est. Sed Caius
uel Pompeius amittet exercitum. sed illud pulcherrimū. r. p.
pretextū optimates et prima acies pompeianarū partium. sena
tus ferens arma uno prelio profligabuntur. et tam magni rui
na imperij in totum dissiliet orbem. Aliqua pars eius in egypto.
aliqua in africa. aliqua in hispania cadet. Ne hoc quidem misere
r. p. continget. semel et ruere. omnia licet fiant. iubam in re
gno suo. non locorū noticia adiuuet. non popularum pro rege
suo uirtus obstinatissima. uticensium quoq; fides malis fracta de
ficiat. et Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat. Olī

prouisum est. ne quid Cato detrimenti caperet· Victus est tamen·
Et hoc numera inter repulsas catonis· Tam magno animo fert si
bi aliquid ad uictoriam q̄ ad preturam obstitisse· Quo die repul
sus est lusit. qua nocte periturus fuit. legit· Eodem loco habuit
pretura et uita excedere· Omnia que accederent ferenda esse
persuaserat sibi· Quidni ille mutationem· r. p. forti et animo
equo pateretur·~ Quid enī mutationis periculo exceptū? Nō
terra. non celum. non totus hic rerum omniū contextus. q̄uis
deo agente ducatur. non semper tenebit hūc ordinem. sed illū
ex hoc cursu aliquis dies eiciet· Certis eunt cuncta temporibus.
nasci habent. crescere. extingui· Quecumq; supra nos uides cur
rere. et hec quibus īmixti atq; impositi sumus ueluti solidissi
mis carpentur ac desinent· Nulli non senectus sua est· In equa
libus ista spatiis. Eodem natura dimittit· Quicquid est nō erit
nec peribit sed resoluetur· Nobis solui perire est· Proxima enī
intuemur· Ad ulteriora non prospicit mens hebes. et que se
corpori addixerit· Alioquin fortius finē sui suorūq; pateretur.
si speraret omnia illa sic uitam mortemq; per uices ire. et cō
posita dissolui. dissoluta componi. in hoc opere eternā artem
cuncta temperantis dei uerti· Itaq; ut Cato cū euū animo p
curreret dixit. omne humanū genus. quodq; est. quodq; erit.
morte damnatū est. Omnes que usq̄ rerū potiuntur urbes.
queq; alienorū imperiorū magna sunt decora. ubi fuerint
aliquando queretur. et uario exilii genere tollentur. et alias
destruent bella. alias desidia. paxq; ad inertiam uersa consu
met. et magnis opibus exitiosa res luxus· Omnes hos fertiles
campos repentina maris inundatio abscondet. aut in subitā
cauernā considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo qua
re indigner aut doleam. si exiguo momento publica fata pre
cedo? Magnus animus deo pareat. et quicquid lex uniuer
salis iubet sine cunctatione patiatur· aut ī meliorē emitti
tur uitam. lucidius tranquilliusq; inter diuina mansurus.
aut certe sine ullo futurus incōmodo. si nature remiscebit.

et reuertetur in totũ· Non est ergo marci catonis maius bonũ honesta uita. q̃ mors honesta. quoniã non intenditur uirtus· Idem dicebat socrates esse ueritatem et uirtutẽ· Quomodo illa non crescat· sic nec uirtus quidem· habet numeros suos. ple na est· Non est itaq; quod mireris paria esse bona. et que ex pro pȯsito sumenda sunt· Nam si hanc inequalitatẽ receperis. et fortiter torqueri in minoribus bonis numeres. numerabis etiã ĩ malis. et infelicem socratẽ dices in carcere. infelicem catonẽ uulnera sua animosius q̃ fecerat retractantẽ· calamitosissimũ omniũ regulũ fidei penas etiã hostibus seruate pendentem· Atqui nemo hoc dicere. ne ex mollissimis quidem ausus est· Ne gant enĩ illũ esse beatũ. sed tamen negant miserũ· Academici ueteres beatũ quidẽ esse etiam inter hos cruciatus fatentur. sed non ad perfectũ nec ad plenũ. quod nullo modo potest recipi· Be atitudo enĩ nisi in sũmo bono non est· Quod sũmũ bonũ est. su pra se gradum non habet. si modo uirtus inest illi· si illam aduer sa non minuunt. sed manet etiam cõminuto corpore incolumis. Manet autem· Virtutẽ enim intelligo animosam et excelsam. quã incitat quicquid infestat· hunc animũ quẽ sepe induunt generose indolis iuuenes. quos alicuius honestę rei pulchritudo percussit. ut omnia fortuita contemnant profecto sapientia ĩ fundet et tradet. ꝑsuadebit unũ bonũ esse quod honestũ. hoc nec remitti. nec intendi posse. non magis q̃ regulam qua rectũ probari solet flectes· Quicquid ex illa mutaueris. iniuria est recti· Idem ergo et de uirtute dicemus· Et hec recta est. flexu ram nõ recipit· rigida est. et quidem amplius intendi nõ po test· hec de omnibus rebus iudicat· de hac nulla· Si rectior ipsa non potest fieri. nec que ab illa fiunt quidem· alia aliis rec tiora sunt· Huic enim necesse est respondeant· Ita paria sũt· Quid ergo·˜ iacere inquit in conuiuio et torqueri paria sunt·˜ hoc mirũ uidetur tibi· Illud licet admireris· iacere ĩ cõuiuio malum est· torqueri in eculeo bonũ est· si illud turpiter hoc honeste fit· Bona ista uel malã non efficit materia. s; uirtus

Hec ubicumq; apparuit. omnia eiusdem sunt mensure ac precij.
In oculos nūc michi manus intentat ille qui omnium animū estimat ex
suo. q̄d dicam paria bona esse. aduersa fortiter portantis et prospe
ra honeste iudicantis? q̄d dicam bonum esse in eculeo iacere. q̄d di
cam paria bona esse eius qui triumphat. et eius qui ante currū
uehitur inuictus animo. Non putant enī fieri quicquid facere
non possunt. et ex infirmitate sua de uirtute ferunt sententiā.
Quid miraris si uri. si uulnerari. occidi. alligari iuuat? Aliquā
do etiam libet? Luxurioso frugalitas pena est. pigro supplicij lo
co labor est. delicatis miseria est continentia. desidioso studere
torqueri est. Eodem modo omnes eque imbecilli sumus. hec du
ra atq; intoleranda credimus. obliti q̄ multis tormentū sit uino
carere. aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura
sed nos fluidi et enerues. Magno animo de rebus magnis iudi
candum est. Alioquin uidebitur illarū uitium esse. quod nostrū
est. Sic quędam rectissima cum in aquā demissa sunt. speciem
curui prefractiq; uisentibus reddunt. Non tantū quid uideas
sed quemadmodū referat. Animus noster ad uera perspicienda
caligat. Da michi adolescentē incorruptum et ingenio uegetū.
dicet fortunatiorē sibi uideri qui omnia rerū aduersarū one
ra rigida ceruice sustollit. q̄ qui supra fortunam extat. Non
mirum est in tranquillitate non concuti. illud mirare. ibi extol
li aliquem ubi omnes deprimuntur. ibi stare. ubi omnes iacēt.
Quid est in tormentis. quid est ī alijs que aduersa appellamus
mali? hoc ut opinor. succidere mentē et incuruari et succum
bere. quorū nichil sapienti uiro poterit euenire. Stat rectus
sub quolibet pondere. nulla illum res minorē facit. nichil illi
eorū que ferenda sunt displicet. Nam quicquid cadere in ho
minē potest. in se cecidisse non queritur. Vires suas nouit. scit
se oneri ferendo aptum esse. Non educo sapientē ex hominū
numero. non dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullū sensum
admittente summoueo. Memini illum ex duabus partibus esse
compositum. Altera est irrationalis. hec mordetur. uritur. dolet.

Altera rationalis· hec inconcussas opiniones habet· intrepida est
et indomita est· In hac positum est illud sūmū hominis bonum·
Ante q̄ impleatur. incerta mentis uolutatio est· Cū uero perfectū
est. immota illa stabilitas est· Itaq; inchoans et ad sūma procedens.
cultorq; uirtutis· etiam si appropinquat perfecto bono· sed ei nōdū
sūmam manū imposuit. ibi interī cessabit. et remittet aliquid ex
intentione mētis· Nondum enim incerta transgressus est· etiam
nūc uersatur in lubrico· Beatus uero et uirtutis excocte tūc se
maxime amat. cū fortissima expertus est et metuenda ceteris·
Si alicuius honesti officij precia sunt. non tantū fert sed ample
xatur. multoq; audire mauult tanto melior q̄ felicior· Venio
nunc illō· quo me uocat expectatio tua· ne extra rerū naturam
uagari uirtus nostra uideatur· Et tremebit sapiens et dolebit
et expallescet· hi enī omnes corporis sunt sensus· Vbi origo ca
lamitatis· ubi illud malū uerum est? Illic scilicet. si ista animū
detrahunt· si ad confessionē seruitutis adducunt· si illi peniten
tiam sui faciunt· Sapiens quidē uincit fortunam uirtute· At
multi professi sapientiam. leuissimis non nunq̄ minis exterriti
sunt· hoc loco nostrū uitium est. qui idem de sapiente exigim⁹
et a proficiente· Suadeo adhuc michi ista que laudo· non dū
persuadeo· etiam si persuasissem. non dū tam parata haberem
aut tam exercitata ut ad omnes casus percurrerē· Quēadmo
dum lana quosdam colores semel ducit· quosdā nisi sepius ma
cerata et recocta non perbibit· sic alias disciplinas et ingenia
qui accepere protinus prestant· hec nisi alte descenderit et
diu sederit. et animū non colorauit sed infecit. nichil ex his
que promiserat prestat· Cito hoc potest tradi et paucissimis
uerbis· unū· unde bonū esse uirtutē. nullū certe sine uirtute. et ip
sam uirtutē in parte nostri meliore· idest rationali positam·
Quid erit hec uirtus? Iudicium uerum et īmotum· Ab hoc
enim impetus uenient mentis· Ab hoc omnes species que impe
tum mouent· Ad hoc redigetur ad liquidū· huic iudicio con
sentaneum erit. omnia que uirtute contacta sunt bona iudi

care· et inter se paria· Corporū autem bona corporibus quidē bona
sunt· sed in totū non bona sunt· his precium quidē erit aliquod. cete
rum dignitas non erit· Magnus inter se interuallis distabunt· alia
minora alia maiora erunt. et in ipsis sapientiam sectantibus ma
gna discrimina esse fateamur necesse est· Alius iam in tantū profe
cit. ut contra fortunam audeat attollere oculos. sed non pertinacit̄·
Cedunt enī nimio splendore perstricti· Alius in tantū ut possit cū
illa conferre uultū· Is iam peruenit ad sūmū. et fiducie plenus
est· Imperfecta necesse est labent. et modo prodeant. modo subla
bantur et succidant· Sublabentur autē. nisi ire et niti perseuera
uerint· Si quicq̄ e studio et fideli intentione laxauerint. retroe
undum est· Nemo profectū ibi inuenit ubi reliquerat· Instandū
est ubi proficiam· Instemus itaq; et pseueremus. plus q̄ profligaui
mus restat· Sed magna pars est profectus. uelle proficere· huius
rei conscius michi sum. uolo et mente tota uolo· Te quoq; instinctū
esse. et magno ad pulcherrima properare impetu uideo· Properem̄
Itaq; demū uita benificiū erit· Alioquin mora est. et quidē turpis
inter feda uersantibus· Id agamus ut nostrū omne tempus sit·
Non erit autē nisi prius nos nostri esse ceperimus· Quando conti
get contemnere utranq; naturam·? forte quando continget om
nibus oppressis affectibus et sub arbitrio suo adductis. hanc uocem
emittere: uici· Quē uicerim queris·? nō parthos. nec extrema
medorū. nec siquid ultra dachas bellicosum iacet· sed auaritiā·
sed ambitionē· sed metū mortis. qui uictores gentiū uicit· Val̄·

·Lxxii·

Q; exclusis occupationib' continuato studio philoso
phandū sit. et q; soli' sa
pientis sit ppetuū gaudiū·

Quod queris a me. liquebat michi· si rem edificarē per se·
Sed diu non retentaui memoriam meam· Itaq; non facile
me sequitur· Quod euenit libris situ coherentibus. hoc e
uenisse michi sentio· Explicandus est animus. et quecunq; apud
illum deposita sunt subinde excuti debent. ut parata sint quoti
ens usus exegerit· Ergo hoc in presentia differamus· Multū enim
operę. multū diligentię poscunt· Cum primū longiorem eodē
loco sperauero moram. tunc istud ī manus sumam· Quedam enī
sunt que possis et in esse scribere. quedam lectū et ocium secretū

desiderant · Nichil minus his quoq; his quoq; occupatis diebus aga
tur aliquid. et quidem totis · Nunq̄ enim non succedent occupatio
nes noue · Nos serimus illas · Itaq; ex una exeunt plures · deinde ipi
nobis dilationem damus · Cum hec peregero. toto animo incūbā ·
et si hanc rem composuero molestam. studio me dabo · Nā cum
uacaueris philosophandū est · omnia alia neglegenda ut huic assi
deamus. cui nullū tempus satis magnū est. etiam si a pueritia usq;
ad longissimos humani eui terminos uita producatur · Non mul
tum refert utrū omittas philosophiam. an intermittas · Non enī
ubi interrupta est manet · sed eorū more que intenta dissiliunt.
usq; ad initia sua recurrit. quod a continuatione discedit · Resistē
dum est occupationibus. nec explicande · sed summouende sunt ·
Tempus quidem nullū parū est idoneū studio salutari · Atqui mul
ti inter illa non student. propter que studendum est · Incide ali
quid quod impediat. nō quidē eum cuius animus in omni nego
cio letus atq; alacer est · Imperfecti adhuc interciditur letitia ·
Sapientis uero contexitur gaudium · nulla causa rumpitur · nul
la fortuna · semper et ubiq; tranquillū est · Non enī ex alieno
pendet · nec fauorem fortune aut hominis expectat · Domestica
illi felicitas est · Exiret ex animo si intraret · Ibi nascitur · Aliquā
do extrinsecus aliqua sunt īcōmoda. uelut in corpore interdū
robusto solidoq; eruptiones quedam pustularū et ulcuscula. nul
lum in alto malū est · hoc inq̄ interest inter consumate sapien
tie uirū. et alium procedentis · qđ inter sanū et ex morbo graui
ac diutino emergentem. cui sanitatis loco est senior accessio.
hic nisi attendit subinde grauatur et in eadem reuoluitur · Sa
piens recidere non potest. nec incidere quidē amplius · Corpo
ri enī ad tempus bona ualitudo est. quam medicus etiam si red
didit. non prestat · Sepe ad eundem quem aduocauerat exci
tatur. Semel in tota sanatur · Dicam quomodo intelligas sanū ·
Si se ipse contentus est · si confidit sibi · si scit omnia uota morta
lium · omnia beneficia que dantur petunturq;. nullū in bea
ta uita habere momentum · Nam cui aliquid accedere potest

id imperfectum est· Cuius perpetua futura leticia est. is suo ga
udet· Omnia autē quibus uulgus inhiat. ultro citroq; fluunt· Ni
chil distant fortuita mancipio· Sed hec quoq; fortuita tunc delec
tant cū illa ratio temperauit ac miscuit· hec est que etiam exter
na cōmendet. quorū auidis usus ingratus est· Solebat attalus
hac imagine uti· Vidisti aliquando canem missa a domino fru
sta panis aut carnis aperto ore captantē.· Quicquid excepit. pro
tinus integrum deuorat· et semp ad spem uenturi hiat· Idem
euenit nobis· Quicquid expectantibus fortuna proiecit. id sine
ulla uoluptate dimittimus. statim ad rapinā alterius erecti et atto
niti· hoc sapienti non euenit· plenus est etiam siquid obuenit· se
cure excipit ac reponit· leticia fruitur maxima. continua. sua·
habet aliquis bonā uoluptatē. habet profectū· sed cui multū de
sit a sūmo· hic deprimitur alternis et extollitur· ac modo in celū
alleuatur. modo defertur ad terram· Impeditis ac rudibus. nullus
precipitationis finis est· In epicureū illud chaos decidūt· inane
sine termino est· Adhuc genus tertiū eorū est. qui sapientie al
ludunt. quā quidē non contingunt· in conspectu tamen. et ut ita
dicam. subiectu habent· hi nō concutiuntur nec defluūt quidē·
non dū in sicco. iam in portu sunt· Ergo cū tam magna sunt inter
sūmos imosq; discrimina. cū medios quoq; sequatur fluctus suus.
sequatur ingens periculū ad deteriora redeundi. nō debemus occu
pationibus indulgere· Excludende sunt· Si semel intrauerint.
in locū suū alias substituent· Principijs illarū obstemus· melius
non incipient q̄ desinent· Val·

· Lxxiii ·
Q nulli gratiores debent eē pncipib; q̄ phie studētes et de excellentissima boni uiri potentia·

ERrare michi uidentur. qui existimant philosophie fideli
ter deditos contumaces esse et refractarios. aut contemp
tores magistratuū. aut regū. eorū ue p quos publica ad
ministrantur· E contrario enī nulli aduersus illos gratiores sūt.
nec īmerito· Nullis enim plus prestant q̄ quibus frui tranquillo
ocio licet· Itaq; hi quibus ad propositū bene uiuendi aditū cōfert
securitas publica. necesse est autorē huius boni ut parentē colāt.
multo quidem magis q̄ inquieti et in medio positi. qui multa

principibus debent · sed multa et imputant · quibus nunq̃ tam
plene occurrere ulla libertas potest · ut cupiditates illorum que
crescunt dum implentur exsatiet · Quisquis autẽ de accipien
do cogitat · oblitus accepti est · nec ullũ habet malũ cupiditas ma
ius q̃ q(uod) ingrata est · Adice nũc q(uod) nemo eorũ qui in r · p · uer
santur · quos uincat · sed a quibus uincatur aspicat · et illis nõ tam
iocundũ est multos post se uidere q̃ graue aliquem ante se ·
habet hoc uitium omnis ambitio · nõ respicat · Nec ambitio tantũ
instabilis est · uerũ cupiditas omnis · quia incipit semper a fine ·
At ille uir sincerus ac purus qui reliquit et curiam et forũ et om
nem administrationẽ · r · p · ut ad ampliora secederet · diligit
eos p(er) quos ei hoc facere licet · solũ q(ue) eis gratuitũ testimoniũ red
dit · et magnam rem nescientibus debet · Quemadmodũ precep
tores suos ueneratur ac suscipit quorũ beneficio illis inuiis exiit ·
sic et his sub quorũ tutela positus exercet bonas artes · Verum
quoq; alios rex uiribus suis protegit · Quis negat ? Sed quemad
modũ neptũno plus debere se iudicat · ex eis qui eadẽ tranquilli
tate usi sunt qui plura et preciosiora illo mari uexit · Animosius
a mercatore q̃ a uectore soluitur uotũ · et ex ipsis mercatoribus
effusius gratus est · qui odores et purpuras et auro pensanda por
tabat q̃ qui uilissima queq; et saburre loco futura congesserat · sic
huius pacis beneficiũ ad omnes pertinentis · altius ad eos perue
nit · qui illa bene utuntur · Multi enĩ sunt ex his togatis · quibus
pax operosior bello est · An idem existimas pro pace debere eos
qui illam ebrietati et libidini impendunt · aut aliis uitiis que
uel bello rumpenda sunt · nisi forte tam iniquũ putas esse sapi
entem · ut nichil uirium se debere pro cõmunibus bonis iudicet ·
Soli luneq; plurimũ debeo · et non uni michi oriuntur · Anno
temperantiq; annũ deo priuatĩ obligatus sum · q̃uis nõ in meũ
honorem descripta sunt · Et stulta auaricia mortalium · pos
sessionem proprietatemq; discernit · nec quicq̃ suũ credit esse
quod publicũ est · At ille sapiens nil iudicat suũ magis q̃ cuius
illi cum humano genere consortium est · Nec enĩ essent ita com

saburre

munia. nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit qđ
ex minima portione comune est. Adice nũc q magna et uera bona
non sic diuiduntur ut exiguũ in singulos cadat. Ad unũquenq;
tota perueniunt. Ex congiario tantũ ferunt homines quantum
ĩ capite promissum est. Epulũ et uisceratio quid aliud nisi manu
capitur. Discedit in partes. At hec indiuidua bona et pax et liber
tas. ea tam omniũ tota q̃ singulorũ sunt. Cogitat itaq; ꝑ quem
sibi horum usus fructusq; contingat. ꝑ quẽ non ad arma illũ. nec
ad seruandas uigilias. nec ad tuenda menia. et multiplex belli
tributũ publica necessitas uocet. agitq; gubernatori suo gratias.
hoc docet philosophia precipue. bene debere beneficia. bene sol
uere. Interdũ autẽ solutio est ipa confessio. Confitebitur ergo
se multũ debere ei cuius administratione ac prouidentia cõtin
git illi pigre otium. et arbitriũ sui temporis. et inperturbata pu
blicis occupationibus quies. O melibee deus nobis hec otia fecit.
Nanq; erit ille michi semper deus. Si illa quoq; otia multũ aucto
ri suo debent. quorũ hoc unũ maximũ est. Ille meas errare boues
ut cernis. et ipm Ludere que uellem calamo permisit agresti.
quanti extimamus hoc otiũ quod inter deos agitur. quod deos
facit. Ita dico lucili. et te in celum compendiario uoco. Sole
bat sextius dicere. iouem plus non posse. q̃ bonũ uirũ. Plura hẽt
iupiter que prestet hominibus. Sed inter duos bonos non est
melior qui locupletior. non magis q̃ inter duos quibus par scien
tia regendi gubernaculũ est. meliorem dixeris cui maius spatio
siusq; nauigium est. Iupiter quo antecedit uirũ bonũ. Diutius
bonus est. Sapiens nichilo minoris existimat q uirtutes eius
spatio breuiore cluduntur. Quemadmodũ ex duobus sapien
tibus qui senior decessit non est beatior eo cuius intra pauciores
annos terminata uirtus est. sic deus non uincit sapientẽ feli
citate. etiam si uincat tempore. Non est uirtus maior que lõ
gior. Iupiter omnia habet. sed nempe aliis tradit habenda.
Ad ipm hic unus usus pertinet. q̃ utendi omnibus causa est.
Sapiens tam equo animo omnia apud alios uidet. cõtemnitq;

q̄ iupiter et hoc magis suscipit. q iupiter uti illis non potest · sapi
ens non uult · Credamus itaq; sextio monstranti pulcherrimum
iter et clamanti hac itur ad astra · hac secundū frugalitatē · hac se
cundū temperantiā · hac secundū fortitudinē · Non sunt dii fasti
diosi · non inuidi · Admittunt · et ascendentibus · manū porrigūt ·
Miraris hominē ad deos ire? Deus ad homines uenit · imo quod
est propius in homines uenit · Nulla sine deo mens bona est · Semi
na in corporibus humanis diuina dispersa sunt · que si bonus cul
tor excipit similia origini prodeunt · et paria his quibus orta sūt
surgunt · Si malus non aliter q̄ humus sterilis ac palustris necat ·
ac deinde creat purgamēta pro frugibus · Val.

·LXXIIII·

De inani metu et qb' ex causis oriat' et qb' purgetur remediis et q' ea q̄ uulg' ħt pro eximiis bona nō sūt cōtra qd' oppositionē subiciat ei solutione.

Epistola tua delectauit me · et marcentem excitauit · me (al marcescentem)
moriam quoq; meam que iam michi segnis ac lenta est
euocauit · Quidni tu mi lucili maximū putes instru
mentū beate uite · hanc persuasionem · unū bonum esse quod
honestum est? Qui omne bonū honesto circūscripsit · intra se
felix est · Nam qui alia bona iudicat · in fortune uenit potesta
tem · alieni arbitrii fit · hic amissis liberis mestus · hic sollicitus
egris · hic turpibus et aliquā passis infamiam · tristis · Illū uide
bis aliene uxoris amore cruciari · illum sue · Non deerit quem re
pulsa distorqueat · erunt quos ipse honor uexet · Illa uero maxi
ma ex omni mortaliū populo turba miserorū · quam expecta
tio mortis exagitat undiq; impendentis · Nichil est unde nō
subeat · Itaq; ut in hostili regione uersantibus · huc illucq; circū
spiciendū est · et ad omnē strepitū circūagenda ceruix · Nisi hic
timor e pectore eiectus est · palpitantibus precordiis uiuitur ·
Occurrent acti in exilium · et euoluti bonis · occurrent · quod genus
egestatis grauissimū est · in diuitiis inopes · Occurrent naufragi ·
similiaue naufragis passi · quos aut popularis ira · aut inuidia
perniciosum optimis telū · inopinantes securosq; disiecit · pro
celle more · que in ipsa sereni fiducia solet emergere · aut ful
minis subiti · ad cuius ictum etiam uicina tremuerūt · Nam ci
illic quisquis ab igne propior stetit · percusso similis obstupuit ·

sic in his aliqua ui accidentibus. unũ calamitas opprimit. ceteros.
metus. paremq; passis tristiciam facit pati posse. Omnium animos
aliena ac repentina mala solicitant. Quemadmodũ aues etiam
inanis funde sonus territat. ita nos non ad ictũ tantũ exagitamũ.
sed ad strepitũ. Non potest ergo quisq; beatus esse. qui huic se opi
nioni credidit. Non enĩ beatũ est. nisi quod intrepidum. Inter
suspecta male uiuitur. Quisquis se multũ fortunę dedit. ingẽ
tem sibi materiam perturbationis et inexplicabilem fecit. Vna
hec uia est ad tuta uadenti. externa despicere. et honesto contẽ
tum esse. Nam qui aliquid melius uirtute putat. aut ullũ pre
ter illam bonũ. ad hec que a fortuna sparguntur sinũ expandit.
et solicitus missilia eius expectat. hanc imaginẽ animo tuo pro
pone. ludos facere fortunam. et in hunc mortaliũ cetũ honores.
diuitias. gratiam excutere. Quorũ alia cum diriperentur tãtũ
ĩ manu scissa sunt. alia infida societate diuisa. alia magno de
trimento eorum in quos deuenerant prensa. Ex quibus quedã
aliud agentibus inciderũt. quedam quia nimis captabantur.
amissa. et dum auide rapiuntur expulsa sunt. Nulli uero etiam
cui rapina feliciter cessit gaudiũ rapti durauit in posterũ. Ita
prudentissimus quisq; cum primũ induci uidet munuscula. a
theatro fugit. et scit magno parua constare. Nemo manũ conse
rit cum recedente. nemo exeuntem ferit. circa premiũ rixa est.
Idẽ in his euenit. que fortuna desuper iactat. Estuamus mise
ri. distringimur. multas habere cupimus manus. modo ĩ illã
respicimus. Nimis tarde nobis mitti uidentur. que cupidita
tes nostras irritant. ad paucos peruentura. expectata omnibus.
Ire obuiam cadentibus cupimus. Gaudemus siquid inuasimus.
Aliquos spes uana delusit. uilemq; predam magno aliquis in
cõmodo luit. Aut decipimur. aut fallimur. Secedamus itaq;
ab istis ludis. et demus raptoribus locum. Illi spectent bona
ista pendentia. et ipsi magis pendeant. Quicumq; beatum se
esse constituet. unũ bonũ esse putat. quod honestũ est. Nam
si ullum aliud esse existimat. primũ male de prouidentia iu

dicat. quia multa incōmoda iustis uiris accidunt. quia quicqd
nobis dedit breue est et exiguũ. si compares mundi totius euo.
Ex hac deploratione nascitur. ut ingrati diuinorũ interpretes
simus. Querimur quod non semper. qđ et pauca nobis et in
certa et abitura contingant. Inde est q; non uiuere nec mori
uelimus. uite nos odium tenet. timor mortis. Natat omne
consilium. nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autẽ
est q; non peruenimus ad illud bonũ ĩmensum et insuperabile.
ubi necesse est resistat uoluntas nostra. quia ultra sũmũ non
est locus. Queris quare uirtus nullo egeat? Presentibus gaudet.
non concupiscat absentia. Nil non illi magnũ est. qđ satis. Ab
hoc discede iudicio. non pietas constabit. non fides. Multa utrũq;
prestare cupienti patienda sunt et ex his que mala uocantur.
multa impendenda ex his quibus indulgemus tamq̃ bonis. Pe
rit fortitudo que periculũ debet facere sui. perit magnami
nitas que non potest eminere. nisi omnia uelut minuta con
tempsit. que proximũ uulgus optat. perit gratia et relatio gra
tie. Extimemus labi. si quicq̃ preciosius fide nouimus. si nõ
optima spectamus. Sed ut illa preteream. aut ista bona nõ sũt
que uocantur. aut homo felicior deo est. quoniam quidẽ que
parata nobis sunt non in usu dei sunt. Nec enim libido ad illũ
aut epularũ letitie. nec opes. nec quicq̃ ex his hominẽ inescan
tibus. et uili uoluptate ducentibus pertinet. Ergo aut incredi
bile est bona deo deesse. aut hoc ipm̃ argumentũ est bona non
esse q; deo desunt. Adice q; multa que uideri bona uolunt a
nimalibus q̃ homini pleniora contingunt. Illa cibo auidius
utuntur. uenere non eque fatigantur. uiriũ illis plus est. et
equabilior firmitas. Sequitur ut multo feliciora sint ho
mine. Nam sine nequitia. sine fraudibus degunt. Fruuntur
uoluptatibus. quas et magis capiũt. et ex facili sine ullo pu
doris aut penitentie metu. Considera itaq; an id bonũ uo
candũ sit. quo deus ab homine uincatur. Sũmũ bonũ in ani
mo contineamus. Obsolescat. si ab optima nostri parte ad pessi

mam transit. et transfertur ad sensus qui agiliores sunt anima
libus mutis. Non est sūma felicitatis nostre in carne ponenda.
Bona illa sunt uera. que ratio dat. solida ac sempiterna. que ca
dere non possūt. nec decrescere quidem ac minui. Cetera opini
one bona sunt. et nomen quidē habent cōmune cū ueris. Pro
prietas uero in illis boni non est. Itaq; commoda uocentur.
et ut lingua nostra loquar producta. Ceterū sciamus man
cipia nostra esse non partes. et sint apud nos. sed ita ut memi
nerimus extra nos esse. etiam si apud nos sint. inter subiecta
et humilia numerentur. propter que nemo se adtollere de
beat. Quid enī stultius q̄ aliquem eo sibi placere qđ ipe nō fe
cit? Omnia ista nobis accedant non hereant. ut si abducent̄
non sine ulla nostra laceratione discedant. Vtamur illis non
gloriemur. et utamur parce tanq̄ depositis apud nos et abitu
ris. Quisquis illa sine ratione possedit. non diu tenuit. Ipa enī
se felicitas nisi temperatur premit. Si fugacissimis bonis credi
dit. cito deseritur. et ut deseratur affligitur. Paucis deponere
felicitatē molliter licuit. Ceteri cum his inter que eminuere
labuntur. et illos degrauant ipā que extulerūt. Ideo adhi
bebitur prudentia. que modū illis ac parsimoniā imponat. quo
niam quidē licentia opes suas precipitat atq; urget. neq; unq̄
īmodica durarunt. nisi illa moderatrix ratio compescuit. Hoc
multarū tibi urbium ostendet euentus. quarū in ipō flore lu
xuriosa imperia ceciderunt. et quicquid uirtute partum erat.
intemperantia corruit. Aduersus hos casus muniendi sumus.
Nullus autē contra fortunam inexpugnabilis murus est. Intus
instruamur. Si illa pars tuta est. pulsari homo potest. capi nō
potest. Q si hoc instrumentū scire desideras. nil indignetur
sibi accedere. sciatq; illa ipa quibus ledi uidetur ad conuersati
onem uniuersi pertinere. et ex his esse que cursū mundi of
ficiūq; consumant. Placeat homini quicquid deo placuit.
ob hoc ipm̄ suaq; miretur. q non potest uinci. q mala ipa sub
se tenet q ratione qua ualentius nichil est. casū doloremq;

et iniuriā subigit. Ama rationē. huius te amor contra durissi
ma armabit. feras catulorū amor in uenabula impingit. feri
tasq; et inconsultus impetus prestat indomitas. Iuuenilia nō
nunq̄ ingenia cupido (al gratie) glorie in contemptū tam ferri q̄ igniū
misit. Species quosdam atq; umbra uirtutis. ī mortē uolunta
riam trudit. Quanto his omnibus fortior ratio est. quanto cō
stantior. tanto uehementius per metus ipsos et pericula exibit.
Nichil agitis inquit. q negatis ullum aliud esse bonū q̄ honestum.
Non faciet uos hec munitio tutos a fortuna et īmunes. Dicitis
enī inter bona esse liberos pios. bene moratā patriam. et pa
rentes bonos. horū pericula non potestis spectare securi. Per
turbabit uos obsidio patrie. liberorū mors. parentū seruitus.
Quid aduersus hos pro uobis responderi soleat. ponā. Deinde
tunc adiciam. quid preterea respondendū puto. Alia condi
tio est in his que ablata in locū suum aliquid incōmodi substi
tuunt. tanq̄ bona ualitudo uitiata ī malā transfertur. Acies
oculorū extincta cecitate nos afficit. Non tantū uelocitas perit
poplitibus incisis. sed debilitas pro illa subit. hoc non est peri
culum in his que pauloante rettulimus. Quare? Si amicū bo
num amisi. non est michi pro illo perfidia patienda. Nec si
bonos liberos extuli. in illorū locū impietas succedit. deinde nō
amicorū illis aut liberorū interitus. sed corporū est. Bonū autē
uno modo perit. si ī malū transit. quod natura non patitur. q͞a
omnis uirtus et opus omne uirtutis incorruptum manet. De
inde etiam si amici perierunt. si probati etiam respondentesq;
uoto patris liberi. est quod illorū expleat locū. Quid sit queris?
Quod illos quoq; bonos fecerat. uirtus. hec nichil uacare pati
tur locū. totū animū tenet. desiderium omniū tollit. Sola
satis est. Omniū enī bonorū uis et origo in ipsa est. Quid
refert. an aqua decurrens intercipiatur atq; abeat. si fons ex
quo fluxerat saluus est. Non dices uitā iustiorem. tam saluis
liberis q̄ amicis. nec moderatiorem. nec prudentiorē. nec ho
nestiorem. ergo ne meliorē quidem. Non facit collectio amicoꝝ

sapientiorem. non stultiorem detractio. Ergo nec beatiorem nec
miseriorem. Quod diu uirtus salua erit. non senties quid abscesserit.
Quid ergo? Non est beatior. amicorū et liberorū turba succinctus?
Quidni non sit? Sūmū enī bonū nec infringitur. nec augetur.
In suo modo permanet. Vtcunq; fortuna se gessit. siue illi longa
senectus contigit. siue citra senectutē finitus est. eadem boni mē
sura est. q̄uis etas diuersa sit. Vtrū maiorē an minorem circulū
scribas. ad spaciū eius pertinet. non ad formam. licet alter diu
manserit. alterū stati obduxeris. et in eū in quo scriptus est pul
uere solueris. in eadē forma uterq; fuit. Quod rectū est. nec
magnitudine extimatur. nec numero. nec tempore. Nō ma
gis produci q̄ contrahi potest. Honestam uitā ex centū annorū
numero in quantū uoles corripe. et in unū diem coge. eque ho
nesta est. Modo latius uirtus funditur. Regna urbes prouincias
temperat. fert leges. colit amicicias. inter propinquos liberosq;
dispensat officia. modo arcto fine concluditur paupertatis. exi
lii orbitatis. non tamen minor est. Si ex altiore fastigio in pri
uatum. ex regio in humilē subducitur. ex publico et spatioso iu
re in angustias domus uel anguli coit. eque magna est. etiā si
in se recessit undiq; exclusa. nichilominus tamen magni est spi
ritus et erecti. exacte prudentie. indeclinabilis iusticie est. Er
go eque beata est. Beatū enim illud uno loco positū est. in ipsa
mente. grande. stabile. tranquillū. quod sine scientia diuino
rum humanorūq; non potest effici. Sequitur illud quod me re
sponsurū esse dicebam. Non affligitur sapiens liberorū amissi
one. non amicorū. Eodem enī animo fert illorū mortē. quo
suā expectat. nō magis hanc timet. q̄ illam dolet. Virtus enī
conuenientia constat. Omnia opera eius cū ipsa concordant
et congruūt. hec concordia perit. si animus quē excelsū esse
oportet. luctu aut desiderio summittitur. Inhonesta est omnis
trepidatio et solicitudo uel in ullo actu pigritia. honestum
enī securū atq; expeditū est. interritum est. in procinctu stat.
Quid ergo? Nū aliquid perturbationi simile patietur? Nū

et color eius mutabitur. et uultus agitabitur. et artus refrigescēt.
et quicquid aliud non ex imperio animi. sed inconsulto quodā
nature impetu geritur. Fateor. sed manebit illi persuasio eadē.
nichil horū malum esse. nec dignū ad quod mens sana deficiat.
Omnia que facienda erunt audacter faciet et prompte. Hoc enī
stultitie proprium quis non dixerit. ignaue et contumaciter fa
cere que faciat. et alio corpus impellere. alio animū. distrahiq;
inter diuersissimos motus. Nam propter illa ipsa quibus extol
lit se miraturq; contempta est. Et ne illa quidē quibus gloria
tur libenter facit. Si uero aliquod timetur malū. eodū expec
tatur. proinde quasi uenisset urgetur. et quicquid ne patiatur
timet. iam metu patitur. Quē admodū in corporibus langoris
signa precurrūt. quedam enī segnitia neruis est. et sine labore
ullo lassitudo et oscitatio et horror mēbra percurrens. sic infir
mus animus multo ante q̄ malis opprimatur. malis quatitur.
Stultus est qui timet futura. Presumit illa et ante tempus
cadit. Quid autē dementius. q̄ angi futuris. nec se tormento
reseruare. sed accersere sibi miserias. et admouere. quas optimū
est differre. si discutere non possit. Vis scire neminē futuro de
bere torqueri. Quicumq; audierit post quinquagesimū annū
sibi patienda supplicia non perturbatur nisi mediū spatiū tran
silierit. et se in illo seculo post futurā sollicitudinē immiserit.
Eodem modo fit. ut animos libenter egros et captantes causas
doloris. uetera atq; obliterata contristent. Et que preterierūt
et que futura sunt. absunt. Neutra sentiamus. Non est autem
nisi ex eo quod sentias dolor. Val.

.LXXV.

Q uerba phi nec accurata debēt ēē nec arida et de trib generib i phia proficientiū.

Minus tibi accuratas a me epistolas mitti quereris. Quis
enī accurate loquitur. nisi qui uult putide loqui. Qua
lis sermo meus esset. si una sederemus aut ambularemus.
illaboratus et facilis. tales esse epistolas meas uolo. que nichil ha
bent accersitū nec fictū. Si fieri posset. quid sentiā ostendere
q̄ loqui mallem. Etiam si disputarem. nec subploderē pedem.
nec manū iactarem. nec adtollerem uocem. sed ista oratoribus

reliquissem. contentus sensus meos ad te peruenisse. quos nec exor
nassem. nec abiecissem. hoc unū plane tibi approbare uellē. omnia
me illa sentire que dicerem. nec tantū sentire. sed amare. Aliter
homines amicam aliter liberos osculantur. Tamen in hoc quoqȝ
amplexu tam sancto et moderato satis apparet affectus. Nō me
hercle ieiuna esse et arida uolo. que de rebus tam magnis dicen
tur. neqȝ enī philosophia ingenio renuntiat. multū tamen o
pere impendi uerbis non oportet. hec sit propositi nostri sūma.
Quod sentimus loquamur. quod loquimur sentiamus. Concor
det sermo cum uita. Ille promissū suū impleuit. qui et cū ui
deas illum et cum audias. idem est. Videbimus qualis sit. quā
tus sit. unus sit. Non delectent uerba nostra sed prosint. Si ta
men contingere eloquentia non sollicito potest. si aut parata est.
aut paruo constat assit. et res pulcherrimas prosequatur. Sit
talis. ut res potius q̄ se ostendat. Alię artes ad ingeniū tote p
tinent. hic animi negociū agitur. Non querit eger medicum
loquentē. sed si ita competit. ut idem ille qui sanare potest. cō
petenter de his que facienda sunt disserat. boni consulet. non
tamen erit. quare gratuletur sibi. q. inciderit in medicū etiā
disertū. hoc enim tale est. quale si peritus gubernator etiam
formosus sit. Quid aures meas scabis. quid oblectas. Aliud
agitur. Vrendus. secandus. abstinendus sum. ad hec adhibi
tus es. Curare debes morbum ueterem. grauē. publicū. Tan
tum negocii habes. quantū in pestilentia medicus. Circa uer
ba occupatus es. Iamdudū gaude. si sufficis rebus. Quando
queqȝ multa dices. quando queqȝ didiceris. affiges tibi. ita ut
didiceris. affiges tibi ita ut excidere non possint. quando illa
experieris. Non enī ut cetera memorie tradidisse satis est.
In opere tentanda sunt. Non est beatus qui scit illa. sed qui fa
cit. Quid ergo. Infra illū nulli gradus sunt. Statim autem
sapientia preceps est. Non existimo. Nam qui proficit. in nu
mero quidem est stultorum. magno tamen interuallo ab il
lis diducitur. Inter ipsos quoqȝ proficientes sūt magna discrimina.

N[ota]

Medicus.

Scabis.

In tres classes ut quibusdam placet diuiduntur· Primi sunt qui
sapientiam nondum habent· sed iam in uicinia eius constiterūt·
tamen etiam quod prope est ex hora est· Qui sunt hi queris·
qui omnes iam affectus ac uitia posuerunt· que erant complec
tenda didicerunt· sed illis adhuc inexperta fiducia est· Bonū
suū nondū in usu habent· iam tamē ī illa que iam fugerunt
decidere non possunt· Iam ibi sunt· unde non est retro lapsus·
sed hoc illis de se non liquet· Sicut in quadam epistola scripsisse
me memini· scirē se nesciunt· Iam contigit illis bono suo frui·
nondū confidere· Quidam hoc proficientiū genus de quo locu
tus sum· ita complectuntur· ut illos dicant iam effugisse mor
bos animi· affectus nondū· et adhuc in lubrico stare· quia ne
mo est extra periculū malicie nisi qui totam eam excussit· nisi
qui pro illa sapientiam assūpsit· Quid inter morbos animi in
tersit et affectus sepe iam dixi· nūc quoq; te admonebo· Mor
bi sunt· inueterata uitia et dura ut auaritia· ut ambitio nimia·

Morbi animi.

hec cū semel ceperunt animū impleuerūt· et perpetua eius
mala esse ceperūt· Ut breuiter finiam· morbus est iudicium
animi praui et pertinax· tanq̄ ualde expetenda sint· que le
uiter expetenda sunt· Vel si mauis· ita finiamus· Nimis immi
nere leuiter petendis· uel ex toto nō petendis· aut in magno pre
cio habere· in aliquo non habenda uel nullo· Affectus sūt mo
tus animi improbabiles subiti et concitati· qui frequentes ne
glectiq; fecerūt morbū· sicut distillatio una nec adhuc ī morē
adducta· tussim facit· assidua et uetus· ptysim· Itaq; qui plu
rimū profecere· extra morbos sunt· affectus adhuc sentiunt·
profecto proximi sunt· Secundū genus est eorū qui et maxi
ma animi mala et affectus deposuerūt· sed ita ut non sit
illis securitatis sue certa possessio· Possunt enī in eadem re
labi· Tertiū illud genus extra mala multa et magna est· sed
non extra omnia· effugit auaritiam· sed iram adhuc sentit·
Iam nō sollicitatur libidine· etiam nūc ambitionē sentit· Iam nō
concupiscit sed adhuc timet· et in ipso metu aduersus quedā

satis firmus est. quibusdam cedit · Mortē contemnit · dolorem
reformidat · De hoc loco aliquid cogitemus · Bene nobiscū age
tur. si in hunc admittimur numerū · Magna felicitate naturę.
magnaq; et assidua intentione studij secundus occupetur gradus ·
Sed ne hic quidem contemnendus est color tertius · Cogita quan
tū circa te uideas malorū · aspice q̄ nullū sit nefas sine exemplo ·
quantū quotidie nequitia proficiat . quantū publice priuatimq;
peccetur · Intelliges satis nos consequi . si inter pessimos nō sumus ·
Ego uero inquis spero me posse et amplioris ordinis fieri · Opta
uerim hoc nobis magis q̄ promiserim · Preoccupati sumus ad uir
tutem · Contendimus inter uitia districti · Pudet dicere . honesta
colimus quantū uacat · At q̄ grande premiū expectamus ? Si
occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus . nō cupi
ditas nos . non timor pellet · In agitati terroribus . incorrupti uo
luptatibus . nec mortē horrebimus nec deos · Sciemus mortem
malum non esse · deos malos non esse · Tam imbecillum quod
nocet . q̄ cui nocet · Optima et noxa carentia expectant nos · Ex
hac aliquando fouea . in illud euadimus sublime et excelsum ·
Tranquillitas animi et expulsis terroribus absoluta libertas .
queris que sit ? Ista · non homines timere nec deos · nec turpia
uelle . nec nimia · in se ipm̄ habere maximā potestatē · In esti
mabile bonū est suū fieri · Val ·

·Lxxvi·

Q etiā ī senectute discendum et q proprium et uerū hoīs bonū ratio tantū uel uirtus.

INimicitias michi denuntias . si quicq̄ ex his que quotidie
facio ignoraueris · Video q̄ simpliciter tecū uiuam · hoc
quoq; tibi cōmittam · philosophū audio · et quidē quin
tum iam diem habeo . ex quo in scholam eo . et ab octaua dispu
tantem audio · Bona inquis etate · Quidni bona ? Quid autē
stultius est . q̄ quia diu non didiceris non discere ? Quid ergo ?
Idē non facio quod trossuli et iuuenes ? Bene mecū agitur . si
hoc unū senectutem meam decet · Omnis etatis homines hec
schola admittit · In hoc senescamus ut iuuenes sequamur · In
theatrū senex ibo . et ibi circū deferar . et nullum par sine me
depugnabit · Ad philosophum ire erubescam ? Tam diu discendū

est q̄ diu

est q̃ diu nescias. si prouerbio credimus. q̃ diu uiuas. Ego tamen illic
aliquid et doceo: Queris quid doceam? Seni esse discendū. Pudet
autem me generis humani. Quotiens scholam intraui. preter ipm̄
theatrū neapolitanorū ut scis transeundum est. (metronactis petenti domū) Hic ingenti stu
dio quid sit pithaulas bonus iudicatur. habet tibicen quoq; gre
cus et preco concursus. At in illo loco uir bonus queritur. in quo uir
bonus discitur. Paucissimi sedent. et hi plerisq; uidentur nichil bo
ni negocij habere quid agant. Inepti et inermes uocantur. Michi
contingat iste derisus. Equo animo audienda sunt imperitorū
conuicia. et ad honesta uadenti. contemnendus est iste contēptus.
Perge mi lucili et propera tibi. ne tibi accidat quod michi. ut senex
discas. Immo ideo magis propera. quoniā id nūc aggressus es. quod p̄
discere uix senex possis. Quantū inquis proficiam? Quantū tenta
ueris. Quid expectas? Nulli sapere casu obtigit. Pecunia uenit ul
tro. honor offertur. gratia et dignitas fortasse ingerentur tibi.
Virtus in te non incidet. Hec leui quidem opere aut paruo labore
cognoscitur. Sed est tanti laborare. omnia bona semel occupaturo?
Vnde est enī bonū quod honestū. In illis nichil inuenies ueri. nichil
certi. sed quecunq; fame placent. Quare unū sit bonū quod hone
stum dicam. Quoniam me parū exercitū priori epistola iudicas.
magisq; hanc rem tibi laudatam q̃ probatam putas. In arctum
que dicta sunt contraham. Omnia suo bono constant. Vitem fer
tilitas cōmendat. et sapor uinū. uelocitas ceruū. Quā fortia dorso
iumenta sint queris. quorū hic unus est usus. sarcinam ferre.
In cane sagacitas prima est si inuestigare debet feras. cursus si cō
sequi. audacia si mordere et inuadere. Id cuiq; optimū debet
esse cui nascitur. quo censetur. In homine optimū quid est? ratio.
hac antecedit animalia. deos sequitur. Ratio ergo perfecta pro
prium bonū est hominis. cetera illi cū animalibus. satisq; com
munia sunt. Valet. et leones. formosus est. et pauones. uelox
est. et equi. Non dico. in his omnibus uincitur. Non quero quid
in se maximū habeat. sed quid suū. Corpus habet. et arbores. ha
bet impetum ac motum uoluntarium. et bestie et uermes. ha

Nec ulli rei hoc magis cōuenit
q̃ huic. Discendū ē tam diu
quēadmodū uiuas. q̃

bet uocem. sed quanto clariorem canes. acutiorem aquile. gra
uiorem tauri. dulciorem mobilioremq; luciniy. Quid in homi
ne propriū? Ratio. hec recta et consumata. felicitatē hominis
impleuit. Ergo si omnis res cum bonū suū perficit laudabilis est.
et finem nature sue tetigit. hec ratio perfecta uirtus uocatur. e
ademq; honestū est. Id itaq; unū bonū est in homine. quod unū
hominis est. Nunc enim non querimus quid sit bonū. sed quid
sit hominis bonū. Si nullū est aliud bonū q̄ ratio. hec erit unū
eius bonū. sed pensandū cum omnibus. Si sit aliquis malus. pu
to improbabitur. si bonus puto probabitur. Id ergo in homine
primū solumq; est. quo probabitur et improbabitur. Non du
bitas an hoc sit bonū. dubitas an solū bonū sit? Si quis illa om̄ia
habeat. ualitudinē. diuitias. imagines multas. frequens atriū.
sed malus ex confesso sit. improbabis illum. Item si quis nichil
quidem eorū que rettuli habeat. deficiatur clientiū turba.
pecunia. nobilitate. auorū proauorūq; serie. sed ex confesso bo
nus sit. probabis illum. Ergo hoc unū est bonū hominis. quod
qui habet. etiam si aliis destituatur laudandus est. quod qui nō
habet in omnium aliorū copia damnatur ac reicitur. Que cō
ditio rerū eadem hominū est.

Nauis.

Nauis bona dicitur. non que
preciosis coloribus picta est. nec cuius argenteū aut aureū ro
strū est. nec cuius tutela ebore celata est. neque fiscis atq;
opibus regiis pressa est. sed stabilis et firma. et iuncturis aquā
excludentibus spissa. ad ferendū incursū maris solida. guber
naculo parens. uelox et uentū non sentiens.

Gladius.

Gladiū bonum
dices. non cui auratus balteus est. nec cuius uagina gēmis di
stinguitur. sed cui ad secandū subtilis acies est. et mucro om̄e
munimentū rupturus.

Regula.

Regula non q̄ formosa sed q̄ recta
sit queritur. Eo quidq; laudatur cui comparatur. quod illi
propriū est. Ergo in homine quoq; nichil ad rem pertinet.
quantū aret. quantū feneret. et q̄ a multis salutetur. q̄ pre
cioso incumbat lecto. q̄ perlucido bibat poculo. sed q̄ bonus
sit. Bonus autē est. si ratio explicata et recta est. et ad nature

sue uoluntatẽ accommodata· hoc uocatur uirtus· hoc est honestũ
et unicũ hominis bonũ· Nam cum sola ratio perficiat hominem.
sola ratio perfecta beatum facit· hoc autẽ unũ bonũ est. quo uno
beatus efficitur· Dicimus et illa bona esse. que a uirtute profec
ta contractaq; sunt. id est opera eius omnia. sed ideo unum
ipsa bonũ est. quia nullũ sine illa est· Si omẽ in animo bonum
est. quicquid illũ confirmat extollit. amplificat. bonũ est· Va
lidiorem autem animũ et excelsiorẽ et ampliorẽ uirtus facit·
Nã cetera que cupiditates irritant. deprimũt quoq; animum
et labefaciunt. et cum uidentur adtollere inflant. ac multa
uanitate deludunt· Ergo unũ id bonũ est. quo melior ani
mus efficietur· Omnes actiones totius uite honesti ac turpis
respectu temperantur. ad hec faciendi et non faciendi ratio
dirigitur· Quid sit hoc dicam· Vir bonus quod honeste se fac
turum putauerit faciet. etiam si pecuniam auferet. si labori
osum erit faciet etiam si damnosũ erit. faciet etiam si peri
culosum erit· Rursus. quod turpe erit non faciet. etiam si pe
cuniam afferet. etiam si uoluptatẽ etiam si potentiam· Ab ho
nesto nulla re deterrebitur ad turpia. nulla inuitabitur· Er
go si honestum est. utiq; secuturus est. turpe itaq; uitaturus. et
in omni actu uite spectaturus hec duo· Nichil bonũ nisi honestũ.
nec aliud malum ꝗ̃ turpe· Si una indepravata uirtus est. et so
la permanet tenoris sui. unũ est bonũ uirtus. cui iam accidere
nec scit bonũ. nec potest· Mutationis periculum effugit. stulti
tia ad sapientiam eripit. sapientia in stulticiam nõ reuolui
tur. Dixi si forte meministi. concupita uulgo et formidata in
consulto impetu ut contemnerent plerosq; calcasse· Inuentus
est qui flamis imponeret manũ. cuius risum. nõ interrũperet
tortor. qui in funere liberorũ lacrimã non mitteret. qui morti
intrepidus occurreret· Amor. ira. cupiditas. pericula depopo
scerunt· Quod potest breuis obstinatio animi. aliquo stimulo
excitata. quanto magis uirtus. que nõ ex impetu. nec subito.
sed equaliter ualet. cui perpetuum robur est.· Sequitur ut

[margin: N I (nota)]
[margin: ·Vir bonus.]
[margin: ·nõ.]
[margin: ·Att.]

que ab inconsultis sepe contemnuntur. a sapientibus semper. ea
nec bona esse. nec mala. Vnum ergo bonū uirtus est. que inter
fortunam hanc et illam superba incedit. cum magno utriusq; cō
temptu. Si hanc opinionem receperis. aliquid bonū esse preter
honestum. nulla non uirtus laborabit. Nulla enim obtineri po
terit. si quicq̄ extra se respexerit. Quod si est. rationi repugnat.
ex qua uirtutes sunt. et ueritati que sine ratione non est. Quecūq;
autē opinio rationi repugnat. falsa est. Virum bonū concedas
necesse est. sūme pietatis gratia deos esse. Itaq; quicquid illi acci
dit. equo animo sustinebit. Scit enim id accidisse lege diuina
qua uniuersa procedunt. Quod si est. unū illi bonū erit quod
honestum. In hoc enim se positum. et parere dys. nec excandesce
re ad subita. nec deplorare sortem suam. sed patienter excipere
fatum. et facere imperatum. Si ullum est aliud bonū q̄ honestū.
sequitur nos auiditas uite. auiditas rerū uitā instituentium. qđ
est intolerabile. infinitū. uagum. Solum ergo bonū est honestū.
cui modus est. Diximus futuram hominū feliciorem uitam q̄ de
orum. si ea bona sunt quorū nullus dys usus est. tanq̄ pecunia. ho
nores. Adice nunc q̄ si modo solute corporibus anime manēt.
felicior illis status restat. q̄ est dum mersantur in corpore. atq;
si ista bona sunt quibus ꝑ corpora utimur. emissis erit peius. qđ
contra fidem est. feliciores esse liberis et in uniuersum datis. clau
sas et obsessas. Illuc quoq; dixeram. si bona sunt ea que tam homini
contingunt q̄ multis animalibus. et muta animalia beatā uitam
actura. quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patien
da sunt. Quod nō erat faciendum si esset ullum aliud bonum
q̄ honestū. hec quāuis latius executus essem priori epistola. con
strinxi. et breuiter percucurri. Nunq̄ autē uera tibi opinio talis
uidebitur. nisi animū alleues. et te ipse interroges. si res exegerit
ut pro patria moriaris. et salutē omniū ciuium tua redimas. an
porrecturus sis ceruicē. non tantum patienter. sed etiam libenter.
Si hoc facturus es. nullum aliud bonum est. Omnia enī relinquis.
ut hoc habeas. Vide quanta uis sit honestatis. Pro re publica

morieris. etiam si statim facturus hoc eris. cum scieris tibi esse fa
ciendum. Interdum ex re pulcherrima magnū gaudiū etiā exiguo
tempore ac breui capitur. Et q̄uis fructus operis peracti nullus ad
defunctum exemplūq; rebus humanis pertineat. ipsa tamen cō
templatio futuri operis iuuat. Et cum uirtuosius ac iustus uir
mortis sue pretia ante se posint. libertatē patrie. salutē omniū
pro quibus dependit animā. ī sūma uoluptate est. et periculo suo
fruitur. Sed ille quoq; cui hoc etiam gaudiū eripitur quod trac
tatio operis maxime et ultime prestat. nil cunctatus desiliet in
mortem. facere recte pieq; contentus. Oppone etiam nunc illi
multa que dehortentur. Dic. factū tuū matura sequetur obliuio.
et parū gratie existimatio ciuium. respondit tibi. Ista omnia ex
tra opus meū sunt. Ergo ipsm contemplor. hoc esse honestū scio.
Itaq; quocunq; ducit ac uocat. inuenio. hoc ergo unū bonum est.
quod non tantū perfectus animus sed generosus quoq; et indolis
bone sentit. Cetera leuia sunt. mutabilia. Itaq; solicitant possi
dentem. etiam si fauente fortuna in unū congesta sunt. domi
nis suis incubant grauia. et illos semp premūt. aliquando etiā
illudunt. Nemo ex istis quos purpuratos uides. felix est. magis
q̄ ex illis quibus sceptrū et chlamidē in scena fabula assignat.
Cum presente populo lati incesserunt. et cothurnati. simul exi
erunt. excalceantur. et ad staturā suam redeunt. Nemo istorū
quos diuitie honoresq; in altiore fastigio ponūt. magnus est.
Quare ergo magnus uidetur. cum basi illum sua metiris? Par
uus pomilio licet in monte constiterit. Colossus magnitudinē
seruabit suam etiam si steterit in puteo. hoc laboramus errore
sic nobis imponitur. q̄ neminē extimamus ex equo. sed adicimus
illi et ea quibus adornatus est. Atqui cū uoles ueram hominis
extimationem inire. et scire qualis sit. nudum inspice. Ponat
patrimoniū. ponat honores. et alia fortune mendacia. cor
pus ipsm exuat. Animū intuere. qualis quantusq; sit. alieno
an suo magnus. Si erectis oculis gladios micantes uidet. et si
scit sua nichil interesse. utrum anima p os an p iugulū exeat

.Colossus.

beatum uoca. Si cum illi denuntiata sunt tormenta corporis et que casu ueniunt. et que potentioris iniuria. si uincula et exilia. et uanas humanarū formidines mentiū securus audit et dicit. Non ulla laborū origo noua michi. facies ue inopina ue surgit. Omnia preoccupata in animo meū ipse peregi. Tu hodie ista denuntias. ego semper denuntiaui michi. et hominem paraui ad humana. Precogitati mali mollis ictus uenit. At stultis et fortune credentibus omnis uidetur noua rerū et inopinata facies. Magna autē pars est apud imperitos mali nouitas. hoc ut scias ea que putauerant aspera fortius cum assuenere patiuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis. et que alij diu patiendo leuia faciunt. hic leuia facit diu cogitando. Audiuimus aliquando uoces imperitorū dicentium. Sciebam hoc michi restare. sapiens scit sibi omnia restare. Quicquid factū est. dicit. sciebam. Val.

o uirgo.

.Lxxvii.

Exēplis et rationibus docet nō curandū de morte.

SUbito nobis hodie naues alexandrie apparuerunt. que premitti solent et nuntiare secuture classis aduentum. Tabellarias uocant. Gratus illarū Campanie aspectus est. Omnis in pilis puteolorū turba consistit. et ex ipso genere uelorū alexandrinas quāuis in magna turba nauium intelligit. Solis enim licet supparū intendere. qđ in alto omnes habent naues alexandrine. Nulla enī res eque adiuuat cursum. q̄ sūma pars ueli. illinc maxime nauis urgetᷣ. Itaq; quotiens uentus increbuit. maiorq; est q̄ expedit. antenna sūmittitur. minus habet uiriū flatus ex humili. et cū intrauere capreas et promontoriū. ex quo alta procelloso specula tur uertice pallas. cetere iubentur uelo esse contente. Supparū alexandrinarū insigne est. In hoc omniū discursu properantiū ad litus magnā ex pigritia mea sensi uoluptatem. q. epistolas meorū accepturus. Non properaui scire quis illic esset rerū mearū status. quid afferrent. Olim iam. nec perit quicq̄ michi. nec acquiritur. hoc etiam si senex nō essem fuerat sentiendum. nunc uero multo magis. Quantulūcūq;

habere tamen plus iam michi superesset uiatici quam uiae. preser
tim cum eam uiam simus ingressi. quam peragere non est ne
cesse. Iter imperfectum erit. si in media parte. aut citra petitum
locum steteris. Vita imperfecta non est. si honesta est. Ubicumque
desinas. si bene desines. tota est. Sepe autem et fortiter desinen
dum est. et non ex maximis causis. Nam nec maxime sunt que
nos tenent. Tullius marcellinus quem optime noueras adole
scens quietus et senex cito morbo et non insanabili correptus
sed longo et molesto. et multa imperante. cepit deliberare
de morte. et conuocauit quam plures amicos. Unusquisque aut
quia timidus erat. id illi suadebat quod sibi suasisset. aut qua
adulator et blandus. id consilium dabat. quod deliberanti gra
tius fore suspicabatur. Amicus noster stoicus homo egregius.
et ut uerbis illum quibus laudari dignus est laudem. uir fortis
ac strenuus. uidetur michi optime illum cohortatus. Sic enim
cepit. Noli mi marcelline torqueri. tamquam de re magna delibe
res. Non est res magna uiuere. omnes serui tui uiuunt. omnia
animalia. Magnum est honeste mori. prudenter. fortiter. Cogi
ta quam diu iam idem facias. Cibus. somnus. libido. per hunc circu
lum curritur. Mori uelle non tantum prudens aut fortis. sed
etiam miser potest. Non opus erat illi suasore sed adiutore.
Serui parere nolebant. Primum detraxit illis metum. et indicauit
tunc familiam periculum adire. cum incertum esset an mors do
mini uoluntaria fuisset. Alioquin tam mali exempli esse occi
dere hominem quam prohibere. Deinde ipsum marcellinum admonuit
non esse inhumanum. quemadmodum cena peracta reliquie cir
cumstantibus seruis diuiduntur. sic peracta uita aliquid por
rigi his qui totius uite ministri fuissent. Erat marcellinus
facilis animi et liberalis etiam cum de suo fieret. Minutas itaque
summulas distribuit flentibus seruis. et eos ultro consolatus
est. Non fuit illi opus ferro. non sanguine. triduo abstinuit.
et in ipso cubiculo poni sibi tabernaculum iussit. Solium deinde
illatum est. in quo diu iacuit. et calida subinde infusa. paulatim

defecat. ut aiebat non sine quadam uoluptate. quam afferre so
let lenis dissolutio. non experta nobis. In fabellam excessi. nõ in
gratam tibi. Exitum enĩ amici tui cognosces. non difficilẽ nõ mi
serum. Quamuis enĩ mortẽ sibi consciuerit tamen mollissime
excessit. et uita elapsus est. Sed ne inutilis quidem hec fabella
fuerit. sepe enĩ talia exempla necessitas exigit. sepe debemus
mori nec uolumus. morimur nec uolumus. Nemo tam imperi
tus est ut nesciat quandoq; se moriturũ. Tamẽ cum prope ac
cessit. tergiuersatur. tremit. plorat. Nõne tibi uidetur stul
tissimus omniũ qui fleuit q̃ ante mille annos non uixerit.
Eque stultus est qui flet q̃ post annos mille non uiuet. hec pa
ria sunt. non eris. nec fuisti. Vtrunq; tempus alienum est. In
hoc puncto coniectus sum. quod ut extendas q̃ diu extendes.
Quid fles? quid optas? perdis operam. Desine fata deũ flecti
sperare precando. Rata et fixa sunt. et magna atq; eterna ne
cessitate ducuntur. Eo ibis quo omnia eunt. Quid tibi noui
est? Ad hanc legem natus es. hoc patri tuo accidit. hoc matri
hoc maioribus. hoc omnibus ante te. hoc omnibus post te. Seri
es inuicta et nulla mutabilis ope alligauit ac trahit cuncta.
Quantus te populus moriturorũ sequetur? quantus comitabi
tur? fortior ut opinor esses si tibi multa hominũ milia cõmo
rerentur. Atqui multa milia hominũ et animaliũ hoc ipo
momento quo tu mori dubitas animã uariis generibus emittũt.
Tu autẽ non putabas te aliquando ad id peruenturũ ad quod sẽ
per ibas. Nullũ sine exitu iter est. Exempla nũc magnorũ uiro
rum me tibi iudicas relaturũ? Puerorũ referam. Lacon ille
memorie traditur impubis adhuc. qui captus clamabat non
seruiam sua illa dorica lingua. et uerbis fidem imposuit. Ut
primũ iussus est seruili fungi et contumelioso ministerio af
ferre enĩ uas obscenũ iubebatur. illisũ parieti caput rupit. Tã
prope libertas est. et seruit aliquis? Ita non perire filiũ tuũ
malles. q̃ per inertiam senem fieri? Quid ergo est cur pertur
beris. si mori etiam fortiter puerile est? Puta te nolle sequi.

ducerís. fac tui iuris esse quod alieni est. Non sumes pueri spiritū
ut dicas non seruio? Infelix seruis hominibus. seruis uite. ser
uis rebus. Nam uita si moriendi uirtus abest. seruitus est. Et
quid habes propter quod expectes? Voluptates ipsas que te mo
rantur ac retinent. consūpsisti. Nulla tibi noua est. nulla nō
iam odiosa ipsa satietate. Quis sit uini. quis mulsi sapor scis.
Nichil interest centū per uesicam tuā. an mille amphore trā
seant. saccus es. Quid sapiant ostrea. quid mullus. optime
nosti. Nichil tibi luxuria tua. in futuros annos intactū reser
uauit. Atqui sunt hec. a quibus inuitus diuelleris. Quid ē
aliud quod tibi eripi doleas? Amicos et patriam? Tanti enī
illa putas. ut tardius cenes? Solem? quē si posses extingue
res. Quid enim unq̄ fecisti luce dignū? Confitere te non
curie. non inferi. non ipsius rerū nature desiderio. tardiorē
ad moriendū fieri. Inuitus relinquis macellū. in quo nichil
reliquisti. Mortem times. At quomodo illam media oblecta
tione contemnis? Viuere uis. scis enim. Mori times. quid enī?
porro ista uita non est mors? Cesar cum ipm̄ transeuntē p lati
nam uiam unus ex custodiarū agmine demissa usq; in pect⁹
uetere barba rogaret mortē. Nunc inquit uiuis? hoc istis
respondendū est. quibus succursura mors est. Mori times. nūc
enī uiuis? Sed ego inquit uiuere uolo. qui multa honeste fa
cio. Inuitus relinquo officia uite. quibus fideliter et cum in
dustria fungor. Quid tu nescis unū esse uite ex officiis et mori?
Nullum officium relinquis. Non enī certus numerus quē de
beas explere finitur. Nulla uita est non breuis. Nam si ad
naturam rerum respexeris etiam nestoris et satiue breuis ē.
qui inscribi monumento suo iussit annis se. xc. ix. uixisse
Vides aliquē gloriari senectute longa? Quis illam ferre po
tuisset. si contigisset centesimū implere? Quomodo fabu
la sic uita. Non q̄ diu. sed q̄ bene acta sit refert. Nichil ad
rem pertinet. quo loco desinas. quocunq; uoles desine. tantū
bonam clausulam impone. Vał.

· LXXVIII ·

Q(uod) multũ ad bonã ualitudinẽ amicoꝝ p(re)sentia et mollis exercitatio proficiat · De tribus i(n)cõmodis i(n)firmitatis et eorũ re medijs.

Vexari te distillationibus crebris ac febriculis que distillati
ones longas et in consuetudinem adductas sequuntur · eo
molestius michi est. quia expertus sum hoc genus ualitu
dinis. quod inter initia contempsi · Poterat adhuc adolescentia
iniurias ferre. et se aduersus morbos contumaciter gerere · De
inde succubui. et eo perductus sum. ut ipse distillarẽ · Ad sum
mam ma(ci)ẽ deductus. sepe impetũ cepi abrumpende uite. patris
me indulgentissimi senectus retinuit · Cogitaui enim non q(uam)
fortiter ego mori possem. sed q(uam) ille fortiter desiderare nõ posset ·
Imperaui itaq; michi ut uiuerem · Aliquando enĩ et uiuere for
titer facere est · Que michi tunc solatia fuerint dicam. si prius
hoc dixero. hec ipsa quibus adquiescebam. medicine uim habu
isse · In remediũ cedunt honesta solatia. et quicquid animũ ere
xit etiam corpori prodest · Studia michi nostra saluti fuerũt ·
Philosophie acceptũ fero q(uod) surrexi. q(uod) conualui · Illi uitã debeo.
et nichil minus debeo · Multũ michi contulerũt ad bonã ualitu
dinẽ amici. quorũ adhortationibus. uigilijs. sermonibus. alleua
bar · Nichil eque lucili uirorũ optime egrũ reficit atq; adiuuat
q(uam) amicorũ affectus · Nichil eque expectationẽ mortis aut metũ
surripit · Non iudicabam me cum eos superstites relinquerem.
mori · Putabam inquã me uicturũ. non cum illis. sed per illos ·
Non effundere michi spiritũ uidebar. sed trahere · hec michi
dederũt uoluntatẽ ad uiuendũ et patiendi omne tormentũ ·
Alioquin miserrimũ est. cũ animũ moriendi proieceris. non
habere uiuendi · Ad hec ergo remedia te confer · Medicus
tibi quantũ ambules quantũ exercearis monstrabit · Ne indul
geas otio ad quod uergit iners ualitudo. ut legas clarius. et spi
ritũ cuius iter ac receptaculũ laborat exerceas. ut nauiges. ut
uiscera molli iactatione concutias. quibus cibis utaris. uinũ
quando uiriũ causa aduoces. quando intermittas ne irritet
et exasperet · Cursim ego tibi illud precipio. quod nõ tantum
huius morbi. sed totius uite remedium est. contemne mor
tem · Nil triste est. cum huius metum effugimus · Tria hec ·

in omni morbo grauia sunt. metus mortis. dolor corporis. inter
missio uoluptatum · De morte satis dictū est · hoc unū dicam nō
morbi hunc esse. sed nature metum · Multorū mortem distulit
morbus. et saluti illis fuit uideri perire · Morieris · non quia egro
tas. sed quia uiuis · Ista te res et sanatū manet · Cum conualue
ris. non mortē sed ualitudinē effugies · Ad illud nūc proprium
incōmodū reuertamur · Magnos cruciatus habet morbus · sed
hos tolerabiles interualla faciunt · Nam sūmi doloris intentio
inuenit finem · Nemo ualde dolet et diu · Sic nos amicissima
nostra natura disposuit. ut dolorē aut tolerabilem aut breuē
faceret · Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis par
tibus · Nerui articuliq; et quicquid aliud exile est. acerrime
seuit. cū in arcto uitia concepit · Sed cito he partes obstupescent.
et ipo dolore sensum doloris amittūt. siue quia spiritus natura
li prohibitus cursu. et mutatus in peius. uim suā qua uiget ad
monetq; nos perdit. siue quia corruptus humor cum desijt ha
bere quo confluat. ipse se elidit. et his que minus impleuit ex
cutit sensum · Sic podagra et ciragra et omnis uertebrarū do
lor et neruorū. tunc interī quiescit. cū illa que torquebat hebe
tat · Omniū istorū prima germinatio uexat · Impetus mora ex
tinguitur et finis dolendi est obtorpuisse. dentiū. oculorū. au
rium dolor. ob hoc ipm acutissimus est. q inter angusta corpo
ris nascitur · Non minus me hercle q̄ capitis ipi⁹ si incitatior est
in alienationem soporemq; conuertitur · hoc itaq; solatiū ua
sti doloris est. quod necesse est desinas illū sentire. si nimis sen
seris · Illud autē est quod imperitos in uexatione corporis ma
le habet · Non assueuerūt animo esse contenti · Multū illis
cū corpore fuit · Ideo uir magnus ac prudens animū deducat
a corpore. et multū cum meliore ac diuina parte uersatur. cū
hac querula et fragili quantū necesse est · Sed molestū ē inqt
carere assuetis uoluptatibus. abstinere cibo. sitire. esurire ·
hec prima abstinentia grauia sunt. deinde cupiditas relan
guescit. ipis p se que cupimus fatigatis ac deficientibus · Inde

morosus est stomachus. Inde quibus fuit auiditas cibi. odiũ est.
desideria ipsa moriuntur. Non est autẽ acerbũ carere eo quod
cupere desieris. Adice nũc q̄ nullus non intermittitur dolor. aut
certe remittitur. Adice q̄ licet cauere uenturũ. et obsistere im
minenti remediis. Nullus enim non signa premittit utiq; qui ex
solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patientia si contempseris id
quod extremũ minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora et te
querelis onerare. Leuis est dolor. si nichil illi opinio adiecerit. Cõ
tra si exhortari te ceperis ac dicere. nichil est. aut certe exiguum.
duremus. iam desinet. leuẽ illum dũ putas facies. Omnia ex opi
nione suspensa sunt. Non ambitio tantũ ad illã respicit et luxu
ria et auaritia. Ad opinionẽ dolemus. Tam miser est quisq; q̄
credidit. Detrahendas preteritorum dolorum conquestiones
puto. et illa uerba. Nulli unq̄ fuit peius. quos cruciatus. quãta ma
la pertuli? Nemo me surrecturũ putauit. Quotiens deploratus
sum a meis? quotiens relictus a medicis? In eculeum positi nõ sic
detrahuntur. Etiam si sunt uera ista. transierũt. Quid iuuat
preteritos dolores retractare. et miserũ esse quia fueris? Quid
q̄ nemo non multũ malis suis adicit. et sibi ipse mentitur? De
inde quod acerbum fuit. retulisse iocundũ est. Naturale est
mali sui fine gaudere. Circũcidenda ergo duo sunt. et futuri
timor. et ueteris incõmodi memoria. hoc ad me iam nõ perti
net. illud nondum. In ipsis positus difficultatibus dicat. Forsan
et hec olim meminisse iuuabit. Toto contra illum pugnet ani
mo. uincetur si cesserit. uincet si se contra dolorem suũ inten
derit. Nunc hoc pleriq; faciunt. attrahunt in se ruinã cui ob
standũ est. Illud quod premit. quod impendit. quod urget. si
subducere te cepis sequetur. et grauius incumbet. Si contra ste
teris et obniti uolueris repelletur. Athlete quantũ plagarũ ore
quantũ toto corpore excipiũt? ferũt tamen omne tormentum
glorie cupiditate. nec tantũ quia pugnãt ista patiuntur. sed
ut pugnẽt. Exercitatio ipsa tormentũ est. Nos quoq; euincamus
omnia quorũ premiũ non corona. non palma est. nec tubicen

predicationi nominis nostri silentiū faciens. sed uirtus et firmi
tas animi et pax in ceterū parta. si semel in aliquo certamine uic
ta fortuna est. Dolorem grauem sentio. Quid ergo? Non sentis si
illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est fugien
tibus hostis. sic omne fortuitū incōmodum magis instat cedenti ex
aduerso. Sed graue est. Quid? Nos ad hoc fortes sumus. ut leuia
portemus? Utrū uis longum esse morbū. an coartatum et breuē?
Si longus est. habet intercapedinem. dat refectioni locum. multū
temporis donet necesse est. et ut exurgat et desinat. Breuis mor
bus ac preceps. alterutrū faciet. aut extinguetur aut extinguet.
Quid autē interest. non sit. aut non sim? In utroq; finis dolendi
est. Illud quoq; proderit. ad alias cogitationes. auertere animum
et a dolore discedere. Cogita quid honeste. quid fortiter feceris.
Bonas partes tecum ipse tracta. Memoriam in ea que maxime mi
ratus es sparge. Tunc tibi fortissimus quisq; uictor doloris occur
rat. Ille qui dum uarices secandas preberet. legere librū perseue
rauit. ille qui non desiit ridere. cum hoc ipsum mirati tortores omnia
instrumēta crudelitatis sue experirentur. nō uincetur ratione q
uictus est risu? Quicquid uis nūc licet dicas. distillationes et ui
continue tussis egerentē uiscerum partes. et febrem precordia ipsa
torrentem. et sitim et artus in diuersū articulis exeuntibus tortos.
Sed plus est flama et eculeus et lamina et uulneribus ipsis intume
scentibus quod illa renouaret. et altius urgeret impressum. Inter hec
tamen aliquis non gemit. Parū est. non rogauit. parū est. nō respō
dit. parū est. risit. et quidem ex animo. Vis tu post hoc dolorē de
ridere? Sed nil inquis agere sinit morbus. qui me omnibus abdu
xit officiis. Corpus tuū ualitudo tenet. nū et animū? Itaq; cur
soris moratur pedes. sutoris aut fabri manus impediet. Si animus
tibi in usu esse solet. suadebis. docebis. audies. dices. queres. recor
daberis. Quid porro? Nichil agere te credis. si temperans eger sis?
Ostendes morbum posse superari. uel certe sustineri. Est michi cre
de uirtuti etiam in lectulo locus. Non tantū arma et acies dant
argumenta alacris animi. indomitiq; terroribus. et ī uestimētis

uir fortis apparet· habes quod agas. bene luctare cum morbo· Si
nichil te coegerit. si nichil exorauerit. insigne prodis exemplum·
O q̄ magna erat glorie materia. si expectaremur egri? Ipse te ex
pecta· ipse te lauda· Preterea duo genera sunt uoluptatū· Alterū
corporales morbos inhibet. non tamen tollit. imo si uerū extimes.
incitat magis· Iuuat bibere sitientem. gratior est esurientibus ci
bus· Quicquid ex abstinentia contingit auidius excipitur· Illas
uero animi uoluptates que maiores certioresq; sunt. nemo me
dicus egro negat· has quisquis sequitur. et bene intelligit. om̄ia
sensim blandimenta contemnit· O inquit infelicem egrū· quare?
quia non uino niuem diluit. quia nō rigorē potionis sue q̄ capa
ci scypho miscuit. renouat fracta insuper glacie. quia non ostrea
illi lucrina in ipsa mensa aperiuntur. quia non circa cenationē
eius tumultus coquorū est ipsos cū cibis focos transferentium· hec
enī iam luxuria est cōmenta. ne quis intepescat cibus· Palato
iam calloso parū fuerat. cenā culina prosequitur· O infelicem
egrum. edet quantū concoquat· non iacebit in conspectu aper ut
uilis caro a mensa relegatus. nec in repositorio eius pectora auiū.
totas enī uidere fastidiū est. congesta ponentur· Quid tibi mali
factum est? cenabis tanq̄ eger. imo aliquando tanq̄ sanus·
Sed omnia ista facile perferemus. sorbitionē. aquā calidā. et
quicquid aliud intolerabile uidetur delicatis et luxu fluentib;·
magisq; animo q̄ corpore morbidis. tantū mortē desinamus
horrere· desinemus autē si fines bonorū et malorū cognoueri
mus· Ita demū nec uita tedio erit. nec mors timori· Vitam
enim occupare satietas sui non potest. tot res magnas. uarias.
diuinas percensentem· In odiū illam sui adducere solet iners
ocium· Rerū naturam peragranti. numq̄ in fastidiū ueritas
ueniet· falsa satiabunt· Rursus si mors accedat. licet īmatura
sit. licet mediam precidat etatē. perceptus longissime fructus
est· Cognita est illi ex magna parte natura· scit temporū hone
sta non crescere· his necesse est uideri omnē uitam breuem.
qui illam uoluptatibus uanis et ideo infinitis metiuntur· his

te cogitationibus recrea. et interim epistolis nostris uacando. Ve
niet aliquando tempus. quod nos iterum iungat et misceat.
Quantulũ libet sit illud. longũ faciet scientia utendi. Nam ut
possidonius ait. unus dies hominũ eruditorum plus placet q̃
imperitis longissima etas. Interi hoc tene. hoc morde. aduersis
non succumbere. letis non credere. omnẽ fortune licentiã in ocu
lis habere. tanq̃ quicquid potest facere factura sit. Quicquid
expectatũ est diu. leuius accedit. Val.

·Lxxix·

De Scylla Charybdi et etna. e
equale ĩ õibꝫ ẽẽ qđ beatũ faciat
et q· quomodo glĩa sit umbra
uirtutis.

Expecto epistolas tuas. quibus michi indices circuitus sicilie
totius. quid tibi noui ostenderit. et omnia de ipsa charyb
di certiora. Nam scyllam saxũ esse. et quidẽ terribile na
uigantibus optime scio. Charybdis an respondeat fabulis. pscri
bi michi desidero. et si forte obseruaueris. dignũ est autẽ q. ob
serues. fac nos certiores. utrũ uno tantũ uento agatur in uer
tices. an omnis tempestas atq; flatus mare contorqueat. et an ue
rum sit quicquid illo freti turbine abreptũ est. p multa milia
trahi conditũ. et circa tauromintanũ litus emergere. Si hec
michi perscripseris. tũc tibi audebo mandare. ut in honorem
meũ ętnam quoq; ascendas. quã consumi et sensim subsidere
ex hoc colligũt quidam. q aliquanto longius nauigantibus so
lebat ostendi. Potest hoc accidere. non quia altitudo montis de
scendit. sed quia ignis euanuit. et nimis uehemens ac largus
effertur. ob eãdem causam fumo quoq; p diem segnior. Neutrũ
autẽ incredibile est. nec montẽ qui deuoraretur quotidie mi
nui. nec manere eundẽ. quia non ipm ignem exedere. sed in ali
qua inferna ualle conceptus exestuat. et aliis pascitur. In ipo
monte non alimentũ habet. sed uiam. In licia regio notissima
est. ephestion incole uocant. foratũ pluribus locis solum. quod
sine ullo nascentiũ damno. ignis ĩnoxius circuit. Leta itaq; re
gio est et herbida. nil flamis adolentibus. sed tantũ ui remissa
ac languida refulgentibus. Sed reseruemus ista. tũc quesituri
cum tu michi scripseris. quantũ ab ipo ore montis niues absint.
quas ne estas quidem soluit. adeo tute sunt ab igne uicino

Non est autē q istam curam imputes michi. Morbo enim tuo
daturus eras. etiam si nemo quid mandaret tibi. Nec pudor
obstet etiam describi in tuo carmine. ne huc solēnē omib; poe
tis locū attingas. quē quominus Ouidius tractaret nil obstitit.
quod iam uirgilius impleuerat. Nec corneliū uterq; seuerum
quidē deterruit. Omnibus preterea feliciter hic locus se dedit.
et qui precesserant non preripuisse michi uidentur que dici po
terant. sed aperuisse. Sed multū interest utrū ad consūptā ma
teriam. an ad subactam accedas. Crescit ī dies et inuenturis
inuenta non obstant. Preterea conditio optima ultimi para
ta uerba inuenit. que aliter instructa nouam faciem habent.
Nec illis manus iniciat tanq̄ alienis. sunt enī publica. Iuriscō
sulti negant quicq̄ publicū usu capi. Aut ego te non noui. aut
etna tibi saliuam mouet. Iam cupis grande aliquid et par pri
oribus scribere. Plus enim sperare modestia tibi tua non per
mittit. que tanta est in te. ut uidearis michi retractaturus
ingenii tui uires. si uincendi periculū sit. Tanta tibi priorū
reuerentia est. Inter cetera hoc habet boni sapientia. non potest
uinci. Nemo ab altero potest uinci. nisi dum ascenditur. Dum
ad sūmū perueneris paria sunt. Non est īcremento locus sta
tutus. Nunquid sol magnitudini sue adicit? Nunqd ultra q̄
solet luna procedit? Maria non crescūt. mundus eundē habi
tum ac modū seruat. Extollere se qui iustam magnitudinē
impleuere nō possūt. Quicunq; fuerit sapientes. pares erūt
et equales. habebit unusquisq; ex his proprias dotes. Alius erit
affabilior. alius expeditior. alius promptior in eloquendo. ali
us facundior. Illud de quo agitur. quod beatū facit. equale
omnibus est. An etna tua possit sublabi. et in se ruere. an
hoc excelsum cacumen et conspicuū per uasti maris spatium
detrahat assidua uis ignium. nescio. Virtutē nō flama non
ruina inferius adducet. hec una maiestas deprimi nescit. nec
proferri ultra nec referri potest. Sic huius ut celestium sta
tuta magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere. Iā multū

operis

operis effectum est. imo si uerum fateri uolo. non multũ· Non
enim bonitas est. pessimis esse meliorẽ· Quis oculis glorietur.
qui suspicetur diem. cui sol per caliginẽ splendet:~ licet contẽ
tus interim sit effugisse tenebras. adhuc non fruitur bono lucis·
Tunc animus noster habebit qđ gratuletur sibi. cũ emissus his
tenebris inquibus uolutatur. nõ tenui uisu clara prospexerit. s;
totum diem admiserit. et redditus celo suo fuerit. cũ receperit
locũ quẽ occupauit sorte nascendi· Sursum illũ uocant initia
sua· Erit autẽ illic etiam ante q̃ hac custodia exoluatur. cum
uitia disiecerit· purusq; ac leuis in cogitationes diuinas emi
cuerit· hoc nos agere lucili carissime in hoc ire impetu toto.
licet pauci sciant. licet nemo. iuuat· Gloria umbras uirtutis
etiam in uita comitabitur· Sed quẽadmodũ umbra etiam ali
quando antecedit. aliquando sequitur. uel a tergo est. ita glo
ria aliquando ante nos est. uisendamq; se prebet. aliquando
in aduerso est. maiorq; quo serior. ubi inuidia secessit· Q̃diu
uidebatur furere democritus· uix recepit socratẽ fama· q̃diu
catonẽ ciuitas ignorauit. respuit. nec intellexit nisi cũ perdidit·
Rutilij ĩnocentia ac uirtus lateret. nisi accepisset iniuriã. dũ
uiolatur effulsit· Nunqđ nõ sorti sue gratias egit. et exiliũ suũ
complexus est:~ De his loquor quos illustrauit fortuna dũ uexat·
Q̃ multorũ profectus in notitiã euasere post ipsos. q̃ multos fama
non excepit sed eruit· Vides epicurum quantopere non tantũ
eruditiores. sed hec quoq; imperitorũ turba miretur· hic igno
tus ipsis athenis fuit circa quas delituerat· Multis itaq; iã an
nis metrodoro suo superstes in quadam epistola cũ amiciciam
suam et metrodori grata cõmemoratione cecinisset. hoc nouissi
me adiecit· nichil sibi et metrodoro inter bona tanta nocuisse
q̃ ipsos illa nobilis grecia non ignotos solũ habuisset. sed pene
inauditos· Nunquid ergo non postea q̃ desierat esse. inuentus
est:~ Nunquid non opinio eius enituit:~ hoc metrodorus quoq;
in quadam epistola confitetur. se et epicurũ magnũ paratumq;
nomen habituros. et qui uoluissent per eadem ire uestigia·

Nulla uirtus latet. et latuisse non ipsius est dampnū· Veniet q̄
conditam et seculi sui malignitate compressam dies publicet·
Paucis natus est. qui populum etatis sue cogitat· Multa annorū
milia multa populorū superuenient· Ad illa respice· Etiamsi
omnibus tecum uiuentibus silentiū liuor indixerit. uenient
qui sine offensa sine gratia iudicent· Si quod est preciū uirtu
tis ex fama non hoc interit· Ad nos quidem nichil pertinebit
posterorū sermo· Tamen etiam nō sentientes colent ac fre
quentabūt· Nulli non uirtus et uiuo et mortuo gratiā rettu
lit. si modo illam bona secutus est fide. si se non exornauit et
pinxit. sed idem fuit. siue ex denuntiato uidebatur. siue in
speratus ac subito· Nichil simulatio proficit. paucis imponit
leuiter extrinsecus inducta facies· Veritas in omnē partē sui
eadem est· Que decipiūt nichil habent solidi· Tenue est
mendaciū. perlucet. si diligenter inspexeris· Val̄·

·lxxx·

De exercendo ī philosophia ingenio et q̄ uera libertas excusso metu mortis et paupertate acquiritur.

Hodierno die non tantū meo beneficio michi uaco. sed
spectaculi. quod omnes molestos ad speram matheianā
uocauit· Nemo irrūpit. nemo cogitationē meā impe
diet. que hac ipsa fiducia procedit audacius· Non crepuit sub
inde hostiū. non alleuatur uelum· licebit uno euadere. quod
magis necessariū est per se eunti. et suam sequenti uiam· Nō
ergo sequor priores? facio· sed permitto michi et inuenire ali
quid et mutare et relinquere· Non seruio illis. sed assenti
or· Magnū tamen uerbū dixi. qui michi silentiū promittebā
et sine interpellatore secretū· Ecce ingens clamor ex stadio pro
fertur. et me nō excutit michi. sed in huius ipsius rei contēptio
nem transfert· Cogito mecū q̄ multi corpora exerceant. inge
nia q̄ pauci· quantus ad spectaculū non fidele et lusoriū fiat
concursus. quanta circa artes bonas solitudo. q̄ imbecilli animo
sint. quorū lacertos humerosq; miramur· Illud maxime re
uoluo mecum. si corpus perduci exercitatione ad hāc patientiā
potest. qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat.
qua solem ardentissimū in feruentissimo puluere laborans

sustineat aliquis. et sanguine suo madens diem ducat. quanto faci
lius animus corroborari possit. ut fortune ictus inuictus excipiat.
ut proiectus. ut conculcatus exurgat. Corpus enim multis eget
rebus ut ualeat. animus ex se crescat. ipse se alit. se exercet. Illi mul
to cibo. multa potione opus est. multo oleo. multa deniq; opera.
Tibi continget uirtus sine apparatu. sine impensa. Quicqd facere
te potest bonū. tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? Velle.
Quid autē melius poteris uelle. q̄ eripere te huic seruituti. que
omnes premit. quā mancipia quoq; condicionis extreme et ī his
sordibus nata. omni modo exuere conantur. Peculiū suū quod
comparauerunt. uentre fraudato pro capite numerāt. Tu nō
concupisces quanticūq; ad libertatem peruenire. qui te in illa
putas natum? Quid ad arcam tuam respicis? Emi potest. Itaq;
in tabulas uanū conicitur nomen libertatis. quā nec qui eme
runt habent. nec qui uendiderūt. Tibi des oportet istud bonū.
a te petas. Libera te primū metu mortis. illa nobis iugū imponit.
deinde metu paupertatis. Si uis scire q̄ nichil in illa mali sit. com
para inter se pauperū et diuitum uultus. Sepius pauper et fide
lius ridet. Nulla sollicitudo in altero est. etiam si qua incidit cu
ra. uelut nubes leuis transit. Horū qui felices uocantur hilari
tas ficta est. ac grauis. et subpurata tristicia. eo quidē grauior
quia interdum non licet palam esse miseros. sed inter erumnas
cor ipm̄ exedentes. necesse est agere felicem. Sepius hoc exem
plo utendum michi est. Nec enī ullo efficacius exprimitur hu
mane uite munus. quod nobis partes quas male agamus assignat.
Ille qui in scena latus incedit. et hec resupinus dixit. Impero ar
gis. regna michi liquit pelops. Qua ponto ab elles ab ionio mari ur
getur histhmos. seruus est. quinq; modios accipit. quinq; dena
rios. Ille qui superbus atq; impotens et fiducia uirium tumidus
ait. q̄ nisi quieueris menelae. hac dextera occides. diurnū acci
pit. in centuculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas. quos
supra capita hominū supraq; turbam delicatos lectica suspendit.
Omnium istorū personata felicitas est. Contemnes illos si despo

liaueris· Equū empturus. solui iubes stratum· detrahis uestimenta uenalibus. ne qua uitia corporis lateant· hominē inuolutum extimas· Mangones quicquid est quod displiceat· aliquo lenocinio abscondunt· Itaq; ementibus. ornamēta ipsa suspecta sūt· Si ue crus alligatū. siue brachiū aspiceres. nudari iuberes. et ipm tibi corpus ostendi· Vides illū scytie sarmatię ue regem insigni capitis decore. si uis illum extimare. totūq; scire qualis sit fasciā solue. multū mali sub illa latet· Quid de aliis loquor? Si perpendere te uoles. sepone pecuniā. domū. dignitatē. intus te ipse considera· Nūc qualis sis. aliis credis. Vale·

· LXXXI ·

Qꝛ propt' ingratitudinē nō ē a beneficiis cessandū. de cōpēsatione iniurie et beneficii. q' nemo sat referre gratiā n' sapiēs. de bono gratitudīs ⁊ ingratitudinis.

Quereris incidisse te in hominē ingratū· Si hoc nūc primū. age aut fortune aut diligentie tue gratias· Sed nil facere hoc loco diligentia potest. nisi te malignū· Nam si hoc periculū uitare uolueris non dabis beneficia· Ita ne apud aliū pereāt. apud te peribūt· Non respondeāt potius q̄ non dentur· Et post malam segetem serendum est· Sepe quicquid perierat. assidua infelicis soli sterilitate. unius anni restituit ubertas· Est tanti ut gratū inuenias. experiri et ingratos? Nemo habet tam certam in beneficiis manū. ut nō sepe fallatur· Aberrent. ut aliquando hereant· Post naufragiū maria tentantur· Feneratorē non fugat a foro coactor· Cito inerti ocio uita torpebit. si relinquēdū est quicquid offendit· Te uero benigniorē hec ipsa res faciat· Nam cuius rei euentus incertus est. id ut aliquando procedat sepe tentandū est· Sed de isto satis multa in his libris locuti sumus. qui de beneficiis inscribuntur· Illud magis querendū est. quod nō satis ut existimo questitū est. an is qui profuit nobis. si postea nocuit paria fecerit. et nos beneficio soluerit· Adice si uis et illud. multo plus postea nocuit q̄ prius profuerat· Si rectā illā rigidi iudicio sententiā queris. alterum ab altero absoluet et dicet· Quamuis iniurie prepondereāt. tamen beneficiis donetur quod ex iniuria superest· Plus nocuit. sed plus profuit· Itaq; habeatur et temporis ratio· Iam illa manifestiora sunt q̄ ut admoueri debeas· Querendū esse. q̄ libenter profuerit. q̄ inuitus nocuerit. quoniā animo et iniurie et beneficia

constant· Nolui beneficiū dare. uictus sum aut uerecundia aut
instantis pertinacia. aut spe· Eo animo quidq; debetur quo dat᷑·
Nec quantū sit. sed a quali profectū uoluntate perpenditur· Nūc
coniectura tollatur. et illud beneficiū fuit. et hoc quod modū be
neficij prioris excessit. iniuria est· Vir bonus utrosq; calculos sic
ponit. ut se ipē circūscribat· beneficio adiciat. iniurie demit· Al
ter ille remissior iudex quē me esse malo. iniurie obliuisci debe
bit. officij meminisse· hoc certe inq̄ iusticie conuenit· suū cuiq;
reddere· beneficio gratiam. iniurie talionē. aut certe malam
gratiam· Verū erit istud. cū alius iniuriā fecerit. alius benefici
um dederit· Nam si idē beneficiū et iniuriam fecit. uis iniu
rie extinguitur· Nam cui etiam si merita beneficia nō antecesf
sissent oportebat ignosci. post beneficia ledenti plusq̄ uenia de
betur· Non pono utriq; par preciū· Pluris extimo beneficium q̄
iniuriā· Nō om̄es gratis sciunt debere beneficiū· Potest hoc scire
etiam imprudens et rudis et unus e turba. utiq; dum prope sibi
est reddere beneficiū. et pēsare ab accepto. ignorat autē quantū
prodesse debeat· Vni sapienti notū est. quanti res queq; taxanda
sit· Nam ille de quo loquebar modo stultus. etiā si bone uolunta
tis est. aut minus q̄ debet. aut tēpore aut quo nō debet loco red
dit. id quod referendū est. effundit atq; abicit· Mira in quibusdā
rebus uerborū proprietas est. et consuetudo sermonis antiqui q̄dā
efficacissimis et officia docentibus notis signat· Sic certe solemus
loqui· Ille illi gratiam rettulit· Referre est. ultro quod debeas
afferre· Non dicimus gratiam reddidit· Reddunt enī et qui re
poscuntur. et qui inuiti. et qui ubilibet. et qui ꝑ alium· Non dici
mus ibi reposuit beneficiū. aut soluit· Nullū aliud nobis placuit.
nisi q̄ eri alieno conuenit uerbū· Referre est ad eū a quo accepe
ris referre· hec uox significat uolūtariā relationē· Qui rettu
lit. ipē se appellauit· Sapiens omnia examinabat secū. quātū
acceperit. a quo. quando. ubi. quēadmodū· Itaq; negamus quēq̄
scire gratiam referre. nisi sapientē. non magis q̄ beneficium dare
quisq̄ scit nisi sapiens. is scilicet qui magis dato gaudet. q̄ alius

. Referre .

accepto · hoc aliquis inter illa numerat . que uidemur inopinata
omnibus dicere · Nemo ergo scit preter sapientē referre gratiam ·
Ergo nec quod debet creditori suo reponere . quisq̄ scit alius . nec
cū emit aliquā rem preciū uenditori persoluere · Sed ne nobis fiat
iniuria scito idē dicere Epicurū · Metrodorus certe ait . solū sapien
tem referre gratiam scire · Deinde idem admiratur cum dicimus .
Solus sapiens scit amare · solus sapiens amicus est · atqui et amoris
et amicitie pars est . referre gratiam scire · Jmo hoc magis uulgare
est . et in plures cadit q̄ uera amicitia · Deinde idē admiratur qđ
dicimus . fidem nisi in sapiente nō esse . tanq̄ non ipse idem dicat ·
An tibi uidetur fidē habere . qui referre gratiam nescit :~ Desinat
itaq; infamare nos tanq̄ incredibilia iactantes . et sciat apud sa
pientē esse ipsa honesta apud uulgū simulacra rerū honestarum
et effigies · Nemo ergo referre gratiam scit nisi sapiens · Stultus
quoq; utcumq; scit . et quēadmodū potest referat · Scientia illi po
tius q̄ uoluntas desit · Velle non discitur · Sapiens inter se omīa
comparabit . maius enī eius opus aut minus fit q̄uis idē sit tem
pore . loco . causa · Sepe enī hoc nō potuere diuitie in domū īfuse .
quod oportune dati mille denarij · Multū enī interest dona
ueris . an succurreris . seruauerit illū tua liberalitas an instruxerit ·
Sepe quod datur exiguū est . quod sequitur ex eo magnū · Quātū
autē existimas interesse . utrū aliquis quod dederat uł quod pre
starat sūpserit . an beneficiū acceperit ut daret · Sed ne in eadem
que satis scrutati sumus reuoluamur . in hac comparatione bene
ficij et iniurie . uir bonus iudicabit quidē quod erit equissimū ·
sed beneficio fauebit . et in hanc erit partē procliuior · Plurimū
autē momēti persona solet afferre in rebus eiusmodi · Dedisti mi
chi beneficiū in seruo · amicicā fecisti in patre · Seruasti michi fi
lium . sed patrē abstulisti . et deinceps alia per que procedit omīs cō
uł pusillū
so latio prosequitur · Et si plus illud erit . quod intersit dissimu
labit . etiā si multū fuerit · Et si id donari salua pietate ac fide
poterit . remittet . idest si ad ipm̄ tota pertinebit iniuria · Sūma
rei hec est · facilis erit in commutando · patietur plus imputari

Vulgum · Attende ·

iniuriam

sibi. inuitus beneficiū p̄ compensationē iniurię soluet. et in hanc
partē inclinabitur. huc uerget ut cupiat debere gratiam. cupiat
referre. Errat enī siquis beneficiū libentius accipit q̄ reddit. Et
quanto hilarior est qui soluit. q̄ qui mutuatur. tanto debet letior
esse qui se maxime ęre alieno accepti beneficij exonerat. q̄ qui acci
piens maxime obligatur. Nam in hoc quoq; falluntur ingrati q̄
creditori quidē preter sortē. extra ordinē numerant. Beneficia
orū autem usum esse grauē tū non putant. et illa crescūt mora.
tantoq; plus soluendū est. quanto tardius. Ingratus est qui bene
ficiū reddit sine usura. Itaq; huius quoq; rei habebitur ratio cū
conferentur accepta et expensa. omnia facienda sunt. ut q̄ gratis
simi simus. Nostrū enim hoc bonū est. quēadmodū iusticia. non
est ut uulgo creditur ad alios pertinens. Magna pars eius in se re
dit. Nemo nō. cum alteri prodest. sibi profuit. Non eo nomine di
co. quo uolet adiuuare adiutus. protegere defensus. Quod exē
plum bonū circuitu ad facientē reuertitur. sicut mala exempla
recidunt in autores. nec ulla miseratio contigit his qui patiuntur
iniurias. quas posse fieri faciendo docuerunt. Sed quod uirtutū
omniū preciū in ipsis est. Non enī exercentur ad premiū. Recte
facti fecisse merces est. Gratus sū. non ut alius michi libentius
prestet. priori irritatus exemplo. sed ut rem iocundissimam ac
pulcherrimā faciam. Gratus sum non quia expedit. sed quia
iuuat. hoc ut scias ita esse. si gratum esse non licebit. nisi ut ui
dear ingratus. si reddere beneficiū non aliter q̄ per spēm iniu
rię potero. ęquissimo animo ad honestū consiliū per mediā infa
miam tendam. Nemo michi pluris extimare uidetur uirtutem.
nemo illi magis esse deuotus. q̄ qui boni uiri famā perdidit. ne
conscientiā perderet. Itaq; ut dixi. maiore tuo q̄ alterius bono
gratus es. Illi enī uulgaris et quotidiana res contigit. recipere qd̄
dederat. tibi magna et ex breuissimo animi statu profecta. gratū
fuisse. Nam si malitia miseros facit. uirtus beatos. Gratū autem
esse uirtus est. rem usitatam reddidisti. inextimabilem consecu
tus es. conscientiam grati. quę nisi in animū diuinū fortunatūq;

.Gratus.

non peruenit · In contrariũ autẽ hũc effectum summa infelicitas urget · Nemo si ingratus est miser est. (at qui sibi gratus ẽ miser erit.) Non differo illum. statĩ miser est · Itaq; ingrati esse uitemus. non aliena causa sed nostra · Minimũ ex nequitia leuissimũq; ad alios redundat · Quod pessimũ ex illa est et ut ita dicam spississimũ domi remanet et premit habentẽ · Quẽadmodũ Attalus noster dicere solebat. malitia ipsa maximã partẽ ueneni sui bibit · Illud uenenũ quod serpentes in alienã proferũt ꝑnitiẽ sine sua continent · Non est huic simile. hoc habentibus pessimũ est · Torquet ingratus se et macerat · odit quę accepit · quia redditurus est. et extenuat · Iniurias uero dilatat atq; auget · Quid autẽ eo miserius. cui beneficia excidunt · iniurię herent. At contra sapientia exornat omne beneficiũ · et sibi ipsa cõmendat. et se assidua eius cõmemoratione delectat · Malis una est uoluptas et hęc breuis. dũ accipiũt beneficia. ex quibus sapienti longũ gaudiũ manet ac perenne · Illum enĩ non accipere sed accepisse delectat. quod ĩmortale est et assiduũ · Illa contemnit quibus lesus est. nec obliuiscitur ꝑ negligentiam sed uolens · Non uertit omnia in peius. nec querit cui imputet casum et peccata hominũ · ad fortunã potius refert · Non calũpniatur uerba nec uultus. quicquid accidit benigne interpretando leuat · Non offense potius q̃ officij meminit. Quantũ potest se in priore ac meliore memoria detinet · nec mutat animũ aduersus benemeritos nisi multũ malefacta precedũt. et manifestũ etiam conuienti discrimen est · Tunc quoq; in hoc dũtaxat. ut talis sit post maiorem iniuriã qualis ante beneficium · Nam cũ beneficiũ par est iniurię · beniuolentię aliquid in animo remanet · Quẽadmodũ reus sententijs paribus absoluitur et sẽp quicquid dubiũ est humanitas inclinat in melius. sic animus sapientis ubi paria maleficijs merita sunt. desinet quidẽ debere · sed nõ desinet uelle debere et hoc facit q̃ qui post. es tabulas nouas soluit · Nemo autẽ gratus esse potest. nisi contempsit illa propter que uulgꝰ insanit · Si referre uis gratiam. et in exiliũ eundum est · et effundendus sanguis. et suscipienda egestas. et ipsa innocẽtia sepe maculanda et indignis obicienda rumoribus · Non paruo sibi cõstat

al' spurcissimũ

nõ credit

homo gratus. Nichil carius extimamus q̄ beneficiū q̄ diu petimus. ni
chil uilius cū accepimus. Queris quid sit quod obliuionē nobis ac
ceptorū faciat? Cupiditas accipiendorū. Cogitamus nō quid impe
tratū. sed quid petendū sit. Abstrahūt a recto diuitie. honores. potē
tia. et cetera que opinione nostra cara sunt. precio suo uilia. Ne
scimus extimare res. de quibus nō cum fama. sed cum rerū natu
ra deliberandū est. Nichil habent ista magnificū. quo mentes in
se nostras trahant. preter hoc q̄ mirari illa consueuimus. Nō enī
quia concupiscenda sunt laudantur. sed concupiscuntur quia lau
data sunt. et cum singulorū error publicū fecerit. singulū error (sc. singulos)
facit publicus. Sed queadmodū illa credimus. sic et hoc fidei popu
li credamus. nichil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes.
omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt. in hoc
bonis malisq; conueniet. Erūt qui uoluptates laudent. erūt q
labores malint. erūt qui labores et dolorem maximū malū dicant.
erunt qui ne malū quidem appellent. Diuitias aliquis ad sūmū
bonū admittent. alius illas dicet malo uite humane repertas. ni
chil esse eo locupletius. cui quod donet fortuna non inuenit. In tā
ta iudiciorū diuersitate referendam bene merentibus gratiam.
omnes tibi uno quod aiunt ore affirmabūt. In hoc tam discors
turba consentiet. cum interī iniurias pro beneficiis reddimus. et
prima causa est. cur quis ingratus sit. si gratus satis esse nō potuit.
Eo perductus est furor. ut periculosissima res sit beneficia in ali
quem magna conferre. Nam quia putat turpe non reddere. nō
uult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti. non repeto. nō exi
go. profuisse tuū sit. Nullum est odiū perniciosius. q̄ me benefi
cii uiolati pudere. Val.

DEsii iam de te esse sollicitus. Quē inquis deorū sponsorem
accepisti? Eum scilicet qui neminē fallit. animū recti ac
boni amatorem. In tuto pars tui melior est. Potest fortuna
tibi iniuriam facere. qđ ad rem magis pertinet non timeo ne tu
facias tibi. I. qua ire cepisti. et in isto te totius uite habitu compone.
placide non molliter. Nūc sic excipe quemadmodū a populo solet

N

..Verum.

.LXXXII.

De inerti quiete uel ocio. Inducit
de morte disputationē q̄ licet spē̃z
hāt mali nō tñ ē malū ut bonū
q̄m cō̃artitionē reprobās īfert c̄
mortē nō uerbis s; rebus pugnādū.

dia dure. aspere. laboriose. audire solemus sic quorundã uitã lau
dari. quibus inuidetur. Molliter uiuit. hoc dicunt. mollis est.
Paulatim enĩ effeminatur animus. atq; in similitudinẽ ocij sui
et pigritie in qua iacet soluitur. Quid ergo? Viro non uel obri
gescere satius est? Deinde idẽ delicati timent mortẽ cui uitam
suã fecere similem. Multum interest inter ociũ et conditiuum.
Quid ergo inquis? non satius est. uel sic iacere. q̃ et istis officiorum
uerticibus uolutari? Vtraq; res detestabilis est. et contractio et tor
por. Puto eque qui in odoribus iacet. mortuus est. q̃ qui rapitur
uncto
hinc. Ocium sine litteris mors est. et hominis uiui sepultura.
Quid deinde prodest secessisse. tanq̃ non transmaria nos sollicitu
cause
dinũ esse persequantur? Que latebra est in quã non intret me
tus mortis? Que tam emunita et in altũ subducta uite quies.
quam non dolor territet? Quocumq; te abdideris. mala huma
na circũstrepent. Multa sunt extra que circũeunt nos ut fallant
aut urgeant. multa intus que in media solitudine exestuant.
Philosophia circumdanda sunt. Inexpugnabilis est murus. quẽ
fortuna multis machinis lacessitũ non transit. In superabili loco
stat animus. qui externa deseruit. et arce sua uendicat. Infra
illum omne telum cadit. Non habet ut putamus fortuna longas
manus. neminẽ occupat nisi herentẽ sibi. Itaq; quantũ possumus
ab illa resiliamus. q sola prestabit sui natureq; cognitio. Sciat
quo iturus sit. unde ortus. quod illi bonũ. quod malum sit. quid
petat. quid euitet. que sit illa ratio que appetenda aut fugienda
discernat. qua cupiditatũ mansuescat insania. timorũ seuitia
compescitur. hec quidam putant se ipsos etiam sine philosophia
repressisse. sed cum securos aliquis casus expertus est. exprimitur
sera confessio. magna uerba excidunt. Cum tortor poposcit ma
al propius
num. cũ mors potius accessit. possis illi dicere. Facile prouocabas
mala absentia. Ecce dolor quem tolerabilem esse dicebas. ecce
mors. quã contra multa animose locutus es. sonant flagella.
Virgil.
gladius micat. Nũc animis opus enea. nũc pectore firmo. Faciet
autẽ illud firmũ assidua meditatio. si nõ uerba exercueris sed

animū· si contra mortē te preparaueris. aduersus quam non exhorta
bitur nec adtollet qui cauillationibus suis tibi persuadere tentaue
rit. mortē malum non esse· Libet enī lucili uirorū optime ridere
ineptias grecas. quas non dū quamuis mirer excussi· Zenon noster
hac collectione utitur· Nullum malū gloriosum est. mors autem
gloriosa est. mors ergo non est malū· Profecisti. liberatus sū metu.
post hoc non dubitabo porrigere ceruicem· Non uis seuerius lo
qui. nec morituro risum mouere· Non me hercules facile tibi di
xerim. utrū ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudicabit
mortis metū extinguere. an qui hoc tanq̄ ad rem pertineret cona
tus est soluere· Nam et ipse interrogationē contrariam opposuit.
ex eo natam q. mortē inter indifferentia ponimus. que adiapho
ra greci uocant· Nichil inquit indifferens gloriosum est. mors aūt
est indifferens. ergo mors non est gloriosa· hec interrogatio ui
des ubi obrepat· Mors non est gloriosa. sed fortiter mori gloriosū
est· Et cum dicis. indifferens nichil gloriosum est. concedo tibi ita
ut dicam. nichil gloriosum esse nisi circa indifferentia· Tanq̄ ī
differentia esse dico idest nec bona nec mala. morbū. dolorem.
paupertatē. exilium. mortē· Nichil horū per se gloriosum est·
Nichil tamen laudatur sine his· laudatur enī paup̄ uoluntarius
nō paupertas. sed quem non sūmittit. sed incuruat· laudatur
non exilium. sed is qui patienter tulit· laudatur non dolor.
sed is quem nichil coegit dolor· Nemo mortē laudat. sed eū cuius
mors ante abstulit animū q̄ conturbauit· Omnia ista per se nō
sunt honesta nec gloriosa. sed quicquid ex illis uirtus adiit trac
tauitq; honestū et gloriosum facit· Illa in medio posita sunt·
Interest utrū malicia illis an uirtus manū admouerit· Mors enī
illa que in catone est gloriosa. in bruto statim turpis est et eru
bescenda· hic est enim brutus. qui cum periturus mortis moras
quereret. ad exonerandū uentrē secessit. et euocatus ad mortē.
iussusq; prebere ceruicem. prebebo inquit ita ut uiuam· pene ad
iecit uel sub antonio· O. hominē dignū qui uite dederetur·
Sed ut ceperam dicere: ut des ipām mortē nec bonū esse nec malū

Cato illa honestissime usus est. turpissime brutus. Omnis res quod
nō habuit decus uirtute addita sumit. Cubiculū lucidū dici
mus. hoc idem obscurissimū est nocte. dies illi lucē infundit.
nox eripit. Sic istis que a nobis indifferentia ac media dicuntur.
diuitijs. uiribus forme honoribus regno. et contra morti exilio
male ualitudini doloribus. queq; alia aut magis aut minus per
timuimus. aut malitia aut uirtus dat boni uel mali nomen.
Massa per se nec calida nec frigida est. In fornacem coniecta cō
caluit. in aquam remissa refrixit. Mors honesta est per illud quod
honestum est. idest uirtus et animus extrema contemnens. Sūt
et horū luali que appellamus media grande discrimen. Non e
nim sic mors indifferens est quomodo utrū capillos pares habe
as nec ne. Mors inter illa est. que mala quidē non sunt. tamen
habent mali spetiē. Sui amor est et permanendi conseruandiq;
se insita uolūtas. atq; aspernatio dissolutionis. quia uidetur mul
ta nobis bona eripere. et nos ex hac cui assueuimus rerū copia e
ducere. Illa quoq; res morti nos alienat. q̄ hec iam nouimus. illa
ad que transituri sumus nescimus qualia sint. et horremus igno
ta. Naturalis preterea tenebrarū metus est in quas nos abductu
ra mors creditur. Itaq; etiam mors si indifferens est. non tamen
ea est que facile negligi possit. Magna exercitatione durandus
est animus. ut conspectū eius accessumq; patiatur. Mors contem
ni debet magis q̄ solet. Multa enim de illa credidimus. multorū
ingenijs certatū est ad augendam eius infamiam. Descriptus est
carcer inferus. et perpetua nocte oppressa regio. in qua ingens ianitor
orci. Ossa super recubans antro semesa cruento Eternū latrās
exangues territat umbras. Etiam cū persuaserit istas fabulas esse.
nec quicq̄ defunctis superesse quod timeant. subit alius metus.
Eque enī timent ne apud inferos sint. q̄ ne nusq̄. his aduersan
tibus. que nobis ostendit longa persuasio. fortiter pati mortē
quidni gloriosum sit et inter maxima opera mentis humane.
Que nunq̄ ad uirtutē exurget. si mortē malum esse crediderit.
exurget si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura

ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat. pigre
ueniet et cunctanter. Non est autē gloriosum quod ab inuito et ter
giuersante fit. Nichil facit uirtus quia necesse est. Adice nūc q
nichil honeste fit. nisi cui totus animus incubuit atq; affuit. cui nul
la parte sui repugnauit. Vbi autē ad malū accedit. aut peiorum
metu fit. aut spe bonorum. ad que peruenire tanti sit. Deuorata
unius mali patientia. dissident inter se iudicia facientis. hic est
q iubeat proposita perficere. illinc quod retrahat. et ab hac re su
specta ac periculosa fugiat. Igitur in diuersa distrahitur. Si hoc ē
perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta peragit. non ti
met quod facit. Tu ne cede malis. sed contra audentior ito q̄ tua
te fortuna sinet. Non ibis audentior. si mala illa esse credideris.
Eximendum hoc ex pectore est. alioquin hesitabit. Impetū mora
tura est suspicio. Trudetur in id quod inuadendum est. Nostri
quidē uideri uolunt Zenonis interrogationē uerā esse. fallacē
autē alteram et falsam que illi opponitur. Ego non redigo ista ad
legem dialecticam. et ad illos artificij ueternosi nodos. totū genus
istuc exturbandū iudico. quo circūscribi se qui interrogatur existi
mat. et ad confessionē perductus. aliud respondet. aliud putat.
Pro ueritate simplicius agendū est. contra metū fortius. hec ipsa
que uoluuntur ab illis. soluere malim et expendere. ut persuadeā
non ut imponam. In aciem educturi exercitū. pro coniugibus et
liberis mortē obiturum. quomodo exhortabimur. Do tibi fabios
totū . r̄ . p̄ . bellum in unam transferentes domū. Laconas tibi o
stendo in ipsis thermopylarū angustijs positos. nec uictoriam spe
rantes nec reditū. Ille locus illis sepulchrū futurus est. Quemad
modum exhortaberis ut totius gentis ruinam obiectis corporibus
excipiant et uitā priusq̄ loco cedant. Dices. quod malum est glo
riosum non est. mors uero gloriosa est. mors ergo non malum est.
O efficacē contentionē. quis post hanc dubitet. se infestis mucro
nibus ingerere. et stans mori. At ille leonidas q̄ fortiter illos al
locutus est. Sic inquit cōmilitones prandete tanq̄ apud inferos
cenaturi. Non in ore creuit cibus. non hesit in faucibus. nō elapsꝰ

manibus· Alacres et ad prandium illi processerunt et ad cenam· Quid
dux ille romanus. qui ad occupandum locum milites missos. cum p
ingentem hostiū exercitum ituri essent. sic allocutus est· Ire cōmi
litones illo necesse est. unde redire non est necesse· Vide q̄ simplex
et imperiosa uirtus sit· Quē mortalium circū scriptiones uestre
fortiorem facere. quem erectiorem possunt. frangunt animū
qui nunq̄ minus contrahendus est. et ī munita ac spinosa cogē
dus. q̄ cum aliquid grande componitur· Non trecentis sed om
nibus mortalibus mortis metus detrahi debet· Quomodo illos
doces malum non esse. quomodo opiniones totius eui quibus pro
tinus ab infantia es imbutus euincas. Quod auxilium inuenies.
quid dices imbecillitati humane. quo inflamati in media pericula
irruant. qua oratione hunc timendi consensum. quibus ingenij
uiribus obnixam contra te persuasionē humani generis auertis.
Verba captiosa michi componis. et interrogatiunculas nectis·
Magnis telis magna portenta feriuntur· Serpentem illam in
Africa seuam. et romanis legionibus bello ipō terribiliorem. fru
stra sagittis fundisq; petierunt· Ne phitio quidem uulnerabilis
erat. cum ingens magnitudo pro uastitate corporis solida. ferrū
et quicquid humane torserant manus reiceret· Molaribus de
mum fracta saxis est. et aduersus mortē totam munita iacula
ris· Subula leonem excipis· Acuta sunt ista que dicis· Nichil est
acutius arista· Quedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas
reddit· Vale·

· lxxxiii ·

De statu senectutis sue deq; frugali conuersatione sua deq; ebrietate primū aliorum deinde suā ponit sententiā·

Singulos dies tibi meos. et quidem totos indicari iubes·
Bene de me iudicas. si nichil esse in illis putas quod abs
condam· Sic certe uiuendum est. tanq̄ in conspectu ui
uamus· sic cogitandum tanq̄ aliquis inspectus intimū prospice
re possit· Et potest· Quid enim prodest ab homine aliquid esse
secretū. Nichil deo clusum est· Interest animis nostris. et cogi
tationibus medijs interuenit· Sic interuenit dico. tanq̄ ali
quando discedat· Faciam ergo quod iubes. et quid agam et quo
ordine. libenter tibi scribam· Obseruabo protinus me. et quod

est utillimū. diem meum recognoscam· hoc nos facit pessimos. q
nemo uitam suam respicit· Quid facturi sumus cogitamus· atq;
consilium futuri ex preterito uenit· hodiernus dies solidus est.
nemo ex illo quicq̄ michi eripuit. totus inter stratum lectionē q;
diuisus est. minimū exercitationi corporis datum· et hoc nomine
ago gratias senectuti· Non magno michi constat. cum me moui
lassus sum· hic autē est exercitationis fortissimus finis· Per gy
nasios meos queris.˜ Vnus michi sufficit· farius puer ut scis ama
tur. sed mutabitur· Jam aliquem teneriorem quero· hic quidē
ait nos eandem crisin habere quia utriq; dentes cadunt· Sed
iam uix illum assequor currentem. et intra paucissimos dies nō
potero· Vide quid exercitatio quotidiana proficiat· Cito magnū
interuallū fit inter duos itinere diuerso euntes· Eodem tempo
re ille ascendit. ego descendo. nec ignoras quanto ex his uelocius
alterum fiat· Mentitus sum· Jam enim etas nostra non descen
dit. sed cadit· Quomodo tamen hodiernū certamen nobis cesse
rit queris.˜ Quod raro cursoribus euenit fecimus· Ab hac fati
gatione magis q̄ exercitatione. in frigidam descendi· hec apud
me uocatur parum calda· Jlle tantus psycrolutres qui kl̄is Ja
nuaryis euripū salutabam. qui anno nouo quemadmodū lege
re scribere et dicere aliquid. sic auspicabar in uirginē desilire.
primū ad ti berim transtuli castra· deinde ad hoc soliū. q hoc
fortissimus sum. et omnia bona fide fiunt sol temperat· Nō
multū michi ad balneū superest. panis deinde siccus et sine mē
sa prandium. post quod non sunt lauande manus· Dormio mi
nimū. consuetudinem meam nosti. breuissimo utor somno. et
quasi interuigilo. satis est michi uigilare desisse· Aliquando dor
misse me scio. aliquando suspicor· Ecce circensium obstrepit cla
mor. subita aliqua et uniuersa uoce feriuntur aures mee. nec
cogitationē excutiunt meam. nec interrumpūt quidem· fremi
tum patientissime fero· Multe uoces et in unū confuse pro fluc
tu michi sunt. aut siluam uento uerberante. et ceteris sine in
tellectu sonantibus· Quid ergo est.˜ Nūc cui animū aduerteri

dicam· Superest ex hesterno michi cogitatio. quid sibi uoluerint
prudentissimi uiri. qui rerū maximarū probationes leuissimas et
perplexas fecerint· que et si sint uere. tamen mendacio similes sūt·
Vult nos deterrere ab ebrietate zenon uir maximus. huius sec
tę fortissime ac sanctissimę conditor· Audi ergo quēadmodum
colligat. uirum bonū non futurum ebrium· Ebrio secretum ser
monem nemo committit. uiro autē bono cōmittit. ergo uir bon'
ebrius non erit· Deinde quēadmodū opposita inte rogatione si
mili derideatur adtende· Satis est enim unam ponere ex mul
tis· Dormienti nemodo secretū sermonē cōmittit. uiro autē bono
cōmittit. uir ergo bonus non dormit· Quo uno potest modo possi
donius zenonis nostri causam agit. sed nec sic quidem ut existi
mo agi potest· Ait enim ebrius duobus modis dici potest. altero.
cū aliquis uino grauis est et inpos sui. altero. si solet ebrius fieri.
et huic obnoxius uitio est· hūc notari a zenone qui soleat ebrius
fieri. non qui est· huic autē neminē cōmissurū archana que per
uinū eloqui possit· Quod est falsum· Prima enim illa interroga
tio complectitur eum qui est ebrius. non eū qui futurus est· Pluri
mū enim interesse concedes. inter ebriū et ebriosum· Potest et
qui ebrius est. tūc primū esse. nec habere hoc uitium. et qui ebrio
sus. sepe extra ebrietatem esse· Itaq; id intelligo. quod significari
uerbo isto solet. presertim cum ab homine diligentiā professo pona
tur. et uerba examinante· Adice nūc q si hoc intellexit zenon et
nos intelligere noluit. ambiguitate uerbi quesiyt locum fraudi.
quod faciendū nō est. ubi ueritas queritur· Sed sane si hoc sen
serit. quod sequitur falsum ē ei qui soleat ebrius fieri. nō cōmitti
sermonē secretum· Cogita enī q̄ multis militibus non semper
sobriys et impator et tribunus et centurio tacenda mandauerit·
De illa .G. Cesaris cede. illius dico qui superato pompeio rē. p. te
nuit. tam creditū est uel cimbro q̄ cassio· Cassius tota uita aquā
bibit· Tullius cimber et nimius erat in uino et scordalis· In hanc
rem locutus est ipse· Ego inquit quenq̄ feram qui uinū ferre nō
possum· Sibi quisq; nūc nominet eos. quibus scit et uinū male

credi

credi et sermonem bene · Vnũ tamen exemplũ quod occurrit mi
chi referam · ne intercidat · Instituenda est enim uita exemplis illu
stribus · Non semper confugiam ad uetera · L · Piso urbis custos ebri
us ex quo semel factus est fuit · maiorem partẽ noctis in conuiuio
exigebat · usq; in horam fere sextam dormiebat · hoc eius erat matu
tinũ · Officium tamen suũ quo tutela urbis continebatur diligen
tissime administrauit · huic et diuus augustus dedit secreta mã
data · cum illũ preponeret thracie quam perdomuit · Et tyberius
proficiscens in campaniã · cũ multa in urbe et suspecta relinqueret
et inuisa · puto quia illi bene cesserat pisonis ebrietas · Postea cossũ
fecit urbis prefectum · uirum grauẽ et moderatũ · sed uino mersũ
et madentẽ · adeo ut ex senatu aliquando in quẽ e conuiuio uene
rat oppressus inexcitabili somno tolleretur · huic tamen tyberius
manu sua multa scripsit que cõmittenda ne ministris quidẽ suis
iudicabat · Nullũ cosso aut priuatũ secretũ aut publicũ elapsũ est ·
Itaq; declamationes istas de medio remoueamus · Non est animus
in sua potestate ebrietate deuinctus · Quemadmodũ ipsa dolia mu
sto rumpuntur · et quicquid in imo iacet · in sũmã partẽ uis caloris
eiectat · sic uino exaestuante · quicquid in imo iacet abditũ effertur
et prodit in mediũ · Onerati mero · quemadmodũ cibum in ore nec
potum uino redundante retinent · ita ne secretũ quidẽ quod suũ
alienũ ue est · pariter effundunt · Sed q̃uis hoc soleat accidere · et
illud solet ut cũ his quos scimus libentius bibere · de rebus neces
sariis deliberemus · Falsum ergo est quod patrocinij loco ponitur ·
ei qui soleat ebrius fieri · non cõmitti secretũ · Quanto satius est
aperte accusare ebrietatẽ · et uitia eius exponere · que etiã tolera
bilis homo uitauerit · nedum perfectus ac sapiens · cui satis est si
tim extinguere · qui etiam si quando hortata est hilaritas aliena
causa producta longius · tamen citra ebrietatẽ resistit · Nam de
illo uidebimus · an sapientis animus nimio uino turbetur · et fa
ciat ebrio solita · Interim si hoc colligere uis · uirũ bonũ non debe
re ebrium fieri · cur syllogismis agis · Dic q̃ turpe sit plus sibi ĩ
gerere q̃ capiat · et stomachi sui non nosse mensuram · Q̃ multa

· d' ebrietate ·

Alexandri ex.

ebrÿ faciunt. quibus sobrÿ erubescant. Nichil aliud esse ebrieta
tem q̄ uoluntariam insaniam. Extende in plures dies illū ebriÿ
habitum. nunquid de furore dubitabis? Nunc quoq; non est
minor sed breuior. Refer alexandri macedonis exemplū qui
clitum carissimū sibi ac fidelissimū inter epulas transfodit. et
intellecto facinore mori uoluit. Certe eruit omne uitiū ebri
etas et incendit et detegit. obstantē malis conatibus uerecundiā
remouet. Plures enim pudore peccandi q̄ bona uoluntate prohibiti
sunt a scelere. At ubi possedit animū nimia uis uini. quicquid
latebat emergit. Non facit ebrietas uitia. sed protrahit. Tūc li
bidinosus. nec cubiculū quidem expectat. sed cupiditatibus suis
quantū petierunt sine dilatione permittit. Tunc impudicus
morbū profitetur ac publicat. tunc petulans non linguā nō manū
continet. Crescit insolenti superbia. crudelitas seuo. malignitas
liuido. omne uitiū taxatur et prodit. Adice illam ignorationē
sui. dubia et parū explicata uerba. incertos oculos. gradū erran
tem. uertiginē capitis. tecta ipsa mobilia uelut aliquō turbine
circūagente totam domū. stomachi tormenta. cum efferuescit
merū. et uiscera ipsa distendit. Tunc tamen utcunq; tolerabile
est. dum illi uis sua est. Quid cum somno uitiatur? et que ebri
etas fuit cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit publica
ebrietas. hec acerrimas gentes bellicosasq; hostibus tradidit. hec
multorū annorū pertinacia bello defensa menia patefecit. hec
contumacissimos et iugū recusantes in alienū egit arbitriū. hec
inuictos acie. mero domuit. Alexandrū cuius nūc mentionem
feci. tot itinera. tot prelia. tot hiemes. per quas uicta temporum
locorūq; difficultate transierat. tot flumina ex ignoto cadentia.
tot maria tutū dimiserūt. intemperantia bibendi. et ille hercu
laneus et fatalis ille scyphus condidit. Que gloria est capere mul
tum? cum penes te palma fuerit. et propinationes tuas strati sō
no ac uomitantes recusauerint. cum superstes toti conuiuio fue
ris. cum omnes uiceris uirtute magnifica. et nemo uini tam ca
pax fuerit. uinceris a dolio. M. Antonium magnum uirum

et ingenij nobilis que alia res perdidit et in externos mores ac uitia
non romana traxerat. q̄ ebrietas et exitialis urbi cleopatre amor :~
hec illum res hostem rei p. hec hostibus suis imparem reddidit.
hec crudelē fecit. cum capita principum ciuitatis cenanti referrē
tur. cum apparatissimas epulas luxusq; regales ora ac manus pro
scriptorū recognosceret. cum uino grauis sitiret tamen sanguinē.
Intolerabile erat q̄ ebrius fiebat. quanto intolerabilius q̄ hec in
ipa ebrietate faciebat :~ Fere uinolentiam crudelitas sequitur.
Bullatur enim exasperatur sanitas mentis. Quemadmodū dif
ficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad minimā radij solis
offensionem. ita ebrietates continue efferant animos. Nam cū se
pe apud se non sunt consuetudine insanie durata uitia cū uino
concepta. etiam sine illo ualent. Dic ergo quare sapiens non debe
at ebrius fieri. Deformitatem rei et importunitatē ostende re
bus non uerbis. quod facillimū est. Proba istas que uoluptates uo
cantur ubi modū trascenderint. penas esse. Nam si illud argumē
taueris sapientem multo uino inebriari. et retinere rectum te
norem. etiam si temulentus sit. licet colligas nec ueneno poto
moriturū. nec sopore sumpto dormiturum. nec elleboro accep
to. quicquid in uisceribus herebit eiecturū deiecturūq;. sed si
tentatur pedes. lingua non constāt. quid est quare illum existi
mes in parte sobrium esse. ebrium esse in parte :~

·Lxxxiiii·
De alternitate lectionis et q̄mo eorū dicta p trāsformationē nīm facere debem⁹.

Itinera ista que segnitiem michi excutiūt. et ualitudini
mee prodesse iudico. et studijs. Quare ualitudinē adiu
uent uides. cum pigrū me et neglegentem corporis. litte
rarum amor faciat. Aliena opera exerceor. studio quare prosīt
indicabo. A lectionibus recessi. Sunt autē ut existimo necessarie.
Primū ne sim me uno contentus. deinde ut cum ab alijs quesita
cognouero. tum et de inuentis iudicem et cogitē de inuenien
dis. Alit lectio ingeniū. et studio fatigatū non sine studio ta
men reficit. Nec scribere tantum. nec tantū legere debemus.
Altera res contristabit uires et exhauriet. de stilo dico. altera
soluet ac diluet. Inuicem hoc et illō commeandum est. et alterū

altero temperandum . ut quicquid lectione collectum est . stilus re
digat in corpus . Apes ut aiunt debemus imitari que uagantur et
flores ad mel faciendum idoneos carpunt . Deinde quicquid ad
tulere disponunt ac per fauos digerūt . et ut uirgilius noster ait .
mella liquentia stipant et dulci distendunt nectare cellas . De
illis non satis constat . utrū sucum ex floribus ducant qui protinus
mel sit . an que collegerunt in hūc saporem mixtura quadam et
proprietate spiritus sui mutēt . Quibusdam enī placet nō facien
di mellis scientiam illis esse . sed colligendi . Aiunt inueniri apud
indos mel in arundinū folijs . q̄d aut ros illius celi aut ipsi' arundi
nis humor dulcis et pinguior gignat . In nostris quoq; herbis uim
eandem sed minus manifestam et notabilem poni . q̄ persequatˀ
et contrahat animal huic rei genitū . Quidam existimant condi
tura et dispositione in hanc qualitatē uerti . que ex tenerrimis ui
rentium florentiūq; decerpserint . non sine quodam ut ita dicā
fermento quo in unū diuersa coalescant . Sed ne ad aliud q̄ de
quo agitur adducar . nos quoq; has debemus apes imitari . et que
cumq; ex diuersa lectione congessimus . separare . Melius enim di
stincta seruantur . Deinde adhibita ingenij nostri cura et facul
tate . in unū saporē uaria illa libamenta confundere . ut etiam
si apparuerit unde sūptum sit . aliud tamen esse q̄ unde sumptū
est appareat . Hoc in corpore nostro uidemus sine ulla opera nostra
facere naturam . Alimenta que accipimus q̄ diu in sua qualitate
perdurant . et solida innatant stomacho . onera sunt . At cum ex
eo quod erant mutata sunt . tū demū in uires et sanguinē tran
seunt . Idem in his quibus aluntur ingenia prestemus . ut quecūq;
hausimus non patiamur integra esse . ne sint aliena . Concoquamus
illa . alioquin in memoriam ibunt non in ingenium . Assentia
mus illis fideliter et nostra faciamus . ut unū quiddam fiat ex
multis . sicut unus numerus fit ex singulis cū minores sūmas et
dissidentes computatio una comprehendit . Hoc faciat animus no
ster . Omnia quibus est adiutus abscondat . ipsū tamen ostendat
quod efficiat . Quod si etiam in te comparabitˀ similitudo . ei quē

admiratio tibi altius fixerit similem esse te uolo. quomodo filium
non quomodo imaginem. Imago res mortua est. Quid ergo? Non in
telligetur cuius imiteris orationem. cuius argumentationē. cuius
sententias? Puto aliquando ne intelligi quidē posse. si magni uiri.
Nec enim omnibus que ex eo uelut exemplaria traxit. formā suam
impressit. ut unitatē (et ueritatem) cum illa petant. Nū uides q̄ multorū uocibus
constet chorus? Vna tamen ex omnibus redditur. Aliqua illic acuta
est. aliqua grauis. aliqua media. Accedunt uiris femine. interponū
tur tibie. singulorū illic latent uoces. omnium apparent. De choro
dico quem ueteres philosophi nouerant. In cōmissionibus nostris plus
cantorum est q̄ in theatris olim spectatorū fuit. Cum omnes uias
ordo canentium impleuit. et cauea eneatoribus cincta est. et ex
pulpito omne tibiarū genus organorumq; consonuit fit concentus
ex dissonis. Talem animū nostrū esse uolo. Multe in illo artes. mul
ta precepta sunt. multarū etatum exempla. sed in unū conspira
ta. Quomodo inquis hoc effici poterit? assidua intentione. si ni
chil egerimus. si rationi cesserimus suadenti. hanc si audire uolu
eris. dicet tibi. Relinque ista iam dudum ad que discurritur. re
linque diuitias aut periculum possidentiū aut onus. Relinque
corporis aut animi uoluptates. molliunt et eneruant. Relinque
ambitum. tumida res est. uana. uentosa. Nullum habet termi
num. tam solicita est ne quem ante se uideat. q̄ ne alium post se.
laborat inuidia. et quidem duplici. Vides autē q̄ miserum sit.
si is cui inuidetur et inuidet? Intueris illas potentium domos. illa
tumultuosa rixa salutantiū limina. Multum habent contume
liarum ut intres. plus cum intraueris. Preteri istos gradus diui
tum. et magno aggestu suspensa uestibula. Non in prerupto tan
tū illic stabis. sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige.
tranquillissimasq; res eius et simul amplissimas pete. Quecumq;
uidentur eminere in rebus humanis. q̄uis pusilla sint. et compa
ratione humillimorū extent. per difficiles tamen et arduos
tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis uia ē.
At si conscendere hunc uerticem libet. cui se fortuna summisit. oīa

quidem sub te que pro excelsissimis habentur aspicies. sed tamen uenies ad sūma per planū·

· Lxxxv ·

De affectib' aī quos sēdꝫ peripateticos dicit sapientē tēperare posse nō uitare · sēdꝫ uō stoicos etiā uitare et de beate uite perfectione ·

Peperceram tibi · et quicquid nodosi adhuc supererat pre terieram. contentus quasi gustum tibi dare eorū que a nostris dicuntur. ut probetur uirtus ad explendam beatā uitam sola satis efficax · Iubes me quicquid est interrogationū aut nostrarū. aut ad traductionē nostram excogitatarū. cōprehē dere. hoc si facere uoluero. non erit epistola sed liber · Illud toti ens testor · hoc me argumentorū genere non delectari · Pudet in aciem descendere pro dys hominibusq; susceptam. subula armatum · Qui prudens est. et temperans est · Qui temperans est et constans · Qui constans est. inperturbatus est · Qui imper turbatus est. sine tristicia est · Qui sine tristicia est. beatus est · Ergo prudens beatus est. et prudentia ad beatam uitā satis est · huic collectioni hoc modo peripatetici quidam respondent. ut inperturbatū et constantē et sine tristicia sic interpretentur · tanq̄ inperturbatus dicatur. qui raro perturbatur et modice. nō qui nunq̄ · Item sine tristicia eum dici aiūt. qui non est obnoxius tristicie. nec frequens nimiusue in hoc uitio · Illud enim humanā naturam negare. alicuius animū immunē esse tristicia. sapien tem non uinci merore. ceterum tangi · et cetera in hūc modum secte sue respondentia. non his tollunt affectus sed temperant · Quantulū autem sapienti damus. si inbecillissimis fortior est. et mestissimis letior. et effrenatissimis moderatior. et humillimis maior? Quid si quis iret uelocitatē suā laudans. ad claudos debi lesq; respiciens? Illa uel intacte segetis per sūma uolaret. grami na. nec cursu teneras lesisset aristas · Vel mare per mediū fluc tu suspensa tumenti. ferret iter. celeres nec tingeret equore plantas · hec est pernicitas per se extimata. non que tardissimo rum collatione laudatur · Quid si sanū uoces leuiter febricitantem? Non est bona ualitudo. mediocritas morbi · Sic inquit sapiens inperturbatus dicatur. quomodo apirina dicuntur. nō quibus nulla inest duritia granorum. sed quibus minor · Falsū

est· Non enim diminutionē malorum in bono uiro intelligo·
sed uacationem· Nulla debent esse. non parua· Nam si ulla sūt.
crescent. et interī impediet· Quomodo oculos maior et perfecta
suffusio excecat· sic modica turbat· Si das aliquos sapienti affec
tus. impar illis erit ratio. et ueluti torrente quodam auferetur·
presertim cum illi non unus affectus sit. cum quo colluctetur. sed
omnis plus potest q̄uis mediocriū turba. q̄ posset unius magni
uiolentia· habet pecunie cupiditatē sed modicā. habet ambi
tionem sed non concitatam· habet iracundiā sed placabilem· ha
bet inconstantiam. sed minus uagam. ac mobilem· habet libidi
nem sed non insanam· Melius cum illo ageretur qui unū uitium
integrū haberet. q̄ cum eo qui leuiora quidem sed omnia· Deinde
nichil interest q̄ magnus sit affectus· Quantuscunq; est. parere
nescit. consiliū non accipit· Quemadmodū rationi nullū ani
mal obtemperat. non ferum. non domesticū. non mite. natura
enim illorum est surda suadenti. sic non sequūtur non audiūt
affectus quantulicunq; sunt· Tigres leonesq; nunq̄ feritatē
exuūt. aliquando summittunt. et cum minime expectaueris ex
asperatur toruitas mitigata· Nunq̄ bona fide uitia mansuescūt·
Deinde si ratio proficit. nunc incipient quidem affectus. si inuita
ratione ceperīt. inuita perseuerabunt· facilius est enim initia
illorū prohibere q̄ impetum regere· falsa est itaq; ista mediocri
tas et inutilis. eodem loco habenda. quo siquis diceret modice
insaniendū. modice egrotandum· sola uirtus habetur· Nō re
cipiunt animi mala temperamentū· facilius sustuleris illa q̄
rexeris· Nunquid dubiū est. quin uitia mentis humane inue
terata et dura que morbos uocamus. īmoderata sint. ut auari
tia ut crudelitas. ut innocentia impietas· Ergo īmoderati sunt
et affectus· Ab his enim ad illa transitur· Deinde si das aliqđ
iuris tristicie. timori. cupiditati. ceteris motibus prauis. non
erunt in nostra potestate· Quare? Quia extra nos sunt quibus
irritantur. Itaq; crescent prout magnas habuerīt minores ue
causas quibus concitentur· Maior erit timor si plus quo ex-er

ceatur aut propius aspexerit. acrior cupiditas. quo illam amplioris
rei spes euocauerit. Si in nostra potestate non est. an sint affectus. ne
illud quidem est quanti sint. Adice nūc q; ista q̄uis exigua sint. ī ma
ius excedunt. Nunq̄ perniciosa seruant modū. Quamuis leuia in
itia morborū serpunt. et egra corpora minima interdum mergit
accessio. Illud uero cuius dementie est credere. quarū rerū extra
arbitriū nostrū posita sunt principia. earum nostri esse arbitrij ter
minos? Quomodo ad id finiendum satis ualeo. ad quod prohibē
dum parū ualui? cum facilius sit excludere. q̄ admissa comprime
re? Quidam ita distinxerunt ut dicerent. Temperans ac pru
dens positio est quidē mentis. et habitu tranquillus est. euentu nō
est. Nam quantū ab habitu mentis sue non perturbatur. nec cōtri
statur. nec timet. sed multe extrinsecus cause incidunt. que illi per
turbationem afferunt. Tale est quod uolunt dicere. Iracundum
illū quidem nō esse. irasci tamen aliquando. idest uitio timoris ca
rere. affectu non carere. Quod si recipit usu frequenti timor tran
sibit in uitium. et ira in animū admissa. habitū illum ira carentis
animi retexet. Preterea si non contemnit extrinsecus uenientes
causas. et aliquid timet. cum fortiter eundē erit aduersus. tela. ignes.
pro patria. legibus. libertate. cunctanter exibit. et animo recedēte.
Non cadit autem in sapientē hec diuersitas mentis. Illud preterea
iudico obseruandum. ne duo que separatim probanda sūt misce
amus. Per se enim colligitur unū bonū esse. quod honestum. per
se rursus ad uitam beatam satis esse uirtutē. Si unū est quod ho
nestum. omnes concedunt ad beate uiuendū sufficere uirtutem.
E contrario non remittetur. si beatum sola uirtus facit. unū bonū
esse quod honestum est. Xenocrates et pseusippus putant beatum
uel sola uirtute fieri posse. non tamen unū bonū esse quod hone
stum est. Epicurus quoq; iudicat qui uirtutē habeat beatū esse.
sed ipām uirtutem non satis esse ad beatam uitam. quia beatum
efficiat uoluptas que ex uirtute est. non ipā uirtus. Inepta distinc
tio. Idem enim negat unq̄ uirtutē esse sine uoluptate. Ita si ei
iuncta est. semper atq; inseparabilis et sola satis est. habet enim

secum uoluptatem sine qua non est etiam cum sola est. Illud autē
absurdum est quod dicitur. beatum quidē futurū uel sola uirtu
te. non futurū autē perfecte beatum. Quod quēadmodū fieri pos
sit non reperio. Beata uita bonū in se perfectū habet inexupera
bile. Quod si est. perfecte beata est. Si deorū uita nil habet ma
ius aut melius. beata autē uita diuina est. nil habet in quod am
plius possit attolli. Preterea si beata uita nullius est indigens. om
nis beata uita perfecta est. eademq; est et beata et beatissima. nū
quid dubitas quin beata uita sūmū bonū sit? Ergo si summum
bonū habet sūme beata est. quēadmodum sūmū bonū adiectionē
non recipit. Quid enī supra sūmum erit? Ita ne beata quidē uita
que sine sūmo bono non est. Q̄ si aliquem magis beatū induxeris
induces et multos. et magis īnumerabilia discrimina sūmi boni fa
cies cum sūmū bonū intelligam. quod supra se gradum nō habet.
Si est aliquis minus beatus q̄ alius. sequitur ut hic alterius uitā be
atioris magis concupiscat q̄ suam. Beatus autē nil sue prefert.
Utrūlibet ex his incredibile est. aut aliquid beato restare quod esse
q̄ quod est malit. aut id illum non malle. quod illa melius est. Utiq;
enim quo prudentior est. hoc magis se ad id quod est optimū ex
tendet. et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autē beatus ē
qui cupere etiam nūc potest. immo quid debet? Dicam quid sit ex
quo ueniat hic error. Nesciunt beatā uitam unū esse. In optimo
illam statu ponit qualitas sua non magnitudo. Itaq; in equo est
longa et breuis. diffusa et angustior. ī multa loca multasq; partes
distributa et in unū coacta. Qui illam numero extimat et mēsu
ra et partibus. id illi quod habet eximium eripit. Quid autē est
in beata uita eximiū? Q̄ plena est. finis ut puto edendi biben
diq; satietas est. hic plus edit. ille minus. Quid refert? Uterq;
non esurit. hic plus bibit. ille minus. Quid refert? uterq; nō sitit.
hic pluribus annis uixit. hic paucioribus. Nil interest. si tā illum
multi anni beatū fecerunt. q̄ hūc pauci. Ille quem tu minus bea
tum uocas. non est beatus. Non potest nomen minui. Qui fortis ē
sine timore est. qui sine timore est. sine tristicia est. qui sine tristi

cia est. beatus est · Nostroru̅ hec interrogatio est · Aduersus hoc sic
respondere conantur · falsam nos et controuersiosam re̅ pro con
fessa uindicare · eum qui fortis est · sine timore esse · Quid ergo
inquit? fortis im̅inentia mala non timebit · Istud dementis a
lienatiq; non fortis est · Ille uero moderatissime timet · sed i̅ totu̅
extra metum non est · Qui hoc dicunt · rursus in idem reuoluu̅tur
ut illis uirtutu̅ loco sint minora uitia · Nam qui timet quide̅ · sed
rarius et minus · non caret malitia · sed leuiore uexatur · At eni̅
dementem puto · qui mala im̅inentia non extimescat · Veru̅ di
cis si mala sunt · sed si scit mala illa non esse · et unu̅ tantu̅ tur
pitudine̅ malum iudicat · debebit secure pericula aspicere · et
aliis time̅da contemnere · Aut si stulti et amentis est mala non
timere · quo quis prudentior est · eo timebit magis · Vt uobis in
quit uidetur · prebebit se periculis fortis · Minime · Non time
bit illa · sed uitabit · Cautio illum decet · timor non decet · Quid
ergo inquit? mortem · uincula · ignes · alia tela fortune non ti
mebit? Non · Scit eni̅ illa non esse mala · sed uideri · Omnia ista
humane uite formidines putat · Describe captiuitate̅ · uerbera ·
catenas · egestate̅ · et membroru̅ lacerationes · uel per morbu̅ uel
per iniuriam · et quicquid aliud attuleris · inter lymphatos me
tus numerat · Ista timidis timenda sunt · An id existimas malu̅
ad quod aliquando nobis nostra sponte ueniendum est? Queris
quid sit malum? cedere his que mala uocantur · et illis libertate̅
suam dedere · pro qua cuncta patienda sunt · Perit libertas nisi
illa contemnimus · que nobis iugu̅ imponu̅t · Non dubitare̅t quid
eueniret forti uiro · si scirent quid esset fortitudo · Non est enim
inconsulta temeritas · nec periculoru̅ amor · nec formidabiliu̅
appetitio · Scientia est distinguendi quid sit malu̅ · et quid non
sit · Diligentissima in tutela sui fortitudo est · et eade̅ patientissi
ma eoru̅ quibus falsa species maloru̅ est · Quid ergo? Si ferru̅
intentatur ceruicibus uiri fortis · si pars subinde alia atq; alia
suffoditur · si uiscera sua in sinu suo uidet · si ex interuallo quo
magis tormenta sentiat repetitur · et per adsiccata uiscera re-

recens dimittitur sanguis· Non timet :~ Istum dices non dolere :~
Iste uero dolet· Sensum enī hominis nulla exuit uirtus. sed nō ti
met. et inuictus ex alto dolores suos spectat· Queris quis tūc illi a
nimus sit :~ Qui egrū amicum (al animū) adhortantibus· Quod malū est no
cet. quod nocet deteriorem facit· Sed dolor et paupertas deteriorē
non faciunt. ergo mala non sunt· Falsum est inquit quod proponi
tis· Non enim siquid nocet. etiam deteriorē facit· Tempestas et pro
cella nocent gubernatori. non tamen illum deteriorē faciunt· Qui
dam stoici ita aduersus hoc respondent. deteriorem fieri guberna
torem tempestate ac procella quia non possit id quod proposuit ef
ficere. nec tenere cursum suū. deteriorē illum in arte sua nō fieri
in opere fieri· Quibus peripateticus· Ergo inquit et sapientē dete
riorem faciet paupertas. dolor. et quicquid aliud tale fuerit· Vir
tutem enim illi non eripiet. sed opera eius impediet· hec recte di
cerentur. nisi dissimilis esset gubernatoris condicio et sapientis·
huic enī propositū est. multa agenda. non utiq; quod tentat effice
re. sed omnia recte facē· Gubernatori propositū est utiq; nauem
in portum perducere· Artes ministre prestare debent quod pro
mittunt. sapientia dominatrix est· Artes seruiunt uite. sapiētia
imperat· Ergo aliter respondendū iudico. nec artem gubernato
ris deteriorē tempestate fieri. nec ipsam ministrationē artis·
Gubernator tibi non felicitatē promisit. sed utilem operā. et na
uis regende scientiam· hec eo magis apparent. q. illi magis aliqua
fortuita uis obstitit· qui hec potuit dicere· Neptūne nunq̄ hanc
nauem nisi rectā arti satisfecit tempestas. non opus gubernatoris
impedit sed successum· Quid ergo inquit· non nocet gubernatori
ea res que illum tenere portū uetat. que conatus eius irritos effe
cit. que aut illū referet. aut et exarmat :~ Non tanq̄ gubernatori
sed tanq̄ nauiganti nocet· Alioquin gubernatoris artē adeo non
impedit ut ostendat. tranquillo enī ut aiunt quilibet gubernator
est· Nauigio ista obsunt. non rectori eius. quia rector est· Duas per
sonas habet gubernator. alterā cōmunem cū omnibus. qui eandē
conscenderunt nauem. qua ipē quoq; uector est. alteram propriā

qua gubernator est· Tempestas tanq̄ uectori nocet. non tanq̄ gubernatori· Deinde gubernatoris ars alienũ bonũ est. ad eos quos uehit pertinet· Quomodo medici ad eos quos curat cõmune bonũ est. et eorum cum quibus uiuit. et propriũ ipsius· Itaq; gubernatori fortasse noceat. cuius ministeriũ ab eo promissũ tempestate impeditur· Sapienti non nocetur a paupertate. nõ a dolore. nõ ab alijs incõmodis uite· Non enim prohibentur opera eius omnia. sed tantũ ad alios pertinentia· Ipse semper in actu est. in effectu tunc maximus cum illi fortuna se opposuit· Tunc ipsius sapientie negociũ agit. quã diximus alienũ bonũ esse et suũ· Preterea ne alijs quidẽ tũc prodesse prohibetur cum illum alique necessitates premuñt· Propter paupertatem prohibetur docere quẽadmodũ tractanda sit. r. p̄ᶜᵃ· At illud docet quẽadmodũ sit tractanda paupertas· Per totam uitam opus eius extenditur· Ita nulla fortuna. nulla res actus sapientis excludit· Id enim ipsm agit. quod agere prohibetur· ad utrosq; casus aptus est· Bonorũ rector est. malorũ uictor· Sic inq̄ se exercuit ut uirtutem tam in secundis q̄ in aduersis exhiberet. nec materiam eius sed ipsãm intueretur· Itaq; nec paupertas illũ nec dolor. nec quicquid aliud imperitos auertit. et precipites agit. prohibet· Tu illũ premi putas. malis utitur· Non ex ebore tantũ phidias sciebat facere simulacra. faciebat ex ere· Si marmor illi. si adhuc uiliorẽ materiã obtulisses. fecisset. quale ex illa fieri optimũ potuisset· Sic sapiẽs uirtutem si licebit. in diuitijs explicabit. si minus, debilis· Quãcumq; fortunã acceperit aliquid ex illa memorabile efficiet· Certe sũt domitores ferarũ qui seuissima etiã animalia et ad occursũ expauescentia hominũ. docent pati subiugũ. nec asperitatẽ excussisse contenti. usq; in contuberniũ mitigant· Leonibus magister manũ insérit. osculatur tigrim suus custos. elephantẽ minimus ethiops iubet subsidere in genua. et ambulare per funem· Sic sapiens artifex est domandi mala· Dolor. egestas. ignis. carcer. exiliũ. quecunq; horrida ad hunc peruenere. mansueta sunt· Val·

ĩ paupertate. si poterit ĩ patria. si min⁹ ĩ exilio. si poterit ĩpator. si min⁹ miles. si poterit ĩteger. si minus

·LXXXVI·

Exemplo Scipionis utens balneoꝝ notat luxuriã subiciens de sationib⁹ et ĩsitionib⁹ quedã oblectamẽta senectutiũ.

IN ipsa Scipionis africani uilla iacens hec tibi scribo. adoratis manibus eius et ara. quã sepulchrũ esse tanti uiri suspicor·

Animũ quidẽ eius in celum ex quo erat redisse persuadeo michi. nõ
quia magnos exercitus duxit. hos enim Cambises furiosus ac furore fe
liciter usus habuit. sed ob egregiam moderationẽ pietatemq;. quam
magis in illo admiror cũ reliquit patriam q̃ cum defendit. Aut Sapio
rome debebat deesse. aut roma libertati. Nichil inquit uolo deroga
re legibus. nichil institutis. equũ inter omnes ciues uis sit. Vtere
sine me beneficio meo patria. Causa tibi libertatis fui. tuus sem
per. Est et argumentũ. Exeo. si plus tibi q̃ expedit creui. Quid er
go non admirer hanc animi magnitudinẽ. qua uoluntariũ ĩ exi
lium secessit. et ciuitatẽ exonerauit? Eo perducta res erat. ut aut
libertas sapioni. aut sapio libertati faceret iniuriam. Neutrum
fas erat. Itaq; locum dedit legibus. et se liternũ recepit. tam suũ
exilium rei. p. imputaturus q̃ Annibali. Vidi uillam instructam
lapide quadrato. murũ circũdatum silua. turres quoq; in propugna
culum uille utrinq; subiectas. cisternam edificijs ac uiridib; subdi
tam. que sufficere in usum uel exercitus posset. balneolũ angustũ.
tenebricosum ex consuetudine antiqua. Non uidebatur maioribus
nostris caldum. nisi obscurum. Magna ergo uoluptas me subijt cõ
templantem mores sapionis et nostros. In hoc angulo ille cartagi
nis horror. cui roma debet q. tantũ semel capta est abluebat corpus
laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se. terramq; ut
mos fuit priscis ipẽ subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit.
hoc illũ pauimentũ tam uile sustinuit. At nũc quis est qui sic laua
ri sustineat? Pauper sibi uidetur ac sordidus. nisi parietes magnis ac
preciosis orbibus refulserunt. nisi alexandrina marmora numidicis
crustis distincta sunt. nisi illis undiq; operosa et in picture modũ ua
riata circũlitio pretexitur. nisi uitro conditur camera. nisi ptasius
lapis quondam rarũ in aliquo spectaculum tẽplo piscinas nostras cir
cundedit. in quas multa sudatione corpora exinanita dimittimus.
nisi aquam argentea epitomia fuderũt. Et adhuc plebeias fistulas
loquor. Quid cum ad balnea libertinorũ peruenero? Quantum
statuarũ. quantũ colũnarũ est nil sustinentiũ. sed in ornamẽtũ
positarum impense causa? Quantũ aquarum per gradus cũ fragore

labentium. Eo deliciarum peruenimus. ut nisi gemmas calcare no
limus. In hoc balneo scipionis minime sunt rime magis quam fenestre.
muro lapideo exsecte ut sine iniuria munimenti lumen admitte
retur. At nunc baltaria uocant balnea. si qua non ita aptata sunt.
ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. nisi et lauant
simul et colorantur. et nisi ex solio agros ac maria prospiciunt. Itaque
que concursum et admirationem habuerant cum dedicarentur. et in
antiquorum numero reiciuntur. cum aliquid noui luxuria commenta
est. quo ipsa se obrueret. At olim et pauca erant balnea. nec ullo cul
tu exornata. Cur enim exornaretur res quadrantaria [al' quadrantoria] et in usu non
in oblectario reperta. Non suffundebatur aqua. nec recens semper
uelut ex calido fonte currebat. nec referre credebant in quam per
lucidam sordes deponerent. Sed dii boni quam iuuat illa balnea intrare
obscura. et gregali tectorio inducta. que scires catonem tibi edilem.
aut fabium maximum. aut ex corneliis aliquem manu sua temperasse.
Nam hoc quoque fidelissimi ediles fungebantur officio. intrandi ea
loca que populum receptabant. exigendique munditias. et utilem
ac salubrem temperaturam. non hanc que nuper inuenta est. similis in
cendio. adeo quidem ut conuictum in aliquo scelere seruum. uiuum laua
ri oporteat. Nichil michi uidetur iam interesse. ardeat balneum
an caleat. Quante nunc aliquis rusticitatis damnat scipionem.
quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserit. quod non
in multa luce decoquebatur. et spectabat ut in balneo non coquere
tur. O hominem calamitosum. nescit uiuere. Non pacata aqua la
uabatur. sed sepe turbida. et cum pluerat uehementius pene lu
tulenta. Nec multum eius intererat. an sic lauaretur. Veniebat ut
sudorem illic ablueret. non ut unguentum. Quas nunc quorundam
uoces futuras credis. Non inuideo scipioni. Vere in exilio uixit.
qui sic lauabatur. Immo si scias. non cotidie lauabatur. Nam ut
aiunt qui priscos mores uerbis tradiderunt. brachia et crura quo
tidie abluebant. que scilicet sordes ope collegerant. Ceterum toti.
nundinis lauabantur. hoc loco dicet aliquis. liquet michi inmun
dissimos fuisse. Quid putas? Illo soluisse malitiam labore dete

bat uirum. Postq̄ munda balnea inuenta sunt. spurciores sũt.
Descripturus infamem et nimis notabilem horatius flaccus. quid
ait. Pastillos ruffillus olet. ac si hircum oleret. Parũ est sumere
unguentũ nisi bis in die terq; renouetur ne uanescat in corpore.
Quid q͂ odore tanq̄ suo gloriantur. hec si tibi nimiũ tristia uide
buntur. uille imputabis in qua didici ab egialo diligentissimo
patrefamilias. is enim nũc huius agri possessor est. quãuis uetus ar
bustum posse transferri. hec nobis senibus discere necessarium ē.
quorũ nemo non oliuetum alteri ponit. Quod uidi illud arborũ
trimũ et quadrimũ fastidienti fructus autũno deponere. Te q̄q;
proteget illa que tarda uenit seris factura nepotibus umbram.
ut ait uirgilius noster. qui non quid uerissime. sed quid decen
tissime diceretur aspexit. nec agricolas docere uoluit. sed legen
tes delectare. Nam ut alia omnia transeam. hoc quod hodie necesse
michi fuit deprendere ad scribam. Vere fabis satio est. tũc te quoq;
medica putres Accipiunt sulci et milio uenit annua cura. An an
nuo tempore ista ponenda sint. et an utriusq; uerna sit satio. hic
extimes licet. Junius mensis est quo tibi scribo. iam procliuis ĩ iuliũ.
eodem die uidi fabam metentes. miliũ serentes. Ad oliuetũ reuer
tar quod uidi duobus modis dispositum. Magnarũ arborũ trun
cos circũcisis ramis et ad unũ redactis pedem cum rapo suo transtu
lit. amputatis radicibus. relicto tantũ capite ipso ex quo ille pepē
derant. hoc fimo tinctũ. in scrobem demisit. Deinde terrã nõ ag
gessit tantũ. sed calcauit et pressit. Negat quicq̄ esse hac ut ait po
sitione efficacius. uidelicet frigus excludit et uentũ. Minus prete
rea mouetur. et ob nascentes radices prodire patitur ac solũ appre
hendere q̄ necesse est. Ceteras adhuc et precario herentes. leuis
quoq; reuelat agitatio. parũ autē arboris anteq̄ obruat radix. ex
omni enim materia que nudata est ut ait. radices exeunt noue.
Non plures aũt super terram debet eminere truncus. q̄ tres aut
quatuor pedes. Statim enĩ ab imo uestietur. nec magna pars quē
admodũ in oliuetis ueteribus arida et retorta erit. Alter ponen
di modus hic fuit. Ramos fortes. nec corticis duri quales esse

nouellarum solent. eodem genere deposuit. hi paulo tardius surgũt. sed cum tanq̃ a planta processerint. nil habent horridum aut triste. Illud etiam nũc uidi. uitem ex arbusto suo annosam transferri. cuius capillamenta quoq; si potest fieri colligenda sunt. Deinde liberalius sternenda uitis. ut etiam ex corpore radicescat. Et uidi nõ tantum mense februario positas. sed etiam martio exacto tenent et complexe sũt suas ulmos. Omnes autem istas arbores que ut ita dicã grandis copie sunt. aït aqua adiuuandas cisterrina. Que si prodest. habemus pluuiam in nostra potestate. Plura te docere non cogito. ne queadmodum egialus me sibi aduersarium parauit. sic ego parem te michi. Vale.

·LXXXVII·

Exẽplo sui et Catonis ad frugalitatẽ hortat͠ᵘʳ. ĩnsectens cõtra pipateticos disputationẽ de fortuitis q̄ bona nõ sint.

Naufragium ante q̃ nauem ascenderẽ feci. Quomodo acciderit non adicio. ne et hoc putes. inter stoica paradoxa ponẽdũ. quorũ nullum esse falsum. nec tam mirabile q̃ prima facies uidetur. Cum uolueris approbabo. imo etiam si nolueris. Interĩ hoc me iter docuit q̃ multa haberemus superuacua. et q̃ facili iudicio possemus deponere. que si quando necessitas abstulit. non sentimus ablata. Cum paucissimis seruis quos unũ capere uehiculum potuit. sine ullis rebus nisi que corpore nostro continebantur. ego et maximus meus biduũ iam beatissimũ agimus. Culcitra intra iacet. ego in culcitra. Ex duabus penulis altera stragulũ altera opertoriũ facta est. De prandio nil detrahi potuit. paratũ fuit non magna hora. Nusq̃ sine cariis. nusq̃ sine pugillaribus. Ille si panem habeo pro pulmentario sunt. si non habeo. pro pane. Quotidie michi annũ nouũ faciunt. quem ego faustum et felicem reddo bonis cogitationibus et animi magnitudine. qui nunq̃ maior est q̃ ubi aliena seposuit. et fecit sibi pacem nil timendo. fecit sibi diuitias nil concupiscendo. Vehiculum inquod impositus sum. rusticum est. Mule uiuere se ambulando testantur. Mulio excalciatus. non propter estatem. Vix a me obtineo ne hoc uehiculum nolim uideri meum. Durat adhuc peruersa recti uerecundia. et quotiens in aliquẽ comitatum lautiorem incidimus inuitus erubesco. Quod argumentũ est ista que probo. que laudo. nondum habere certam sedẽ et ĩ

mobilem

mobilem· Qui sordido uehiculo erubescat. precioso gloriabitur· Pa
rum adhuc profeci· nondū audeo frugalitatem palam ferre· etiam
nūc curo opiniones uiatorum· Contra totius generis humani opini
ones mittenda uox erat· Insanitis. erratis. stupetis ad superuacua· Ne-
minem extimatis suo· Cum ad patrimonium uentū est diligentissi
mi computatores. sic rationem ponitis singulorū. quibus aut pecu
niam credituri estis aut beneficia· Nam hec quoq; iam expensa fer
tis· late possidet sed multū debet· Domū formosam· sed alienis ha
bet nūmis paratā· familiam nemo cito speciosiorem producet sed
nominibus non respondet· Si creditoribus soluerit nil illi supererit·
Idem in reliquis quoq; facere debebitis excutere quantū proprij quisq;
habeat· Diuitē illū putas. quia aurea supellex etiam in uia sequit̄·
quia in omnibus prouincijs arat· quia magnus kalendarij liber
uoluitur. quia tantū suburbani agri possidet. quantū inuidiose
in desertis apulie possideret· Et cum omnia dixeris pauper est.
quare? quia debet· quantū inquis? Omnia nisi forte interesse di
xeris· utrū aliquis ab homine an a fortuna mutuū sūpserit· Quid
ad rem pertinent multe saginate· unius omnes coloris? Quid i
sta uehicula celatura? Instrati ostro alipedes pictisq; tapetis· pec
toribus demissa monilia pendent· tecti auro fuluū mandūt sub
dentibus aurum· Ista nec dominū meliorem possunt facere nec
malum· M· Cato censorius quem tam rei· p· fuit nasci q̄ scipionē
alter enim cum hostibus nostris bellū. alter cum moribus gessit.
cantherio uehebatur et ipoperis quidem impositis ut secū utilia
portaret· O· q̄ cuperem illi nūc occurrere aliquē ex his trossulis ī
uia diuitibus. cursores et numidas et multū ante se pulueris agē
tem? hic sine dubio cultior comitatiorq; q̄ M· Cato uideretur.
hic qui inter illos apparatus delicatus. cū maxime dubitat utrum
se ad gladium locet an ad cultrum· O quantū erat seculi decus.
imperatorem triumphalem censorium q᷑ super hec omnia hoc ē
Catonem uno caballo esse contentum. et ne toto quidē? Partem
enim sarcine ab utroq; latere dependentes occupabant· Ita non
omnibus obesis mannis et asturconibus et toletarijs preferres

unicum illum equũ ab ipo catone defrictum? Video non futurũ fi
nem in istis ullum. nisi quem ipe michi fecero. hic itaq; tacitã quan
tum ad ista. que sine dubio talia diuinauit futura qualia nũc sũt
qui primũ appellauit impedimenta. Nunc uolo paucissimas adhuc
interrogationes nostrorũ tibi reddere. ad uirtutem pertinentes quã
satisfacere beate uite concedimus. Quod bonũ est. bonos facit. Nam
et in arte musica. quod bonũ est facit musicum. fortuita bona non
faciunt. ergo non sunt bona. Aduersus hoc sic respondent peripa
tetici. ut quod primũ proponimus falsum esse dicant. Ab eo ĩquit
quod bonũ est. non utiq; fiunt boni. In musica est aliquid bonum
tanq̃ tibia aut chorda aut organũ aliquod aptatũ ad usus canẽdi.
nichil tamen horũ facit musicum. hic respondebimus. non ĩtelli
gitis quomodo posuerimus. quod bonũ est in musica. Non enĩ id
dicimus quod instruit musicum. sed quod facit. Tu ad supellecti
lem artis. non ad artem uenis. Siquid autẽ in ipã arte musica bo
num est. id utiq; musicũ faciet. Etiam nũc facere his me plani
us uolo. Bonũ in arte musica duobus modis dicitur. altero quo
effectus musici adiuuatur. altero quo ars. Ad effectũ pertinent
instrumenta. tibies. et organa et chorde. ad artem ipãm nõ per
tinent. Est enim artifex etiam sine istis. uti forsitan non arte po
test. hoc non est eque duplex in homine. Idem est enim bonum
et hominis et uite. Quod contemptissimo cuiq; contingere ac tur
pissimo potest. non bonũ est. Opes autem et lenoni et laniste con
tingunt. ergo non sunt bona. falsum est inquiunt quod proponitis.
Nam et in arte grãmatica. et in arte medendi aut gubernandi. ui
debimus bona humillimis quibusq; contingere. Sed iste artes nõ
sunt magnitudinẽ animi professe. non consurgunt in altũ. nec
fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominẽ. et super cara mor
talibus collocat. nec ea que bona. nec ea que mala uocantur. aut
cupit nimis. aut expauescat. Chelidonius ex cleopatre mobilius
patrimonium grande possedit. nuper natalis. tam improbe
lingue q̃ impure. in cuius ore femine purgabantur. et multorũ
heres fuit. et multos habuit heredes. Quid ergo? Utrum illũ

pecunia impurũ fecit. an ipse pecuniam inspurcauit? que sic ĩ quosdã homines quomodo in cloacam denarius cadit. Virtus super ista consistit. suo ere censetur. nichil ex istis quolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admirationem taliũ rerum. Qui non est uir bonus. potest nichilominus medicus esse. potest gubernator. potest grãmaticus tam me hercule q̃ cocus. Cui contigit habere non quelibet. hũc non quẽlibet dixeris. Qualia quisq; habet talis est. fiscus tanti est quantũ habet. immo in accessione eius uenit quod habet. Quis pleno sacculo ullũ pretium ponit. nisi q̃ pecunie in eo condite numerus efficit? Idẽ euenit magnorũ dominis patrimoniorũ. accessiones eorum et appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? Quia magnũ animũ habet. Verũ ergo est quod contemptissimo cuiq; contingit bonũ non esse. Non itaq; indolentiam unq̃ bonũ dicam. habet illam cicada. habet illam pulex. nec quietem quidẽ et molestia uacare bonũ dicã. quod est ociosius uermibus. Queris. que res sapientẽ faciat? Que deum. Des oportet illi aliquid diuinũ aliquid celeste magnificũ. Non in omnes bonũ cadit. nec quẽlibet possessorem patitur. Vide et quid queq; ferat regio. et quid queq; recuset. hic segetes. illic ueniunt felicius uue. Arborei fetus alibi. atq; iniussa uirescunt. gramina. nõne uides croceos ut tmolus odores? India mittit ebur molles sua tura sabei. At calybes nudi ferrũ. Ista in regiones descripta sunt. ut necessariũ mortalibus esset inter ipsos cõmertium. si inuicem alius aliquid ab alio peteret. Sũmum illud bonũ habet et ipsũ suam sedem. Non nascitur ubi ebur. nec ubi ferrũ. Quis sit sũmi boni locus queris? Animus. hic nisi purus ac sanctus est. deum non capit. Bonũ ex malo non fit. diuitie fiunt. fiũt autẽ ex auaritia. diuitie ergo bonũ non sunt. Non est inquit uerum bonũ ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim et furto. pecunia nascitur. Itaq; malum quidẽ est sacrilegium et furtum. sed ideo q̃a plura mala faciat q̃ bona. dat enim lucrũ sed cum metu. sollicitudine. tormentis animi et corporis. Quisquis hoc dicit. necesse ẽ recipiat sacrilegium. sic ut malum sit. quia multa mala facit

Ita bonum quoq; ex aliqua parte esse· quia aliquid boni facit· Quo qd
fieri portentuosius potest q̃ sacrilegiũ· furtũ· adulteriũ· inter bona ha
beri·" Prorsus persuasimus· q multi furto non erubescant· q multi
adulterio gloriantur· Nam sacrilegia minuta puniuntur· magna ĩ
triumphis feruntur· Adice nũc q sacrilegium si omnino ex aliqua par
te bonum est etiam honestũ erit· et recte factũ uocabitur· Nostra enĩ
actio est· quod nullius mortaliũ cogitatio recipit· Ergo bona nasci ex
malo non possunt· Nam sicut dicis· ob hoc unũ sacrilegiũ malum est·
quia multũ mali affert· Si remiseritis illi supplicia· si securitatẽ spo
ponderitis· ex toto bonũ erit· Atqui maximũ scelerũ supplicium in
ipsis est· Erras inquã si illa ad carnificem differs· aut carcerem· Sta
tim puniuntur cum facta sunt· ĩmodum fiunt· Non nascitur itaq;
ex bono malum· non magis q̃ ficus ex olea· Ad semen nata respõdent·
Bona degenerare nõ possunt· Quẽadmodum ex turpi honestũ nõ na
scitur· ita ne ex malo quidem bonũ· Nam idẽ est honestum et bonũ·
Quidam ex nostris aduersus hec ita respondent· Putemus pecuniã
bonam esse undecumq; sũptam· non tamen ideo ex sacrilegio pecu
nia est· etiam si ex sacrilegio sumitur· Hoc sic intellige· in eadem
urna et aurum est et uipera· Si aurũ ex urna sustuleris· quia illic
et uipera est· non ideo michi inq̃ urna aurũ dat quia uiperã habet·
sed aurũ dat cum et uiperam habeat· Eodem modo ex sacrilegio
lucrum fit· non quia turpe et sceleratum est sacrilegium· sed quia
et lucrum habet· Quẽadmodũ in illa urna uipera malũ est· nõ aurũ
quod cum uipera iacet· sic in sacrilegio malum est scelus non lucrum·
Quibus opponitur· dissimillima enim utriusq; rei est condicio· Illinc
aurum sine uipera possum tollere· illinc lucrũ sine sacrilegio facere
non possum· Lucrũ illud non est appositum sceleri· sed ĩmixtũ· Quod
dum consequi uolumus ĩ multa mala incidimus· Id bonũ non est·
Dum diuitias autem consequi uolumus· incidimus in multa mala·
Ergo diuitie bonum non sunt· Duas inquit significationes habet
propositio uestra· unam· dũ diuitias consequi uolumus· nos ĩ multa
mala incidere· In multa autẽ mala incidimus· et dum uirtutem cõ
sequi uolumus· Aliquis dum nauigat studii causa· naufragiũ facit

aliquis captus est. Altera significatio talis est. Propter quod ī malū
incidimus bonum non est. Huic propositioni non erit consequens per
diuitias. nos autē per uoluptates in mala incidere. aut si p̄ diuitias
ī multa mala incidimus. nō tantū bonū diuitie non sūt. sed malū
sunt. Vos autē dicitis illas tantū bonum non esse. Preterea inquit
conceditis diuitias habere aliquid usus. inter cōmoda illas nume
ratis. Atqui eadem ratione cōmodum quidem nō erūt. Per illas
enim multa nobis incōmoda eueniunt. Hic quidam hoc respon
dent. Erratis qui diuitiis īcommoda imputatis. Ille neminem le
dunt. Aut sua nocet cuiq; stulticia. aut aliena nequitia. Sic quē
admodū gladius qui neminē occidit. occidentis telum est. non
ideo diuitie tibi nocent. si propter diuitias tibi nocetur. Possidoni
us ut existimo melius. qui ait diuitias esse causam malorū. non
quia ipse faciunt aliquid. sed quia facturos irritant. Alia enī ca
usa efficiens est. que protinus necesse est noceat. alia precedens.
hanc precedentē causam diuitie habent. Inflant animos superbiā
pariunt. inuidiā contrahūt. et usq; eo mentē alienant ut fama
pecunie nos etiam noctura delectet. Bona autē omnia carere
culpa decet. pura sunt. nō compugnant animos. non solicitant.
Extollunt quidem et dilatant. sed non tumore. Que bona sunt
fiduciam faciunt. diuitie audaciā. Que bona sunt magnitudinem
animi dant. diuitie insolentiā. Nichil autē aliud est insolentia q̄
species magnitudinis false. Isto modo inquit etiam malū sūt diuitie.
Non tantū bonū non sunt. sed etiam malum sunt. Essent malum
si per se nocerent. si ut dixi haberent efficientē causam. Nunc pre
cedentē habent. et quidē non irritantē tantū animos sed attrahen
tem. Spetie enim boni offendunt ueri similē ac plerisq; credibilem.
habet uirtus quoq; precedentem causam ad inuidiam. Multis enī
propter sapientiā. multis propter iustitiam inuidetur. Sed nec ex
se hanc causam habet. nec uerisimilem. Contra enī uerisimilior illa
species hominū animis subicitur a uirtute que illos in amorē et in
admirationē uocet. Possidonius sic interrogandū ait. Que neq;
animo magnitudinem dant. nec fiduciam. nec securitatē. non

non sunt bona. Diuitie autem et bona ualitudo et similia his ni
chil horum faciunt. Ergo non sunt bona. hanc interrogationem
magis etiam nunc hoc modo intendit. Que neque magnitudinem
animo dant. nec fiduciam nec securitatem. contra autem insolentiam
tumorem arrogantiam creant. mala sunt. A fortuitis autem
in hoc impellimur. ergo non sunt bona. hac inquit ratione. nec
comoda quidem ista erunt. Alia est comodorum conditio. alia bonorum.
Comodum est quod plus usus habet quam molestie. Bonum sincerum de
bet esse. et ab omni parte innoxium. Non est id bonum quod plus
prodest. sed quod tantum prodest. Preterea comodum et ad anima
lia pertinet. et ad inperfectos homines et ad stultos. Itaque potest
ei esse incomodum mixtum. Sed comodum dicitur a maiore sui par
te extimatum. Bonum ad unum sapientem pertinet. inuiolatum esse. o
portet bonum animum habere. Vnus tibi nodus sed herculaneus
restat. Ex malis bonum non fit. Ex multis autem paupertatibus
diuitie fiunt. ergo diuitie bone non sunt. hanc interrogatio
nem nostram non agnoscunt peripatetici. Et fingunt illam et soluunt.
Ait autem possidonius hoc sophisma per omnes dialecticorum scho
las iactatum. sic ab Antipatro refelli. Paupertas non per possessio
nem dicitur. sed per detractionem uelut antiqui dixerunt orbati
onem greci cum dicunt ΤΗΝ ΧΗΡΙΣΙΝ (chęrisin). non quod habeat dicitur. sed
quod non habeat. Itaque ex multis inanibus nichil impleri potest. Di
uitias multe res faciunt. non multe inopie. Aliter inquis quam debes
paupertatem intelligis. Paupertas enim non est que pauca possidet.
sed que multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod habet. sed
ab eo quod ei deest. Facilius quod uolo exprimerem. si latinum
uerbum esset quo aparcia significatur. hanc paupertati antipa
ter assignat. Ego non uideo quid aliud sit paupertas. quam parui pos
sessio. De isto uidebimus. siquando ualde uacabit. que sit diui
tiarum que paupertatis substantia. Sed et tunc quoque conside
rabimus. nunquid satius sit paupertatem permulcere. diuitiis
demere supercilium. quam litigare de uerbis. quasi iam de rebus iu
dicatum sit. Nos putemus ad contentionem uocatos. lex de abolen

dis diuitijs fertur· his interrogationibus suasuri. aut dissuasuri
sumus? his interrogationibus effecturi sumus ut populus romanus
paupertatē fundamētū et causam imperij sui requirat ac laudet.
diuitias autem suas timeat. ut cogitet has se apud uictos repperisse?
hinc ambitū et largitiones et tumultus in urbem sanctissimā et
temperatissimā irrupisse. nimis luxuriose ostensuri gentiū spolia.
qđ unus populus eripuerit omnibus. facilius ab omnibus uni eri
pi posse? hec satius est suadere. et expugnare affectus. non circūscri
bere. Si possumus fortius loquamur. si minus apertius. Val·

· Lxxxviii ·

De septē liberalibus artib' et de singulis docet q animū ad uirtutes nō pducāt sed pparāt.

De liberalibus studijs quid sentiā scire desideras· Nullū suspi
cio. nullū in bonis numero. qđ ad es exit· Meritoria artificia
sunt hactenus utilia. si preparent ingeniū. non detinent· Tā
diu eni istis ĩmorandū est. q̄ diu animus agere maius non potest·
Rudimenta nostra sunt non opera· Quare dicta sint liberalia stu
dia uides. quia homine libero digna sunt· Ceterum studiū unum
uere liberale est. quod liberum facit· hoc sapientie sublime est·
forte· magnanimū· Cetera pusilla et puerilia sunt· An tu quicq̄
in istis credis esse boni. quorū professores turpissimos omnium ac
flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista. sed didicisse· Qui
dam illud de liberalibus studijs querendū iudicauerūt. an bonū
uirū facerent. ne promittunt quidē. nec huius rei scientiā affectāt·
Grāmaticus circa curā sermonis uersatur. et si latius euagari uult.
circa historias. iam ut longissime fines suos proferat. circa carmina·
Quid horū ad uirtutē uiam sternit? Syllabarū enarratio et uer
borum diligentia. et fabularū memoria. et uersuū lex ac modifi
catio. quid ex his metum demit? cupidinem frenat? Ad geome
triam transeamus et ad musicam· Nichil apud illas inuenies qđ
uetet timere. uetet cupere· Quisquis hec ignorat. alia frustra scit·
Videndū utrū doceant isti uirtutē. an non· Si non docent. ne tra
dunt quidē· si docent philosophi sunt· Vis scire q̄ non ad docē
dam uirtutē consederint? Aspice q̄ dissimilia inter se. om̄ia stu
dia sint· Atqui similitudo esset idem docentiū. nisi forte home
rum tibi philosophū fuisse persuadeant. cū his ipsis qbus colligūt

negent· Nam modo stoicū illum faciunt uirtutem probantē solam et
uoluptatē refugientē. et ab honesto ne īmortalitatis quidē precio rece
dentem. modo epicureum laudantē statū quiete ciuitatis. et inter con
uiuia cantusq; uitā exigentis. modo peripatheticū bonorū genera indu
centem. modo academicum omnia incerta dicentē· Apparet nichil ho
rum esse in illo. quia omnia sunt· Ista enim inter se dissident· Dem⁹
illis homerum philosophum fuisse· Nempe sapiens factus est. ante q̄
carmina ulla cognosceret· Ergo illa discamus. que homerū fecere sapien
tem· hoc quidē me querere uter maior etate fuerit homerus an hesi
odus. non magis ad rem pertinet q̄ scire an minor hecuba fuerit q̄ he
lena et quare tam male tulerit etatem· Quid inquā annos patrocli
et achillis inquirere ad rem existimas pertinere·?· Queris ulixes ubi
errauerit potius q̄ efficias ne nos semper erremus·?· Non uacat audire
utrum inter italiam et siciliam iactatus sit. an extra notū nobis orbē. neq;
enim potuit in tam angusto errores pati tā longos. seu tam longas tē
pestates· Nos animi iactant quotidie et nequitia in omnia ulixis ma
la impellit· Non deest forma que sollicitet oculos. non hostis. nō monstra
effera. et humano cruore gaudentia· hinc insidiosa aurū blandimē
ta. hinc naufragia et tot uarietates malorū· hoc me doce. quomodo pa
triam amem. quomodo uxorem. quomodo patrem. quomodo ad hec
tam honesta uel naufragus nauigem· Quid inquiris an penelope ī
pudica fuerit. an uerba seculo suo dederit. an ulixem illum esse quē
uidebat ante q̄ sciret suspicata sit·?· Doce me quid sit pudicicia et quā
tum in ea bonū. et in corpore an in animo posita sit· Ad musicū trāseo
Doces me quomodo inter se acute et graues uoces consonent. quomodo
neruorū disparem reddentiū sonū fiat concordia· Potius fac quomo
do animus secum meus consonet. nec consilia mea discrepent· Mōstras
michi qui sint modi flebiles. monstra potius. quomodo inter aduersa
nō emittam uocē flebilem· Metiri me geometer docet latifundia.
potius q̄ doceat quomodo metiar quantū homini satis sit· Numerare
docet me. auaritie cōmodare digitos. potius q̄ doceat nichil ad rē per
tinere istas computationes. non esse feliciorem cuius patrimonium
tabulariū lassat. imo q̄ superuacua possideat qui infelicissimus futur⁹

est. si quantum habeat per se computare cogetur. Quid michi pro
dest scire agellum in partes diuidere. si nescio cum fratre diuidere?
Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri. et comprehendere etiã
siquid decempeda effugit. si tristem me facit uicinus potens. et ali
quid ex meo abradens. Docet quomodo nichil ex finibus meis per
dam. at ego discere uolo quomodo totos hilaris amittam. Paterno
agro et auito inquit expellor. Quid? Ante auum quis istũ agrum
tenuit? Cuius non dico hominis sed populi fuerit. expedire potes?
Non dominus isto sed colonus intrasti. Cuius colonus es? Si bene
tecum agitur. heredis. Negant iuris consulti quicq̃ usu capi publicũ.
Publicum est et quidem generis humani. O egregiam artẽ. scis rotũ
da metiri. in quadratũ redigis quãcunq; acceperis formam. interual
la siderum dicis. Nichil est quod in mẽsuram tuam non cadat. Si
artifex es metire hominis animũ. dic q̃ magnus sit. dic q̃ pusillus.
Scis que recta sit linea. Quid tibi prodest. siquid in uita sit rectum
ignoras. Venio nũc ad illũ. qui celestiũ gloriatur notitia. frigida
saturni se se quo stella receptet. Quos ignis celi cyllenius erret ĩ or
bes. hoc scire quid proderit. ut solicitus sim. cũ saturnus et mars e
contrario stabunt. aut cũ mercurius uespertinũ faciet occasũ uidẽ
te saturno? Potius hoc discam. ubicunq; sunt ista propicia esse. nec
posse mutari. Agit illa continuus ordo fatorũ. et ineuitabili cursu
per statutas remeant uices. et effectus rerũ omnium aut mouent
aut notant. Sed siue quicquid euenit faciunt. quid ĩmutabilis rei
notitia proficiet? Siue significant. quid refert prouidere quod
effugere non possis? Scias ista nescias. fient. Si uero solem ad rapi
dum stellasq; sequentes Ordine respicias. nunq̃ te crastina fallet
hora. nec insidiis noctis capieris opace. Sed ante satis abundeq; pro
uisum est ut ab insidiis tutus esses. Nunquid non crastina fallit ho
ra? fallit enim q̄ nescienti euenit. Ego quid futurũ sit nescio. q̄d
fieri possit scio. Ex hoc nichil desperabo. totum expecto. Siq̄d remit
titur boni consulo. fallit me hora si parcit. sed nec sic quidẽ fallit.
Nam queadmodũ scio omnia accidere posse. sic scio non utiq; casu
ra. Vtiq; secunda expecto. malis paratus sum. In illo feras me ne

cesse est. non per scriptū euntem· Non enī adducor ut in numerū
liberaliū artium pictores recipiam non magis q̄ statuarios. aut mā
morarios aut ceteros luxurie ministros· Eque luctatores et totā
oleo ac luto constantē scientiam expello ex his studiis liberalibus·
An unguētarios recipiam et cocos. et ceteris uoluptatibus nostris
ingenia accōmodantes sua. Quid enim oro te liberale habent
hi ieiuni uomitores. quorū corpora in sagina· animi in macie et
ueterno sunt. An liberale studiū istuc esse iuuentuti nostre cre
dimus. quam maiores nostri rectam exercuerunt. hastilia iacere.
sudem torquere. equū agere. arma tractare. Nichil liberos suos
docebant quod discendum esset iacentibus· Sed nec hec. nec ille
edocent aluntue uirtutem· Quid enim prodest equū regere aut
cursum eius freno temperare. affectibus effrenatissimis abstrahi.
Quid prodest multos uincere luctatione. uel cestu· ab iracundia
uinci. Quid ergo. Nichil nobis liberalia conferūt studia. Ad
alia multū· Ad uirtutē nichil· Nam et he uiles ex professo artes
que manu constant ad instrumēta uite plurimū conferunt. ta
men ad uirtutē non pertinent· Quare ergo liberalibus studiis fi
lios erudimus. Non quia uirtutē dare possunt. sed quia animū
ad accipiendam uirtutē preparant· Quēadmodū prima illa quā
antiqui dicebant litteratura· per quā pueris elementa traduntur.
non docet liberales artes. sed mox percipiendis locū parat. sic libe
rales artes non perducunt animū ad uirtutē sed expediunt· Qua
tuor esse ait artium genera possidonius· Sunt uulgares et sordide.
sunt ludicre. sunt pueriles. sunt liberales· Vulgares sunt opificū.
que manu constant. et ad instruendam uitam occupate sūt. in
quibus nulla decoris. nulla honesti simulatio est· ludicre sunt que
ad uoluptatē oculorū atq; auriū tendunt· his annumeres licet
machinatores. qui pegmata surgentia per se excogitant. et tabula
ta tacite in sublime excrescentia. et alias ex inopinato uarietates
aut dehiscentibus que coherebant. aut his que distabant sua spōte
coeuntibus. aut his que eminebant paulatim in se residentibus.
his imperitorū feriuntur oculi. omnia subita quia causas non

nouere mirantiũ· Pueriles sunt et aliquid habentes liberalibus si
mile· he artes sunt quas nostri liberales uocant· Sole artes liberales
sunt. imo ut uerius dicam libere. quibus cure uirtus est· Queadmo
dum autẽ inquit aliqua pars philosophie naturalis est. aliqua mo
ralis. aliqua rationalis. sic et hec quoq; liberaliũ artiũ turba locũ
sibi in phia uendicat· Cũ uentũ est ad naturales questiones. geo
metrie testimonio statur. ergo eius quẽ adiuuat pars est.· Mul
ta nos adiuuant. nec ideo partes nostre sunt· Imo si partes essẽt
non adiuuarent· Cibus adiutoriũ est corporis. nec tamen pars ẽ·
Aliquod nobis prestat geometria ministeriũ· sic phie necessaria
est. quomodo ipsi faber· Sed nec hic geometrie pars est. nec illa phie·
Preterea utraq; fines suos habet· Sapiens enim causas naturaliũ
et querit et nouit· quorũ numeros mensurasq; geometer perse
quitur et supputat· Qua ratione constent celestia. que illis sit nũc
uis. que natura sapiens scit· Cursus et recursus et quasdã obser
uationes per quas descendunt et alleuantur. ac species interdũ
stantium prebent. cũ celestibus stare non liceat. colligit mathema
ticus· Que causa in speculo magnitudines exprimat. scit sapiens·
Illud tibi geometer potest dicere. quantũ abesse debeat corpus ab
imagine. et qualis forma speculi quales imagines reddat· Magnũ
esse solem philosophus probabit. quantus sit mathematicus. qui
usu quodam et exercitatione procedit· Sed ut procedat impetran
da illi quedam principia sunt· Non est aũt ars sui iuris. cui preca
rium fundamentũ est· Phia nichil ab alio petit· totũ opus a so
lo excitat· Mathematica ut ita dicam superficiaria est. in alieno
edificat· Aliena accipit prima quorũ beneficio ad ulteriora p
ueniat· Si per se iret ad uerũ. si totius mundi naturam posset
comprehendere. dicerem multũ collaturam mentibus nostris.
que tractatu celestiũ crescunt. trahuntq; aliquid ex alio· Una
re consumatur animus. scientia bonorũ ac malorũ immutabili
que soli phie competit· Nichil autẽ ulla ars alia de bonis ac malis
querit· Singulas habet circuire uirtutes· Fortitudo contemp
trix timendorum est· Terribilia et sub iugũ libertatem nostram

mittentia despicat · prouocat · frangit · Nunquid ergo hanc liberalia
studia corroborant :· Fides sanctissimū humani pectoris bonū est.
nulla necessitate ad fallendū cogitur. nullo corrumpitur premio ·
Vre inquit cede. occide. non prodam. sed quo magis secreta queret
dolor hoc illa altius condet · Nunquid liberalia studia hos animos
facere possunt :· Temperantia uoluptatibus imperat. Alias sedat
atq; abigit · alias dispensat atq; ad sanū modū redigit. nec unq̄ ad
illas propter illas uenit · Scit optimū esse cupitorū modū. nō quātū
uelis sed quantū debeas sumere · humanitas uetat superbū esse
aduersus socios. uetat auarū. uerbis. rebus. affectibus. cōmunem
se facilemq; omnibus prestat. nullū externū malū putat. bonū
aūt suū ideo maxime q̄ alicui bono futurū est. amat · Nunqđ libe
ralia studia hos mores precipiūt :· nō magis q̄ simplicitatē q̄ mo
destiam ac moderationē. nō magis q̄ frugalitatē ac parsimoniam.
nō magis q̄ clementiam · que alieno sanguini tanq̄ suo parcit · et
scit homini non esse prodige utendū · Cum dicatis inquit sine libe
ralibus studiys ad uirtutē non peruenire. quēadmodū negatis illa
nichil conferre uirtuti :· Quia nec sine cibo ad uirtutē peruenitur.
cibus tamen ad uirtutē non pertinet · Ligna naui nichil conferūt.
q̄uis non fiat nauis nisi ex lignis · Non est inq̄ cur aliquid putes fieri
cū adiutorio. sine quo non potest fieri · Potest quidem et illud dici
sine liberalibus studiys peruenire ad sapientiā posse · Quamuis enī
uirtus discenda sit. tamen per hec nō discitur · Quid est autē qua
re existimem nō futurū sapientē eum qui litteras nescit. cū sapi
entia non sit in litteris :· Res tradit non uerba. et nescio an cer
tior memoria sit. que nullū extra se subsidiū habet · Magna et spa
tiosa res est sapientia · Vacuo illi loco opus est. de diuinis humanisq;
discendum est. de preteritis. de futuris. de caducis. de eternis. de
tempore · De quo uno uide q̄ multa querantur · Primū an per se
sit aliquid. deinde an aliquid ante tempus sit. an sine tempore
cū mundo ceperit. an etiam ante mūdū quia fuerit aliquid. fue
rit et tempus · Innumerabiles questiones sunt tantū de animo. un
de sit. qualis sit. quando esse incipiat. q̄diu sit. an aliunde alio trā

scat. et domicilia mutet. et ad alias animalium formas. aliasq; con
iectus. an non amplius q̄ semel seruiat. et emissus uagetur in toto.
utrū corpus sit an non. Quid sit facturus cū per nos aliquid facere
desierit. quomodo libertate sua usurus. cū ex hac effugerit cauea.
an obliuiscatur priorū. et illinc nosse se incipiat. an de corpore ab
ductus in sublime secessit. Quācunq; partē rerū humanarū diui
narūq; comprehenderis. ingenti copia querendorū ac discendorū
fatigaberis. hec tam multa tā magna ut habere possint liberū ho
spitium. superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has
angustias uirtus. laxū spatium res magna desiderat. Expellantur
omnia. totū illi pectus illi uacet. At enī delectat artiū noticia mul
tarum. Tantū itaq; ex illis retineamus. quantū necessariū est. An
tu existimas reprehendendū qui superuacua usibus comparat. et
preciosarū rerū pompam in domo explicat. et non putas eū qui occu
patus est in superuacua litterarū supellectile? plus scire uelle q̄ satis
est intemperantie genus est. Quid q̄ ista liberaliū artiū ostentatio
molestos. intempestiuos. uerbosos. sibi placentes facit. et ideo nō discē
tes necessaria quia superuacua didicerunt. Quatuor milia librorꝝ
didimus grāmaticus scripsit. Misererer homini si presens esset. si tā
multa legisset supuacua. In his libris de patria homeri inuenies.
de enee matre uera. In his libidinosior anacreon an ebriosior ui
xerit. In his an sapho publica fuerit. et alia que erant dediscenda
disces. I nunc et longā esse uitam nega. Sed et ad nostros quocunq;
perueneris. ostendam multa securibus recidenda. Magno impēdio
temporū. magna alienarū aurium molestia. hec laudatio constat.
O hominē litteratum. simus hoc titulo contenti rusticiore. O uirum
bonū. Ita ne est? Annales euoluam omniū gentium. et quis primus
carmina scripserit queram. quantū temporis inter orphea intersit
et homerum cum fastos non habeam computabo. et aristarchi notas
quibus aliena carmina cōpūxit recognoscam? et etatē in syllabis cō
teram? Ita ne in geometrie puluere herebo? Adeo michi preceptū
illud salutare excidit. tempori parce? hoc sciā? et quid ignorem?
Appion grāmaticus qui sub cesare tota circūlatus est grecia. et ī nomen

homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus. aiebat homerū utraq; ma
teria consumata et odyssia et iliade principiū adiecisse operi suo
quo bellum troianorū complexus est. Huius rei argumentū affere
bat q' duas litteras in primo uersu posuisset ex industria. librorum
suorū numerū continentes. Talia sciat oportet qui multa uult scire.
non cogitare quantū temporis tibi auferat mala ualitudo. quantū
occupatio publica. quantū occupatio priuata. quantū occupatio quo
tidiana. quantū somnus. Metire etatē tuam. tam multa nō capit.
De liberalibus studiis loquor. Philosophi quantū habent superua
cui. quantū ab usu recedentis? Ipsi quoq; ad syllabarū distinctiones
et coniunctionū ac prepositionū proprietates descenderūt. et tanq̄
grāmaticis inuiderent et geometris quicquid in horū artibus su
peruacuū erat transtulere in sua. Sic effectū est ut diligentius lo
qui scirent q̄ uiuere. Audi quantū mali faciat nimia subtilitas.
q̄ infesta ueritati sit. Pythagoras ait de omni re in utranq; partē
disputari posse ex equo et de hoc ipso an omnis res ex equo disputa
bilis sit. Nausiphanes ait ex his que uidentur esse. nichil magis
esse q̄ non esse. Parmenides ait ex his que uidentur nichil esse uni
uerso. Zenon Cleantes omnia negocia de negociis deicit. ait ni
chil esse. Circa eadem fere phuronei uersantur. et megarici et
eretici et academici. qui nouā induxerūt scientiam. nichil scire.
Hec omnia in illum superuacuū coniece studiorū liberaliū gregē.
Illa michi nō profuturā scientiā tradūt. hi spē omnis scientie eripi
unt. Satius est superuacua scire q̄ nichil. Illi non preferūt lumen
per quod acies dirigatur ad uerū. hi oculos michi effodiunt. Si
pythagore credo nichil in rerū natura nisi dubiū. Si nausiphani
hoc unū certū est nichil esse certi. Si parmenidi. nichil est preter
unū. Si zenoni ne unū quidē. Quid ergo nos sumus? Quid
ista que nos circūstant. alunt. sustinent? Tota rerum natura um
bra est. aut inanis. aut falsa. Non facile dixerim utrum magis
irascar illis qui nos nichil scire uoluerūt. an illis qui ne hoc quidē
nobis reliquerūt. nichil scire. Vale.

· lxxxviii ·

De utilitate diuisionis de differentia int' sapientiā et philosophiam et contestatione utriusq;

Rem utilem desideras et ad sapientiā properāti necessariā.

diuidi philosophiam et ingens corpus eius in membra disponi. Faci
lius enim per partes in cognitionem totius adducamur. Vtinā qui
dem queadmodū uniuersa mundi facies in conspectū uenit. ita
phia tota nobis posset occurrere. simillimū mundo spectaculum.
Profecto enī mortales in admiratione sui raperet. relictis his que
nūc magna magnorū ignorantia credimus. Sed quia contingere
hoc nō potest. et sic a nobis aspicienda queadmodū mundi secreta
cernuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplecti
tur. nec minus illam uelociter currit q̄ celum acies nostra. Nobis
autē quibus rumpenda caligo est. et quorū uisus in proximo defi
cit. singula queq; ostendi facilius possunt uniuersi nondū capacibus.
Faciam ergo quod exigis. et phiam non in partes sed in frusta di
uidam. diuidi enim illam. non concidi utile est. Nam compren
dere queadmodū maxima. ita minima comprendere difficile ē.
Describitur in tribus populus. In centurias exercitus. quicquid ī
maius creuerit facilius agnoscatur si discessit in partes. quas ut di
xi īnumerabiles esse et paruulas non oportet. Idem enim uitij ha
bet nimia. quod nulla diuisio. Similis confusio est quicq; usq; in
puluerem sectū esse. Primū itaq; sicut uidetur tibi dicam intra
sapientiam et phiam quid inter sit. Sapientia perfectū bonū est
mentis humane. Philosophia sapientie amor est et affectio. hec
ostendit quo illa prouenit. Phia unde dicta sit apparet. ipso enī no
mine fatetur. Quidam et sapientiā ita diffiniuerūt ut dicerent
eam et humanorū et diuinorū scientiam. Quidam ita. Sapientia
est nosse diuina et humana et horū causas. Superuacua michi ui
detur horū adiectio. quia cause diuinorū humanorūq; partes sūt.
Phiam quoq; fuerunt qui aliter et aliter finirent. Alij studium
illam uirtutis esse dixerunt. alij corrigende mentis. a quibusdā
dicta est appetitio recte rationis. Illud quasi constitit aliquid ītra
phiam et sapientiā interesse. Neq; enī fieri potest ut idem sit
quod affectatur. et quod affectat. quomodo multū intra auari
tiam et pecuniam inter est. cū illa cupiat. hec concupiscatur. sic ī
tra philosophiā et sapientiā. hec enī illius effectus ac premiū est.

Illa uenit. ad hanc itur· Sapientia est quam greci σοφιαν (sophian) uocāt·
hoc uerbo romani quoq; utebantur. sicut philosophia nūc quoq; u
tuntur. quod et togate tibi antique probabunt. et inscriptus dosse
ni monumento titulus· hospes resiste et sophiam dosseni lege·
Quidam ex nostris quis p̄hia studiū uirtutis esset. et hec peteretur illa
peteret. tamen nō putauerunt illas distrahi posse· Nam nec p̄hia si
ne uirtute est. nec sine p̄hia uirtus· P̄hia studiū uirtutis est. sed per
ipām uirtutē· Nec uirtus autē esse sine studio sui potest. nec uirtutis
studiū sine ipa· Non enī quemadmodū in his qui aliquid ex distanti
loco ferire conantur. alibi est qui petit. alibi quod petitur· Nec quēad
modum itinera que ad urbes perducūt extra ipa sunt. ad uirtutem
uenitur per ipsam· Coherent igitur intra se p̄hia uirtusq;· P̄hie tres
partes esse dixerūt et maximi et plurimi autores· Moralem. natura
lem. et rationalem· Prima cōponit animū· secunda rerū causas scru
tatur· tertia proprietatē uerborū naturā exigit et structurā. et
argumentationes ne pro uero falsa surrepant· Ceterū inuenti sunt
et qui in pauciora p̄hiam. et qui in plura diducerent· Quidam ex pe
ripateticis quartam partem adiecerūt ciuilem. quia propriā quandā
exercitationē desideret. et circa aliam materiā occupata sit· Quidā
adiecerunt his partē οικονομικην (iconomicam) uocant. administrande rei fa
miliaris scientiam· Quidā et generibus uite locum separauerunt·
Nichil autē horū non in illa parte morali reperietur· Epicurei duas
partes p̄hie putauerūt. naturalē atq; moralē. rationalē remouerūt·
Deinde cū ipsis rebus cogerentur ambigua secernere. falsa sub spetie ue
ri latentia coarguere. ipsi quoq; locū de iudicio et regula appellant alio
nomine rationalē induxerūt. sed eum accessionem esse naturalis partis
existimant· Cyrenaici naturalia cū rationalibus sustulerūt. et cōtenti
fuerūt moralibus· sed hi quoq; que remouēt aliter inducūt· In quinq;
enī partes moralia diuidunt. ut una sit de fugiendis et expetendis·
altera de affectibus. tertia de actionibus. quarta de causis. quinta de
argumentis· Cause rerū ex naturali parte sunt. argumēta de ratio
nali. actiones ex morali· Aristō chius non tantū superuacuas esse di
xit naturalem et rationalē sed esse contrarias. moralem quoq; quā

solam reliquerat circumcidit. Nam eum locum qui monitiones continet sustulit. et pedagogi esse dixit non philosophi. tanquam quisquam alius sit sapiens quam generis humani pedagogus. Ergo cum tripertita sit philosophia. moralem eius partem primum incipiamus disponere. quam in tria rursus diuidi placuit. ut prima eius species suum cuique distribuens. et extimans quanto quicque dignum sit. maxime sit utilis. Quid enim est tam necessarium quam pretia rebus imponere? Secunda de actionibus. tertia de impetu. Primum est enim ut quanti quicque sit iudices. Secundum ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumque. Tertium ut intra impetum tuum actionemque conueniat. Ut in omnibus istis tibi ipse consentias. Quicquid ex tribus defuerit turbat et cetera. Quid enim prodest integre extimata habere omnia si sis in impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse et habere cupiditates in tua potestate si in ipsa rerum actione tempora ignores. nec scias quando quicque et ubi et quemadmodum agi debeat? Aliud est enim dignitates et pretia rerum nosse. aliud articulos. aliud impetus refrenare. et ad agenda ire non ruere. Tunc ergo uita concors sibi est. ubi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur. proinde remissus acriorque prout illa digna est peti. Naturalis pars philosophie in duo scinditur. corporalia et incorporalia. utraque diuiduntur in suos ut ita dicam gradus. Corporum locus in hos. primum in ea que faciunt et que ex his gignuntur. Gignuntur autem elementa. Ipse elementi locus ut quidam putant simplex est. ut quidam in materiam. et causam omnia mouentem. et elementa diuiditur. Superest ut rationalem partem philosophie diuidamus. Omnis autem oratio aut continua est. aut inter respondentem et interrogantem discissa. hanc ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΝ [dialecticam]. Illam ΡΗΤΟΡΙΚΗΝ [rhetoricam] placuit uocari. ΡΗΤΟΡΙΚΗ [rhetorice] uerba curat et sensus et ordinem. ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ [dialectice] in duas partes diuiditur. in uerba. et in significationes. id est in res que dicuntur. et uocabula quibus dicuntur. Ingens sequitur utriusque diuisio. Itaque hoc loco finem faciam. et summa sequar fastigia rerum. Alioquin si uoluero facere partium partes. questionum liber fiet.

Hec Lucili uirorum optime quominus legas non deterreo. dummodo quicquid legeris ad mores statim referas. Illos compesce. marcentia

Etiam inuitos publice arguendo de auaritia luxuria et gula.

uite excita· soluta constringe· contumacia doma· cupiditates tu
as publicasq; quantū potes uexa· et istis dicentibus quousq; eadē?
responde. ego debebam dicere quousq; eadem peccabitis· Remedia
ante uultis q̄ uitia desinere· Ego uero eo magis dicam. et quia re
cusatis perseuerabo· Tunc incipit medicina proficere ubi in corpo
re alienato dolorem tactus expressit· Dicam etiam inuitis profutu
ra· Aliquando aliqua ad uos non blanda uox ueniat· et quia uerū
audire singuli non uultis publice audite quousq; fines possessionū
propagabitis? Ager uni domino qui populū cepit angustus est· Quo
usq; a rationibus uestris fines uestros porrigetis? ne prouinciarum
quidē statione contenti. circūscribere prediorū modū· Illustrium
fluminū per priuatum decursus est. et amnes magni magnarumq;
gentium termini usq; ad hostiū a fonte. uestri sunt· hoc quoq; pa
rum est nisi latifundys. uel latis fundis uestris maria cinxistis. ni
si trans adriam et ionium egeumq; uester uillicus regnat. nisi insu
le ducū domicilia magnorū intra uilissima rerū numerentur·
Q̄ uultis late possidete? Sit fundus quod aliquando imperiū uo
cabatur· facite uestrū quicquid potestis. dum plus sit alieni· Nunc
uobiscū loquor quorū eque spatiose luxuria q̄ illorū auaritia diffū
ditur· Vobis dico quousq; nullus lacus erit. cui non uillarū uestra
rum fastigia īmineant? Nullū flumen cuius non ripas edificia ue
stra pretexant· Vbicumq; scatebūt aquarū calentiū uene· Vbicūq;
noua diuersoria luxurie excitabuntur· Vbicumq; in aliquē sinū
litus curuabitur uos protinus fundamenta facietis. nec contenti so
lo nisi quod manu feceritis· Maria agetis introrsus· Omnibus licet
locis tecta uestra resplendeant· Alia uero imposita montibus in ua
stum terrarū marisq; prospectū alicubi ex plano in altitudinē mō
tium educta· Cū multa edificaueritis. cū ingentia tamen et sin
gula corpora estis et paruula· Quid prosunt multa cubicula? in
uno iacetis· Non est uestrū ubicumq; non estis· Ad uos deinde uel
demū transeo quorū profunda et insatiabilis gula. hinc maria scru
tatur. hinc terras. alia hamis. alia laqueis. alia retium uariys ge
neribus cum magno labore prosequitur· Nullis animalibus nisi

ex fastidio pax est. Quantulū est q̄ ex his epulis que per tot compa
ratis manus. fesso uoluptatibus ore libatis. Quantulū ex ista fera
periculose capta dominus crudus ac nauseans gustat. Quantulum
ex tot conchyliis tam longe aduectis per istū stomachū inexplebilē
labitur. Infelices esse q̄ intelligitis maiorē uos famem habere q̄
uentrem. Hec aliis dic ut dum dicis audias. Ipse scribe. ut dū scri
bis legas. omnia ad mores et ad sedandā rabiem affectuū referens.
Stude. non ut plus aliquid scias. sed melius. Val.

· LXXXX ·

De phia q̄ nō sit res beneficiaria. de aureo primo seculo et hoc luxurioso cōtra possidoniū disputat artes mechanicas a phia minime inuentas et q̄ illi rudis seculi hoīes nō sapientes sed sapientib' silēs erant.

Quis dubitare mi luciali potest. quin deorū īmortaliū munus
sit q̄ uiuimus. phie q̄ bene uiuimus. Itaq; tanto plus huic
nos debere q̄ diis. quanto maius beneficiū est bona uita q̄
uita. et pro certo deberetur. nisi ipām phiam dii tribuissent. cuius
scientiam nulli dederunt. facultatē omnibus. Nam si hanc quoq;
bonū uulgare fecissent. et prudentes nasceremur. sapientia q̄d
in se optimū habet perdidisset. quia intra fortuita esset. Nūc enī
hoc in illa preciosum atq; magnificum est. q̄ non obuenit. q̄ illam
sibi quisq; debet. q̄ non ab alio petitur. Quid haberes q̄ in phia
suspiceres. si beneficiaria res esset. huius opus unū est de diuinis
humanisq; rebus uerū inuenire. Ab hac numq̄ recedit religio. iusti
cia. pietas. et omnis alius comitatus uirtutū consertarū et intra
se coherentium. hec docuit colere diuina. humana diligere. et pe
nes deos imperiū esse. intra homines consortium quod aliquādiu
inuiolatū mansit. anteq̄ societatem auaritia distraxit. et paup
tatis causa etiam in his quos fecit locupletissimos fuit. Desierūt
enī omnia possidere dū uolunt propria. sed primi mortaliū quiq;
et ex his geniti naturā incorrupti sequebantur. eandem habebāt
et ducem et legē cōmissi melioris arbitrio. Nature est enī potioribus
deteriora sūmittere. ut mutis quidē gregibus aut maxima corpora
presunt aut uehementissima. Nō precedit armenta degener tau
rus. sed qui magnitudine ac toris ceteros mares uicit. Elephantorū
gregem excellentissimus ducit. Intra homines proximo est optimū.
Animo itaq; rector eligebatur. Ideoq; sūma felicitas erat gentium
in quibus non poterat potentior esse nisi melior. Tantum enī quātū

uult facere potest. qui se nisi quod debet non putat esse · Illo ergo se
culo quod aureũ perhibent penes sapientes fuisse regnũ possidonius
iudicat · hi continebant manũ. et infirmiores a ualidioribus tue
bantur. suadebant dissuadebantq; et utilia atq; inutilia mõstrabãt.
horũ prudentia ne quid deesset suis prouidebat · fortitudo arcebat
periculo. benificentia augebat ornabat subiectos · Officium erat ĩ
perare. non regnũ · Nemo quantũ posset aduersus eos experiebatur
per quos cęperat posse · Nec erat cuiq̃ aut animus in iniuria aut ca
usa. cum bene imperanti bene pareretur · Nichil q; rex maius mina
ri male parentibus posset. q̃ ut abiret e regno · Sed postq̃ surrepẽ
tibus uitiis in tyrannidẽ regna conuersa sunt; opus esse cepit legibus
quas et ipsas intra initia tulere sapientes · Salon qui athenas equo
iure fundauit intra septẽ sapientia notos. lygurgũ si eadem etas
tulisset. sacro illo numero concessisset octauo. et alluci leges coroni
deq; laudantur · hi non in foro. nec in consultorũ atrio sed in py
thagore tacito sanctoq; secessu didicerũt iura. que florenti tũc sici
lie et per Italiã grecie ponerẽt · Hactenus possidonio assentio. par
tes siquidẽ a phĩa inuentas quibus quotidiana uita utitur nõ cõ
cesserĩ. nec illi fabrice asserã gloriam · Illa inquit sparsos homines
congregauit e causasis lectos aut aliqua rupe suffossa. aut exese
arboris trunco docuit tecta moliri · Ego uero iudico phĩam nõ ma
gis excogitasse has machinationes tectorũ supra tecta surgentium.
et urbium urbes prementiũ q̃ uiuaria piscium in hoc clausa ut
tempestatũ periculũ non adiret gula. et quãuis acerrime pelago
seuiente. haberet luxuria portus suos. in quibus distinctos piscium
greges saginaret · Quid agis? phĩa homines docuit habere clauẽ
et seram? et quicquid aliud erat auaritie signum dare? Philoso
phia hoc cũ tanto habitantiũ periculo ĩminentia tecta suspendit ·
Parũ enĩ erat fortuitis tegi. et sine arte et sine difficultate natu
rale inuenire sibi aliquod receptaculũ? Michi crede. felix illud
seculum ante ΑΡΧΙΤΕΚΤΥC [architectus] fuit. ante architectores · Ista nata
sunt iam nascente luxuria. in quadratũ tigna decidere. et serra
per designata currente. certa manu trabem scindere · Nam primi

cuneis scindebant fissile lignum. Non enim tecta cenationē epulūq;
receptura parabantur. Nec in hunc usum pinus aut abies deferebat'
longo uehiculorū ordine uicis intrementibus. ut ex illa lacunaria
auro grauia penderent. furce utrinq; suspense fulciebant casam. spis
satis ramalibus ac fronde congesta et in procliue disposita. decursus
imbribus q̄uis erat magnus. sub his tectis habitauere sed securi. Cul
mus liberos texit. Sub marmore atq; auro seruitus habitat. In illo
quoq; dissentio a possidonio. q' ferramēta fabrilia excogitata a sa
pientibus uiris iudicat. Isto enī modo dicat licet. sapientes fuisse
per quos tunc laqueis captare feras et fallere uisco Inuentū et ma
gnos canibus circundare saltus. Omnia enī ista. sagacitas hominū
non sapientia inuenit. In hoc quoq; dissentio sapientes fuisse qui ferri
metalla et eris inuenerint. cū incendio siluarū adusta tellus ī sūmo
uenas iacentes liquefacta fudisset. ipā tales inueniunt quales colūt.
Ne illa quidē tam subtilis michi questio uidetur q̄ possidonio. utrū
malleus in usu esse prius q̄ forcipes ceperit. Vtraq; inuenit aliquis
exercitati ingenij. acuti. non magni. nec elati. et quicquid aliud cor
pore incuruato et animo humū spectante querendū est. Sapiens
facilis uictu fuit. Quid ni? cum in hoc seculo esse quisq̄ expeditissi
mus cupiat. Quomodo oro te conuenit ut diogenem mireris et de
dalum uter ex his sapiens tibi uidetur. qui serrā cōmentus est an
ille qui cum uidisset puerū caua manu bibentē aquam fregit ex
emptū e perula calicem. hac obiurgatione sui. Quādiu homo stultus
superuacuas sarcinas habui. qui se complicuit in dolio et in eo cubi
tauerit. hodie utrū tandē sapientiorē putas. qui inuenit quēad
modū īmensam altitudinē circū latentibus fistulis exprimat. qui
eurypos subito aquarū impetu implet aut siccat. et uersatilia ue
nationū laquearia ita coaugmentat. ut subinde alia facies atq; alia
succedat. et totiens tecta quotiens fercula mutentur. an eum qui
et alijs et sibi hoc monstrat q̄ nichil nobis natura durū ac difficile
īperauit. posse nos habitare sine marmorario ac fabro. posse nos ue
stitos esse sine cōmertio seruorū. posse nos habere usibus nostris ne
cessaria si contenti fuerimus his que terra posuit in sūmo. Quē si

audire humanū genus uoluerit. tam superuacuū sciet sibi cocū
esse q̄ militem. Illi sapientes fuerūt aut certe sapientibus similes
quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant neces
saria. in delitiis laboratur. Non desiderabis artifices si sequeris na
turam. Illa noluit esse destrictos. ad quecumq; nos cogebat instruxit.
frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? non pelles ferarū
et aliorū animaliū a frigore satis abundeq; defendere queunt? Nō
corticibus arborū. plereq; gentes tegunt corpora? Non auiū plume
in usū uestis conseruntur? Non hodie magna scytharū pars tergis
uulpium induitur? ac muriū? que tactu mollia et inpenetrabilia
uentis sunt? Opus est tamen calorem solis estiui. umbra crassiore
propellere. Quid ergo? Non uetustas multa abdidit loca. que uel
iniuria temporis. uel alio quolibet casu excauata in specum recesse
runt? Quid ergo? Non qualibet uirgeam cratem texuerūt manu
et uili obliniuerunt luto? deinde de spica aliisq; siluestribus ope
ruere fastigiū et pluuiis deuexa. latentibus hiemē transiere secu
ri? Quid ergo? Non in defosso latent syrtice gentes. quibus propter
nimios solis ardores nullū tegumentū satis repellendis caloribus
solidū est. nisi ipsa arens humus? Non fuit tam inimica natura ut
cum omnibus aliis animalibus facilem actū uite daret. homo solus
non posset sine tot artibus uiuere. Nichil horū ab illa nobis impe
ratum est. nichil egre querendū. ut possit uita produci. Ad parata
nati sumus. Nos omnia nobis difficilia. facilium fastidio fecimus.
Tecta tegumentaq; et fomenta corporū et cibi et que nūc ingens
negociū facta sunt. obuia erant et gratuita. et opera leui parabi
lia. Modus enī omnium prout postulabat necessitas erat. Nos ista
preciosa. nos mira. nos magnis multisq; conquerenda artibus feci
mus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciuit.
que quotidie se ipsam incitat. et tot seculis crescit. et ingenio adiu
uat uitia. Primo superuacua cepit concupiscere. Inde contraria.
Nouissime corpori animū addixit. et illius deseruire libidini
iussit. Omnes iste artes quibus aut exercitatur ciuitas aut strepit.
corporū negociū gerunt. Cui omnia olim tamq̄ seruo prestabantur.

nūc tanq̄ domino parantur· Itaq; hinc tectorū hinc fabrorū officine
sunt. hinc odores coquentiū. hinc molles corporis motus docentium
mollesq; cantus et infractos· Recessit enī ille naturalis modus deside
ria ope necessaria finiens· Iam rusticitatis et miserie est uelle quā
tum sat est· Incredibile est lucili q̄ facile etiam magnos uiros dulcedo
orationis abducat a uero· Ecce Possidonius ut mea fert opinio ex eis
qui plurimū ph̄ie contulerūt. dum uult describere quēadmodum
alia torqueantur fila. alia ex molli solutoq; ducantur. deinde quē
admodū tela suspensis ponderibus rectum stamen extendant. quē
admodū subtegmen insertū. q̄ duritiam utrinq; exprimētis tra
me remolliat. spata coire cogatur et iungi. textriniq; artem a sa
pientibus dixit inuentā. oblitus postea repertum hoc subtilius ge
nus. in quo tela iugo iuncta est· Stamen secernit arundo· Inserit̃
mediū radijs subtegmen acutis· Quod lato pariunt inserti pectine
dentes· Qđ si contigisset illi has addere nostri temporis telas ī qb;
uestis nichil celatura conficitur in qua non dico nullum corpori auxilium
sed nullū pudori est· Transit deinde ad agricolas. nec minus facū
de describit proscissum aratro solum. et interaratrū quo solutior
terra facilius pateat radicibus tunc sparsa semina et collectas ma
nu herbas nequid fortuitū et agreste succrescat quod necet segetē·
hoc quoq; opus ait esse sapientiū. tanq̄ non nūc quoq; plurima cul
tores agrorū noua inueniāt. per que fertilitas augeatur· Deinde nō
est contentus his artibus. sed in pristinū sapientē sūmittit· Narrat
enī quēadmodū rerū naturam imitatus panē ceperit facere· re
ceptas inquit in os fruges concurrens inter se duritia dentiū frā
git· et quicquid excidit ad eosdem dentes lingua refertur· Tūc ue
ro miscetur ut facilius p̄ fauces lubricas transeat· Cum peruenit
ad uentrē equali culine feruore concoquitur· Tunc demū corpori
accedit· Hoc aliquis secutus exemplar. lapidem asperū aspero im
posuit ad similitudinē dentium. quorū pars immobilis motum al
terius expectat· Deinde utriusq; attritu grana franguntur et sepi
us regeruntur. donec ad minutiam frequenter trita redigantur·
Tunc farinam aqua sparsit. et assidua pertractatione perdomuit·

finxitq; panẽ quem primo cinis calidus et feruens testa percoxit · De
inde furni paulatĩ reperti et alia genera quorũ feruor seruiret ar
bitrio · Non multũ abfuit quin sutrinũ quoq; inuẽtum a sapientibus
diceret · Omnia ista ratio quidẽ . sed non recta ratio cõmentata est · ho
minis etiam nõ sapientis inuenta sunt · Tam me hercules q̃ nauigia qb;
amnes quibusq; maria transimus aptatis ad accipiendũ uentorũ impe
tum uelis . et additis a tergo gubernaculis que huc atq; illuc cursũ naui
gij torqueant · exẽplum a piscibus tractũ est . qui cauda reguntur et
leui eius in utrunq; momento uelocitatẽ suam flectũt · Omnia in
quit hec sapiens quidẽ inuenit · sed minora q̃ ut ipse tractaret sordi
dioribus ministris dedit · Jmo nõ alijs excogitata sũt q̃ a quibus hodie
curantur · Quedam nostra demũ prodisse memoria scimus ut spe
culariorũ usum perlucente testa clarũ transmittentiũ lumen · ut
suspensuras balneorum et impressos parietibus tubos per quos circũ
funderetur calor . qui ima simul ac sũma foueret equaliter · Quid
loquar marmora quibus templa quibus domus fulgent? Quid la
pideas moles in rotundũ ac leue formatas quibus porticus et capacia
populorũ tecta suscepimus? Quid uerborũ notas . quibus quamuis
citata excipitur oratio et celeritatẽ lingue manus sequitur? Vilissi
morũ mancipiorũ ista cõmenta sunt · Sapientia altius sedet · nec
manus edocet · animorũ magistra est · Vis scire quid illa eruerit
quidue effecerit? non decoros motus corporis . nec uarios per tubã
ac tibiam cantus . quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in trã
situ formatur in uocem · non arma . nec muros . nec bella utilia mo
litur · Paci fauet . et genus humanũ ad concordiam uocat · nõ est
inq̃ instrumẽtorũ ad usus necessarios opifex · Quid illi tam paruula
assignas? Artificẽ uides uite · alias quidẽ artes sub dominio habet ·
Nam cui uita . illi uite quoq; ornamenta seruiunt · Ceterũ ad bea
tum statũ tendit · Jllo ducit · illo uias aperit · Que sint mala que
uideantur ostendit · uanitatẽ exuit . mentibus dat magnitudinẽ
solidam · Jnflatam enĩ et ex inani speciosam reprimit · Nec igno
rari sinit quid inter magna intersit et tumida · Totius nature no
titiam ac sue tradit · quid sint dij qualesq; declarat · quid inferi

quid lares et genij. quid inseram nominū formā; anime perpetue
ubi consistant. quid agant. quid possint. quid uelint. Hec eius initi
amenta sunt per que nō municipale sacrū sed ingens. deorū omniū
templum. mundus ipse reseratur. Cuius uera simulacra uerasq; fa
cies cernendis mentibus protulit. Nam ad spectacula tam magna
hebes uisus est. Ad initia rerū deinde redit. eternamq; rationem toti
mundo inditam et uim omnium seminū singula proprie figuran
tem. Tum de animo cepit inquirere unde esset. ubi. quādiu. ī quot
membra diuisus. Deinde a corporalibus se ad incorporalia transtu
lit. ueritatemq; et argumēta eius excussit. Post hec quēadmodū
decernerētur uite aut uocis ambigua. In utraq; enī falsa ueris ī
mixta sunt. Non abduxit inq̄ se ut possidonio uidetur ab istis arti
bus sapiens. sed ad illas omnino non uenit. nichil enim dignū in
uentu iudicasset quod non erat dignū perpetuo usu. iudicaturus
ponenda non sumeret. Anacharsis inquit inuenit rotam figuli ci
uius circuitu uasa formantur. Deinde quia apud homerū inueni
tur figuli rota. mauult uideri uersus falsos esse q̄ fabulam. Ego nō
anacharsim autorem huius rei fuisse contendo. et si fuit sapiens
quidē hoc inuenit. sed non tanq̄ sapiens. sicut multa sapientes fa
ciunt quia homines sunt. non quia sapientes. Puta uelocissimum
esse sapientē. cursu omnes anteibit. quia uelox est non quia sapiens.
Cuperem possidonio aliquē uitriarium ostendere qui spiritu uitrū
in habitus plurimos format. qui uix diligenti manu effigerentur.
hec inuenta sunt postq̄ sapientē desiuimus inuenire. Democritus
inquit inuenisse dicitur fornicē ut lapidū curuatura paulatim
inclinatorū medio saxo alligaretur. hoc dicam falsum esse. neces
se est enim ante democritū et pontes et portas fuisse quarū fere
sūma curuantur. Excidit porro nobis eundē democritū inuenisse
quēadmodū ebur molliretur. quēadmodū decoctus calculus in
smaragdum conuerteretur. qua hodieq; coctura inuenti lapides
ad hoc utiles colorantur. Ista sapiens licet inuenerit. non quia sa
piens erat inuenit. Multa enim facit que ab imprudentissimis
aut eque fieri uidimus aut peritius aut exercitatius. Quid sapiēs

inuestigauerit. quid in lucē protraxerit queris? Primū uerā naturā
quam non ut cetera animalia oculis secutus est tardis ad diuina.
Deinde uite legē quam ad uniuersa direxit. nec nosse tantū sed
sequi deos docuit. et accidentia non aliter excipere q̄ imperata. Ve
tuit parere opinionibus falsis. et quanti quicq; esset uera extima
tione perpendit. Damnauit mixtas penitentie uoluptates. et bo
na semper platitura laudauit. et palam fecit felicissimū esse cui
felicitate nō opus est. potentissimū esse qui se habet in potestate.
Non de ea phia loquor que ciuē extra patriā posuit. extra mundū
deos. que uirtutē donauit uoluptati. sed illa que nullū bonū pu
tat. nisi quod honestum est. que nec hominis nec fortune mune
ribus deleri potest. Cuius hoc preciū est. non posse precio capi. hāc
phiam fuisse illo rudi seculo quo adhuc artificia deerant et ipso
usu discebant utilia. Non credo sic aut fortunata tempora cum ī
medio iacerent beneficia nature promiscue utenda anteq̄ auari
tia atq; luxuria dissociauere mortales et ad rapinā ex consortio di
scurrere ceperit. Non erant illi sapientes uiri etiam si faciebant
facienda sapientibus. Statū quidē generis humani non alium
quisq̄ suspexerit magis. nec si cui permittat deus terrena forma
re et dare gentibus mores. aliud probauerit q̄ quod apud illos fu
isse memoratur apud quos nulli subigebant arua coloni. Hec
separare quidē aut partiri limite campū. Fas erat. ī medium
querebant. ipsaq; tellus. Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Quid hominū illo genere felicius? In cōmune rerū natura frue
bantur. sufficiebat illa ut parens in tutela omnium. hec erat
publicarū opum secura possessio. Quidni. Ego illud locupletis
simū mortaliū genus dixerim. in quo pauperē inuenire nō posses.
Irrupit in res optime positas auaritia. et dum seducere aliquid cu
pit. atq; in suū uertere. omnia fecit aliena. et in angustū ex im
menso redacta. paupertatem intulit. et multa concupiscendo
omnia amisit. Licet itaq; uelit concurrere. et reparare quod per
didit. licet agros adiciat. uicinū uel precio pellat eris uel īiuria.
licet ī prouinciarū spatium rura dilatet et possessionem uocet

per suā longam peregrinationē. nulla nos finium propagatio eo
reducet unde discessimus. Cum omnia fecerimus multū habebimꝰ
uniuersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat inlaborata. et in usus
populorū non diripientiū larga. Quicquid natura protulit id nō
minus inuenisse q̄ inuentū monstrare alteri uoluptas erat. Nec
ulli aut superesse poterat aut deesse. Inter concordes diuidebatur.
Nondū ualentior imposuerat infirmiori manū. Nondū auarus
abscondendo quod sibi iaceret. aliū necessariis quoq; excluserat. Par
erat alterius ac sui cura. arma cessabāt. incruentaq; humano san
guine manus. Odium omne in feras uerterant. illi quos aliquod ne
mus densū a sole protexerat. qui aduersus seuitiam hiemis aut im
bris uili receptaculo tuti sub fronde uiuebant. placidas transige
bant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura uersat.
et acerrimis excitat stimulis. O q̄ molle somnū illis dura tellus da
bat. nō impendebāt celata laquearia. sed in aperto iacentes side
ra super labebantur et insigne spectaculū noctiū mundus ī preceps
agebatur. silentio tantū esse opus dicens. Tam inter diem illis q̄
noctem patebant prospectus huius pulcherrime domus. Libebat
intueri signa ex media celi parte uergentia. rursus ex occulto alia
surgentia. Quidni iuuaret uagari inter tam late sparsa mira
cula. At uos ad omnē tectorū pauetis sonū. et inter picturas ue
stras siquid increpuerit fugitis attoniti. Non habebant domos in
star urbiū. spiritus ac liber inter aperta flatus. et leuis umbra ru
pis aut arboris. et perlucidi fontes. riuiq;. non opere nec fistula.
nec ullo coacto itinere obsolefacti. sed sponte currentes. et prata si
ne arte formosa. Inter hec agreste domicilium rustica politū manu.
hec erat secundū naturā domus in qua libebat habitare. nec ipsam
nec pro ipsa timentē. Nūc magna pars nostri metus tecta sūt. Sed
quāuis egregia illis uita fuerit et carens fraude. non fuere sapiētes.
quando hoc iam in opere maximo nomen est. non tamen negauerī
fuisse alti spiritus uiros. et ut ita dicam a diis nouiter recedentes.
Neq; enī dubiū est quin meliora mundus non dū effectus ediderit.
Quēadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labores

paratior. ita non erant ingenia omnibus consumata. Non enī dat
natura uirtutē. Ars est bonū fieri. Illi quidē non aurū nec argentū
nec perlucidos lapides ima terrarū fece querebant. Parcebantq;
adhuc etiā mutis animalibus. tantū aberat ut homo hominē nō
iratus non timens tantū spectaturus occideret. Nondū uestis illis
erat picta. nondū texebatur aurū adhuc nondum eruebatur. Quid
ergo? Ignorantia rerū innocentes erant. Multū autem interest
utrum peccare aliquis nolit aut nesciat. Deerat illis iustitia. dee
rat prudentia. deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his
uirtutibus habebat quedam similia rudis uita. Virtus non con
tingit animo nisi instructo et edocto et ad sūmū exercitatione assi
dua perducto. Ad hoc quidem. sed sine hoc nascimur. et in opti
mis quoq; ante q̄ erudias. uirtutis materia. nō uirtus est. Val.

·XCI·

Quomodo ad oē quod euenire p̄t firmād᷒ ē anim᷒ et q̄ oīa mortaliū mortalitate dānata sunt. ut nō indignatione sed equanimitate op᷒ est contra fatū.

Liberalis noster nūc tristis est. nuntiato incendio quo Lugdu
nensis colonia exusta est. Mouere hic casus quēlibet posset.
nedū hominē patrie sue amantissimū. Que res effecit ut
firmitatē animi sui querat. quam uidelicet ad ea que timeri posse
nō putabat exercuit. Hoc uero tam inopinatū malū et pene inau
ditum nō miror si sine metu fuit. cum esset sine exemplo. Mul
tas enī ciuitates incendiū uexauit. nullam abstulit. Nam etiam
ubi hostili manu iniecta ignis īmissus est multis locis et quāuis
subinde excitetur raro tamen sic cuncta depascitur ut nichil fer
ro relinquat. Terrarū quoq; uix unq̄ tam grauis et perniciosus
fuit motus. ut tota oppida euerteret. Nunq̄ deniq; tā infestum
ulli exarsit incendium. ut nichil alteri superesset incendio. Tot
pulcherrima opera. que singula illustrare urbes singulas possent.
una nox strauit. et in tanta pace. quantū nec bello quidē timeri po
test accidit. Quis hec credat. ubiq; armis quiescentibus cū toto
orbe terrarū diffusa securitas sit. Lugdunū quod ostendebatur
ī gallia queritur. Omnibus fortuna quos publice afflixit. quod pas
suri erant. timere permisit. Nulla res magna non aliquod habuit
ruine sue spatium. In hac una nox interfuit inter urbē maxi
mam et nullam. Deniq; diutius illam perisse narro q̄ periit. Hec

omnia liberalis nostri affectū inclinandū aduersus sua firmum et
erectū nec sine causa concussus est · In expectata plus aggrauāt · no
uitas adicit calamitatibus pondus · nec quisq̄ mortaliū non magis
q̄ etiam miratus est doluit · Ideo nichil nobis improuisum esse de
bet · In omnia premittendus animus · cogitandumq; non quicquid
solet · sed quicquid potest fieri · Quid enim est quod non fortuna
cū uoluit ex florentissimo detrahat · q. nō eo magis aggrediatur
et quatiat quo speciosius fulget · Quid illi arduū quidue difficile
est · non una uia semp̄ nec tota quidē incurrit · Modo nostras in
nos manus aduocat · modo suis contenta uiribus inuenit pericula
sine autore · Nullum tempus exceptū est · In ipsis uoluptatibus cau
se doloris oriuntur · Bellum in media pace consurgit · et auxilia
securitatis in metū transeunt · Ex amico inimicus · hostis ex socio · In
subitas tempestates hibernisq; maiores agitur estiua tranquillitas ·
Sine hoste patimur hostilia · et cladis causas si alia deficiunt nimis
sibi felicitas inuenit · Inuadit temperatissimos morbus · ualidis
simos ptysis · inocentissimos pena · secretissimos tumultus · eligit
aliquid noui casus · per quod uelut oblitis uires suas ingerat · Quic
quid longa series · multis laboribus · multa deinde indulgentia
struxit · id unus dies sparsit ac dissipat · Longam moram dedit ma
lis properantibus qui diem dixit · horam momentūq; temporis
euertendis imperiis sufficere · Esset aliquod imbecillitatis nostre
solatiū rerūq; nostrarū · si tanto tempore perirent cuncta quanto
fiunt · Nunc incrementa lente exeūt · festinanter in damnū · Ni
chil priuatim · nichil publice stabile est · Tam hominū q̄ urbiū
fata uoluuntur · Inter placidissima terror existit · Nichilq; extra
est tumultuantibus causis · mala unde minime expectabantur e
rumpunt · Que domesticis bellis steterant regna · que externis im
pellente nullo ruūt · Quota queq; [at eque] felicitatē ciuitas pertulit · Cogi
tanda ergo sunt omnia · et animus aduersus ea que possunt eueni
re firmandus · Exilia tormenta · morbi · bella naufragia meditare ·
Potest te patrie · potest patriam tibi casus eripere · potest te in soli
tudinem abicere · potest hoc ipsum in quo turba suffocatur · fieri so

litudo· Tota ante oculos sortis humane condicio ponatur· Nec quan
tum frequenter euenit sed quantū plurimū potest euenire· Presu
mamus animo si nolumus opprimi nec illis inusitatis uelut nobis
obstupefieri· In plenū cogitanda fortuna est. quotiens Asie. quoties
Achaie urbes uno tremore ceciderūt· Quot oppida in Syria. quot
ī macedonia deuorata sunt· cypron quotiens uastauit hec clades·
quotiens in se paphus corruit· frequenter nobis nuntiati sūt to
tarum urbium interitus· Et nos inter quos ista nuntiantur quo
ta pars hominū sumus? Consurgamus itaq; aduersus fortuita. et
quicquid inciderit sciamus non esse tam magnū ꝙ rumore iacte
tur· Ciuitas arsit opulenta. ornamentūq; prouinciarū quibus
inserta erat et excepta. uni tamen imposita et huic nō altissimo
monti· Omnium istarū ciuitatū quas nūc magnificas ac nobiles
audis. uestigia quoq; tempus eradet· Non uides queādmodū in
Achaia clarissimarū urbiū iam fundamēta consūpta sunt. nec
quicq̄ extet ex quo appareat illas saltē fuisse? Non tantū manu
facta labuntur. nec tantū humana arte atq; industria posita
uertit dies. iuga montiū defluūt. tote de sede regiones operte
sunt fluctibus que procul a conspectu maris stabāt. Vastauit i
gnis colles per quos relucebat. et exarsit quondā altissimos uerti
ces. solatia nauigantiū ac speculas ad humilē arenā deduxit· Ipsius
nature opera uexantur. et ideo equo animo ferre debemus urbiū
excidia· Casura extant omnia· Omnes exitus manet· siue interna
ui flatuq; preclusa uiolenti. pondus sub quo tenentur excusse
rint. siue torrentiū in abdito uastior obstantia effregerit· siue
flamarū uiolentia compaginē soli ruperit· siue uetustas ī qua
nichil tutū est expugnauerit minutatim· siue grauitas celi e
gesserit populos et situs deserta corruperit· Enumerare omnes
fatorum uias longū est· hoc unū scio. omnia mortalium opera
mortalitate damnata sunt· Inter peritura uiuimus· hec ergo
atq; eiusmodi solatia admoneo liberali nostro incredibili quodā
patrie sue amore flagranti· que fortasse consūpta est. ut in me
lius excitaretur· Sepe maiori fortune locum fecit iniuria· Multa

cecideru͂t ut altius surgerent · et in malas imagines felicitatis urbis
inimicus aiebat · rome sibi incendia ob hoc unu͂ dolori esse q̄ sci
ret meliora resurrectura q͂ arsissent · In hac quoq; urbe uerisimile
est certaturos omnes · ut maiora certioraq; q͂ amisere restituant ·
Sint inter diurna et melioribus auspiciis in euu͂ longius condita ·
Nam huic colonie ab origine sua centesimus annus est · Etas nec
homini quide͂ extrema · a planco deducta ı͂ hac frequentia · loci o
portunitate conualuit · Que tamen grauissimos casus intra spa
tium humane senectutis passa est · Itaq; formetur animus ad in
tellectum patientiamq; sortis sue · et sciant nichil inausu͂ esse for
tune aduersus imperia · Illam idem habere iuris quod aduersus
homines imperantes · Aduersus urbes idem posse quod aduersus
homines · Nichil horu͂ indignandu͂ est · In eum intrauimus mundu͂
in quo his legibus uiuitur · Placet parere · no͂ placet · quacunq; uis
exi · Indignare si quid in te inique constitutu͂ est · Sed si hec sum
mos imosq; necessitas alligat · in gratiā cu͂ fato reuertere · a quo
omnia resoluuntur · Non est q̄ nos tumulis metiaris et in his mo
numentis que uiam disparia texunt · Equat omnes cinis · Impares
nascimur · pares morimur · Idem de urbibus quod de urbiu͂ inco
lis dico · Tam ardea capta q͂ roma est · Conditor ille generis huma
ni no͂ talibus nos nͨ nominu͂ claritate distinxit nisi du͂ sumus ·
Vbi uero ad fine͂ mortaliu͂ uentu͂ est · discede inquit ambitio om
nium que terrā premu͂t · sere miles esto ad omnia patienda ·
Pares sumus · nemo altero fragilior est · nemo in crastinu͂ sui cer
tior · Alexander macedonu͂ rex discere geometriā ceperat infe
lix sciturus q͂ pusilla terra erat ex qua minimu͂ occupauerat ·
Ita dico infelix ob hoc q̄ intelligere debebat falsum se gerere co
gnomen · Quis eni͂ esse magnus in pusillo potest ? Erant illa que
tradebantur subtilia et diligenti intentione discenda · non que
percipere posset uesanus homo et trans oceanu͂ cogitationes suas
mittens · facilia inquit me doce · Cui preceptor inquit · Ista om
nibus eadem sunt eque difficilia · hoc puta reru͂ naturā dicere ·
Ista de quibus quereris omnibus eade͂ sunt · nulli dari faciliora

possunt. Sed quisquis uolet sibi ipsi illa reddet faciliora. Quomodo? equanimitate. Et doleas oportet et sitias et esurias et senescas. si tibi longior cōtigerit inter homines mora. et egrotes. et perdas aliquid et pereas. Non est tamen q̄ istis qui te circūstrepūt credas. Nichil horum malum est. nichil intolerabile aut durū. Ex consensu istis metus est. Sic mortē times quomodo famam. Quid autē stultius homine uerba metuente? Eleganter demetrius noster solet dicere. eodem loco sibi esse uoces imperitorū. quo uentre redditos crepitus. Quid enī inquit mea refert sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est uereri ne infameris ab infamibus? Quēadmodū famā extimuisti sine causa. sic. et illa que nunq̄ timeretis nisi fama iussisset. Nū quid detrimenti faceret uir bonus iniquis rumoribus sparsus. aī ne morti quidē hoc apud nos noceat. et hoc malam molitionē habet. Nemo eorū qui illam accusant expertus est. Interim temeritas est damnare quod nescias. At illud scis q̄ multis utilis sit. q̄ multos liberet tormentis. egestate. querelis. suppliciis. tedio. Non sumus in ullius potestate. cum mors in nostra potestate sit. Val.

·XCII·

Disputatio cōtra eos q̄ dicūt solā uirtutē nō facere beatū sine externis cōmodis uel facere quidē beatū sed nō beatissimū. ubi tradit hoc fortuita nec bona eē nec mala et ideo nec beatū facē n̄ miserū. et de excellētia animi

Puto inter me teq; conuenit. externa corpori acquiri. corpus ī honorē animi coli. In animo esse partes ministras p̄ quas mouemur alimurq; propter ipm̄ principales nobis datas. In hoc principale est aliquid irrationabile. Est et rationale. illud huic seruit. hoc unū est quod alio non refertur. sed omnia ad se perfert. Nam illa quoq; diuina ratio omnib; preposita est. ipā sub nullo est. Et hec autē nostra eadē est. que ex illa est. Si de hoc int̄ nos conuenit. sequitur ut de illo quoq; conueniat. In hoc uno positam esse beatam uitā. ut in nobis ratio perfecta sit. hec enī sola nisi sūmittit animū stat contra fortunam. In quolibet rerū habitu seruitus seruit. Id autē unū bonū est quod nunq̄ defringitur. Is est inq̄ beatus quē nulla res minorē facit. Tenet sūma. et ne ulli quidem nisi sibi innixus. Nam qui alio auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est. incipient multū in nobis ualere non nostra. Quis autē uult constare fortuna. aut quis se prudens ob aliena

miratur· Quid est beata uita? securitas et beata tranquillitas· hanc dabat animi magnitudo· dabat constantia bene uiuendi tenax· Ad hoc quomodo peruenitur? Si ueritas tota perspecta est· si seruatus est in rebus agendis. ordo. decor. modus. innoxia uolũtas. ac benigna. intẽta rationi· nec unq̃ ab illa recedens. amabilis simul mirabilisq;· Denique; ut breuiter tibi formulam scribam. talis animus esse sapientis uiri debet. qualis deum deceat. Quid potest desiderare is cui omĩa honesta contingũt? Nam si possunt aliquid nõ honesta conferre ad optimũ statum. in his erit beata uita. sine quibus nõ est· Et quid turpius stultiusue q̃ bonũ rationalis animi ex irrationabilibus nectere? Quidam tamen augeri sũmũ bonũ iudicant. quia parũ plenum sit fortuitis repugnantibus· Antipater quoq; inter magnos secte huius autores. aliquid se tribuere dicit externis. sed exiguũ admodum. Vides autẽ quale sit sole te non esse contentũ nisi aliquis igniculus alluxerit· Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentũ si nõ es sola honestate contentus? Necesse est aut quietẽ adici uelis quam uocant greci aut uoluptatem· horum alterũ utcunq; recipi potest· Vacat enim animus molestia liber ad conspectũ uniuersi· Nichilq; illum auocat a cõtẽplatione nature· Alterũ illud uoluptas bonũ pecoris est· Adicimus rationali irrationale· honesto inhonestũ· Magno uitam facit titillatio corporis· Quid ergo? dubitatis dicere bene esse corpori si palato bene est? Et hunc tu non dico inter uiros numeras. sed inter homines. cuius sũmũ bonũ saporibus et coloribus et sonis constat? Excedat ex hoc animaliũ numero pulcherrimo ac dis. secundo mutis aggregetur animal. pabulo letũ· Irrationalis pars animi duas habet partes. alteram animosam. ambitiosam. impotentẽ. positã in affectionibus· alteram humilẽ. languidã. uoluptatibus deditã· Illam effrenatã meliorẽ. tamen certe fortiorẽ ac digniorem uiro reliquerũt· hanc necessariam beate uite putauerũt eneruem et abiectam· huic rationẽ seruire iusserũt et fecerũt animal generosissimũ· bonũ demissum et ignobile. preterea mixtũ. portentuosissimũ ex diuersis animal congruentibus membris· Nam ut ait Vir

l· totu

gilius noster in scylla· Prima hominis facies et pulchro pectore uirgo
Pube tenus· postrema inmani corpore pistrix· Delfinū caudas utero cō
missa luporū· huic tamen scylle fera animalia adiuncta sunt. hor
renda· uelocia· Ast isti sapientiā ex quibus composuere portentis?
Prima pars hominis est ipsa uirtus· huic cōmittitur inutilis caro et
fluida· receptandis tamen cibis habilis ut ait possidonius· Virtus illa
diuina in lubricū desinit. et superioribus eius partibus uenerandis
atq; celestibus animal iners ac marcidum attexitur· Illa utcumq; al
tera quies. nichil quidem ipsa prestabat animo. sed impedimenta re
mouebat· Voluptas ultro dissoluit. et omne robur emollit· Que inue
nietur tam discors inter se iunctura corporis? fortissimę rei inertis
sima instruitur. seuerissime parū seria. sanctissime intemperans
usq; ad incesta· Quid ergo inquit si uirtutē nichil impeditura sit
bona ualitudo et quies et dolorū uacatio. non petes illas? Quidni
petam? non quia bona sint. sed quia secundū naturam sūt. et qa
bono a me iudicio sumuntur· Quid erit in illis tunc bonū? hoc
unū· bene eligi· Nam cum uestē qualem decet sumo. cū ambulo
ut oportet. cū ceno queadmodū debeo. non cena. aut ambulatio.
aut uestis. bona sunt sed meū in his propositū. seruantis in quaq;
re rationi conuenientē modū· Etiam nūc adiciam. munde ue
stis electio appetenda est homini· Natura enim homo mundus et
elegans animal est· Itaq; per se non est bonū munda uestis. sed
mundę uestis electio· quia non in re bonū est· sed in electione· Qua
liter actiones nostre honeste sunt non ipsa que aguntur· Quod de
ueste dixi· idem me dicere de corpore existima· Nam hoc quoq;
natura ut quandam uestem animo circūdedit· Velamentū eius
est· Quis autē unq̄ uestimenta extimauit arcula? Nec bonū nec
malū uagina gladium facit· ergo de corpore quoq; idem tibi re
spondeo sūpturū quidem me si detur electio. et sanitatē et ui
res. bonū autē futurū iudiciū de illis meū. nō ipsa· Est quidem
inquit sapiens beatus. sūmū tamen illud bonū non sequitur.
nisi illa naturalia instrumenta respondeant· Ita miser quidem
esse· qui uirtutē habet non potest· beatissimus autē non est qui

Munda uestis·

naturalibus bonis destituitur. ut ualitudine. ut membrorũ inte
gritate. Quod incredibilius uidetur id concedis. aliquẽ in maximis
et continuis doloribus. non esse miserũ. esse etiam beatũ. Quod
leuius est negas beatissimũ esse. Atqui si potest uirtus efficere ne
miser aliquis sit. facilius efficiet. ut beatissimus sit. Minus enim
interualli a beato ad beatissimũ restat q̃ a misero ad beatũ. An q̃
res tantũ ualet. ut ereptũ calamitatibus inter beatos locet. nõ po
test adicere quod superest ut beatissimũ faciat? In sũmo deficit
cliuo. Cõmoda sunt inuenta et ĩcõmoda. utraq; extra nos. Si nõ
est miser uir bonus q̃uis omnibus prematur ĩcõmodis. quomodo nõ
est beatissimus si aliquibus cõmodis deficit? Nam queadmodum
incõmodorũ onere usq; ad miserũ non deprimitur. sic cõmodorũ
inopia. nõ deducitur a beatissimo. Sed tã beatissimus sine ĩcom
modis est. q̃ non est sub ĩcommodis miser. haud potest illi eripi bo
num suũ si potest minui. Paulo ante dicebam igniculũ nichil cõ
ferre lumini solis. Claritate enĩ eius. quicquid sine illo lucet abs
conditur. Sed quedã inquit uis solis. et lux integra est etiam inter
opposita. Et quãuis aliquid interiacet. quod nos prohibeat eius as
pectu. in opere est. cursu suo fertur. Quotiens inter nubila lu
xit. non est sereno minor. nec tardior quidem. quoniã multum
interest. utrũ aliquid obstet tantũ an impediat. Eodem modo
uirtuti opposita nil detrahũt. non est minor. sed minus fulget.
nobis forsitan non eq; apparet ac nitet. sibi eadẽ est. et more so
lis obscuri. in occulto uim suã exercet. hoc itaq; aduersus uirtu
tes possunt calamitates et damna et iniurie. quod aduersũ solẽ
potest nebula. Inuenitur qui dicat sapientẽ corpore parũ pro
spero usũ. nec miserũ esse. nec beatũ. hic quoq; fallitur. exequat
eius fortuita uirtutibus. et tantũdem tribuit honestis quantũ
honestate carentibus. Quid autẽ fedius. quid indignius q̃ cõpa
rari ueneranda contẽptis? Veneranda enĩ sunt. iusticia. pietas.
fortitudo. prudentia. E contrario uilia sunt que sepe contigunt
pleniora uilissimis. Crus solidum et lacerti et dentes. et horum
sanitas firmitasq;. Deinde si sapiens cui corpus molestum est

.. durũ ē credere.

NT

nec miser habebitur nec beatus. sed medio relinquetur. uita quoq;
eius nec appetenda nec fugienda. Quid autẽ tam absurdum q̃ sa
pientis uitam appetendã non esse? aut quid tam extra fidẽ. q̃ esse
aliquam uitã nec appetendã nec fugiendã? Deinde si damna cor
poris miserũ non faciunt. beatũ esse patiuntur. Nam quibus po
tentia non est in peiorẽ transeundi statũ. nec interpellandi qdẽ
optimũ. Frigidũ inquit aliquid et calidum nouimus. inter utrũq;
tepidum est. Sic aliquis beatus est. aliquis miser. aliquis nec beatus
nec miser. Volo hanc cõtra nos positam imaginẽ excutere. si tepido
illi plus frigidi ingessero fiet frigidũ. si plus calidi affudero fiet no
uissime calidum. At huic misero nec beato quantũcumq; ad miseri
as adiecero. miser nõ erit. quẽadmodũ dicitis. ergo imago ista dis
similis est. Deinde trado tibi hominẽ nec miserum nec beatũ. huic
adicio cecitatẽ. nõ fit miser. adicio dolores continuos et graues. mi
ser non fit. Quẽ tam multa mala in miseram uitã non transferũt
nec ex beata quidẽ educũt. si non potest ut dicitis sapiens ex beato
in miserũ decidere. non potest in non beatũ. Quare enĩ quid illa cę
pit alicubi subsistat. que res nõ patitur illũ ad imũ deuolui. reti
net ĩ sũmo. Quidni nõ possit beata uita rescindi. nec remitti qdẽ
potest? Et ideo uirtus ad illam per se ipãm satis est. Quid ergo in
quit sapiens non est beatior qui diutius uixit. quẽ nullus aduoca
uit. q̃ ille qui cũ mala fortuna semper luctatus est? Responde mi
chi numqd et melior et honestior? si hec nõ sunt. nec beatior qdem.
rectius uiuat oportet. ut beatius uiuat. si rectius non potest. nec be
atius quidẽ. Non intenditur uirtus. Ergo ne beata quidem uita
que ex uirtute est. Virtus enĩ tãtũ bonũ est. ut istas accessiones
minutas non sentiat. breuitatẽ eui et dolorem et corporũ uarias
affectiones. nam uoluptas non est digna ad quã respiciat. Quid
est in uirtute precipuũ? futuro non indigere. nec dies suos compu
tare. In quantulolibet tempore bona eterna consumare. In credi
bilia nobis hec uidentur. et supra humanã naturã excurrentia.
Maiestatem enim eius ex nostra inbecillitate metimur. et uitiis
nostris nomen uirtutis imponimus. Quid porro non eque incre

Precipuũ in uirtute.

dibile uidetur aliquē in sūmis cruciatibus positum dicere. beatus sū.
Atqui hec uox in ipā officina uoluptatis audita est. Beatissimū inquit
hunc et ultimū diem ago epicurus. cū illum hinc urine difficultas tor
queret. hinc insanabilis exulcerati dolor uentris. Quare ergo incre
dibilia ista sint apud eos qui uirtutē colunt. cum apud eos quoq; repe
riatur. apud quos uoluptas imperauit. hi quoq; degeneres et humilli
me mentis aiunt ī sūmis doloribus. ī sūmis calamitatibus sapientē
nec miserū futurum nec beatum. Atqui hoc quoq; incredibile est.
imo incredibilius. non uideo enī quomodo in infinitū agatur e fa
stigio suo deiecta uirtus. aut beatum prestare debet. aut si ad hoc
depulsa est non prohibebit fieri miserum. Stans nō potest uinci. aut
uincatur oportet. aut uincat. Dys quidē īmortalibus solis et uirtus
et beata uita contingit. Nobis umbra quedam illorū beatorū et si
militudo. Accedimus ad illam. non peruenimus. Ratio uero dys ho
minibusq; cōmunis est. hec in illis consumata est. sed ad desperati
onem nos uitia nostra perducunt. Nam ille alter secundus est. ut
aliquis parū constans ad custodienda optima. cuius iudiciū labat ēt
nūc et incertū est. Desiderat oculorū atq; aurium ceterorūq; sen
suū bonam ualitudinem. et nō fedū aspectū corporis. et habitu ma
nente suo. etatis preterea longius spatium. per hanc potest nō peni
tenda agitare. ut ī perfecto uiro huic malitie uis quedam inest. qa
animū habet īmobilē ad praua. Illa agitarens malitia. et ea cogita
ta abest. De bono non est adhuc bonus sed in bonū fingitur. Cuicūq;
autē deest aliquid ad bonū. malus est. Sed sicui uirtus animusq; in
corpore presens. hic deos equat. Illo tendit originis sue memor. Ne
mo improbe eo conatur ascendere unde descenderat. Quid est
autē cur nō existimes in eo diuini aliquid existere. qui dei pars est.
Totum hoc quo continemur et unum est et deus. et socij sumus eius
et membra. Capax est noster animus. fertur illo si uitia nō deprimāt.
Quēadmodū nostrorū corporū habitus erigitur et spectat in celum.
ita animus. cui in quantū uult licet porrigi. In hoc a natura rerum
formatus est ut paria dys uelit. et sic utatur suis uiribus ac se ī spa
cium suum extendat. Non aliena ui ad sūma nititur. Magnus

erat labor ire in celum. redit cũ hoc iter ad quod natus est. uadit au
dacter contemptor omniũ. nec ad pecuniã respicit. aurumq; et argẽ
tum illis in quibus iacuere tenebris dignissima. non ad hoc existimat
splendorẽ quo imperitiores uerberant oculos. et auerterũt a celo. ex
quo illa secreuit cupiditas nostra et effodit. Scit inq̃ alibi positas
esse diuitias q̃ quo congeruntur. Animũ impleri debere non arcam.
hunc imponere dominio omnium rerũ licet. hũc in possessionem
rerũ nature inducere. ut suarũ possessionũ orientis occidentisq; ter
minus fiat. deorũq; ritu cuncta possideat. cum opibus suis diuites
superne despiciat. quorũ nemo tam letus est suo q̃ tristis alieno. cũ
se in hanc sublimitatẽ tulit corporis quoq; uel oneris necessarij nõ
amator sed procurator est. Nec se illi cui impositus est subicit. ne
mo liber est qui corpori seruit. Nam ut alios dominos quos nimia
pro illo solicitudo inuenit transeas. ipi' morbosum imperiũ deli
catumq; est. Ab hoc modo equo animo exit. modo magno prosilit.
nec quis reliquus deinde eius futurus sit exitus querit. Sed ut ex
barba capillos detonsos negligimus. ita ille diuinus animus egressu
rus hominẽ. quo receptaculũ suum conferatur. illud ignis excludat.
an terra contegat. an fere distrahant. non magis ad se iudicat per
tinere q̃ secundinas ad editũ infantẽ. utrũ proiectũ aues deferant
an consumatur canibus data preda marinis. Quid ad illũ qui
tunc quoq; cum inter homines est. timet nullas minas. nullas ne ti
mebit post mortẽ miserias eorũ. quibus usq; ad mortẽ timeri parũ
est? Non conterret inquit me. nec uncus. nec proiecti ad contumeliã
cadaueris laceratio feda uisuris. Neminẽ de supremo officio rogo.
Nulli relliquias meas cõmendo. ne quis insepultus sit rerũ natura pro
spicit. Quẽ seuitia proiecerit dies condit. Diserte Mecenas ait. Nec
tumulũ curo sepelit natura relictos. Alte cinctum putes dixisse.
habuit enĩ ingeniũ grande et uirile nisi illud secunda dnxissent. —

Cælo tegit̃.

·XCIIII·

De breuiori uita nõ curida
et q amplissimũ uite spatiũ
est usq; ad sapiẽtiã uiuere.

IN epistola qua de morte Metronatis philosophi querebaris
tanq̃ potuisset diutius uiuere et debuisset. equitatẽ tuã
consideraui que tibi in omĩ persona in omĩ negocio superest.
In una te deest. in qua omnibus. Multos inueni equos aduersus

homines. aduersus deos neminē. Obiurgamus quotidie fatū. quare
ille non rapitur. quare ille in medio cursu raptus est. quare senectutē
et sibi et aliis grauem extendit. Utrū obsecro equius iudicas te natu
re. an tibi parere naturam? Quid autē interest q̄ cito exeas unde
utiq; exeundum est. Non ut diu uiuamus curandū est. sed ut satis.
Nam ut diu uiuas fato opus est. ut satis. animo. longa est uita si ple
na est. Impletur autē cum animus sibi bonū suū reddidit. et ad se
potestatē sui transtulit. Quid illū octoginta anni iuuant per inertiā
exacti? Non uixit iste. sed in uita moratus est. nec sero mortuus est
sed diu. Octoginta annis uixit. Interest mortem eius ex quo die nu
meres. At ille obiit uiridis. sed officia boni ciuis. boni amici. boni filii
executus est. In nulla parte cessauit. Licet etas eius imperfecta sit.
uita perfecta est. Octoginta annis uixit. imo octoginta annis fuit.
nisi forte sic uixisse eum dicis quomodo dicuntur arbores uiuere.
Obsecro te lucili hoc agamus ut queadmodū pretiosa rerū. sic uita
nostra non multū pateat sed multū pendeat. Actu illam metiamur
nō tempore. Uis scire quid inter hunc intersit uegetū conteptoreq;
fortune functū omnibus uite humane stipendiis. atq; in sūmū bonū
eius euectū. et illū cui multi anni transmissi sunt? Alter post mortē
quoq; est. alter ante mortē periit. Laudemus itaq; et in numero fe
licium reponamus eū cui quantulūcunq; temporis contigit. bene col
locatū est. Vidit enī uerā lucē. non fuit unus e multis. et uixit et ui
guit. Aliquando sereno usus est. aliquando ut solet ualidi sideris ful
gur per nubila emicuit. Quid queris q̄ diu uixerit? uixit. ad poste
ros usq; transiluit et se ī memoriam dedit. Nec ideo michi plures
annos accedere recusaueri. nichil tamen michi ad beatam uitā de
fuisse dicam. si spatiū eius inciditur. Non enī ad eū diem me apta
ui. quem ultimū michi spes auida promiserat. sed nullū nō tanq̄
ultimū aspexi. Quid me interrogas quando natus sim? An inter
iuniores adhuc censear? habeo meū. quemadmodū in minore cor
poris habitu potest homo esse perfectus. sic et in minore temporis
numero. potest uita esse perfecta. Etas inter extrema est. q̄ diu
sim alienū est. q̄ diu uero ut sim. meum est. hoc a me exige. ne

per tenebras eu͞u ignobile emetiar. ut aga͞ uitam. non ut preteruehar. Queris quid sit amplissimu͞ uite spatium? usq; ad sapientia͞ uiuere. Qui ad illam peruenit. attigit no͞ longissimu͞ finem sed maximum. Ille uero glorietur audacter. et dys agat gratias. Interq; eos sibi et rerum nature imputet q fuit. Merito enim imputabit. meliore͞ illis uitam reddidit q͞ accepit. Exemplar boni uiri posuit. qualis quantusq; esset ostendit. Siquid adiecisset. fuisset simile preterito. Et tamen quousq; uiuimus omnium reru͞ cognitione fruiti sumus. Scimus a quibus principalis natura se attollat. queadmodu͞ ordinet mundu͞. per quas annu͞ uices reuocet. queadmodu͞ omnia q͞ usq͞ erant clauserit. et se ipa͞m fine͞ sui fecerit. Scimus sidera impetu suo uadere. preter terram nichil stare. cetera continua uelocitate decurrere. Scimus queadmodu͞ solem luna pretereat. quare tardior uelociorem post se relinquat. quomodo lumen accipiat aut perdat. q͞ causa inducat noctem. que reducat die͞. Illuc eundu͞ est. ubi ista propius aspicias. Nec hac spe inquit sapiens ille fortius exeo. q patere michi ad deos meos iter iudico. merui quidem admitti. etia͞ int͛ illos fui. animu͞q; illo meu͞ misi. et ad me illi suu͞ miseru͞t. Sed tolli me de medio puta. et post morte͞ nil ex homine restare. eq; magnu͞ animu͞ habeo etiam si nusq͞ transiturus excedo. Non tam multis uixit annis q͞ potuit. et paucoru͞ uersuu͞ liber est equidem laudandus atq; utilis. Annales tanusii scis q͞ non decorosi sint et quid uocentur. hec est uita quoru͞da͞ longa et que tanusii sequitur annales. Nunqd feliciorem iudicas eum qui su͞mo die muneris q͞ eum qui medio occidit? Nunquid alique͞ tam cupidum esse uite putas ut iugulari in spoliario q͞ in arena malit? Non maiore spatio alter alteru͞ precedimus. Mors per omnes it. Qui occidit consequitur occisum. Minimum est de quo solicitissime agitur. Quid aute͞ ad rem pertinet q͞ diu uites. quod euitare no͞ possis? Val.

·cxiiii·

Veru͞ pars phie preceptiua sufficiat disputatio et solutio et de aduocatione malu͞ popularis opinionis.

EAm parte͞ philosophie que dat proprie cuiq; persone precepta. non uniuersum componit homine͞. sed marito suadet quomodo se gerat aduersus uxore͞. patri. quomodo educet liberos. domino quomodo seruos tegat. quidam solam receperant. ceteras

quasi extra utilitatē nostrā uagantes relinquerūt. tanq̄ quis posset de par
te suadere. nisi qui summam prius totius uite complexus est. Sed Ariston
stoicus e contrario hanc partē leuem extimat. et que non descendat
ī pectus usq;. at illam habentē precepta plurimū ait proficere. ipsa q;
decreta phie. constitutionē summi boni. quam qui bene intellexit et
didicit. quid in quaq; re faciendū sit. sibi ipse precepit. queadmodū
qui iaculari discit. destinatū locū captat. et manū format ad dirigē
da que mittit. Cū hāc uim ex disciplina et exercitatione percepit
quocumq; uult illa utitur. Didicit enī non hoc aut illud ferire sed
quodcumq; uoluerit. sic qui se ad totā uitam instruxit. nō desiderat
particulam admoneri doctus in totū. Non enī quomodo cū uxore aut
cum filio uiueret. sed quomodo uiueret bene. In hoc est et quomo
do cū uxore ac liberis uiuat. Cleantes utilē quidē iudicat et hanc
partem. sed imbecillam. nisi ab uniuerso fluit. nisi decreta ipsa phie
et capita cognouit. In duas ergo questiones locus iste diuiditur. utrū
utilis an inutilis sit. et an solus bonū uirū possit efficere. id est utrū
superuacuus sit. an omnes faciat superuacuos. Qui hanc partem
uideri uolūt superuacuā hoc aiunt. Siquid oculis oppositū moratur
aciem. remouendū est. Illo quidē obiecto operam dedit qui prece
pit. sic quo ambulabis illō manū porriges. Eodem modo ubi aliqua
res obcecat animū. et ad officiorū aspiciendū ordinē impedit. nichil
agit qui precipit. Sic uiues cū patre sic cū uxore. Nichil enī proficiet
precepta q̄diu mens errore confusa est. Si ille discutitur apparebit
quid cuiq; debeatur officio. alioquin doces illum quid sano faciendū
sit. Non efficis sanū. pauperi ut agat diuitē monstras. hoc quomo
do manente paupertate fieri potest? Ostendis esurienti quid tanq̄
satur faciat. fixam potius medullis famē detrahe. Idem tibi de om
nibus uitiis dico. Ipsa remouenda sunt. Non precipiendū quid fieri
illis manentibus nō potest. nisi opiniones falsas quibus laboramus
expuleris. Nec auarus quomodo pecunia utendū sit exaudiet. nec
timidus quomodo periculosa contemnat. Efficias oportet ut sciat pe
cuniam nec bonū nec malū esse. ostendas illi miserrimos diuites.
efficias ut quicquid publice expauemus sciat non esse tam timēdū

q̄ fama circūfert. neq; dolorem neq; mortem · sepe in morte quam
pati lex est. magnū esse solatiū. quod ad neminē redit · In dolore pro
remedio futuram obstinationē animi. qui leuius facit sibi quicqd
contumaciter passus est · Optimā doloris esse naturam q; non potest
nec qui extenditur magnus esse. nec qui est magnus extendi · Omnia
fortiter excipienda que nobis mundi necessitas imperat · his decretis
cū illū in conspectū sue condicionis adduxeris et cognouerit beatam
esse uitam · non que secundū uoluptatē sed secundū naturā · cū uir
tutem unicū bonū hominis adamauerit. turpitudinē solum malū
fugerit · reliqua omnia diuitias honores. bonā ualitudinē uires im
peria sciet esse mediam partē. nec bonis annumerandā nec ma
lis. monitorem non desiderabit ad singula. qui dicat sic incede sic
cena. hoc uiro. hoc femine. hoc marito. hoc celibi conuenit · Ista enī
qui diligentissime monent. ipsi facere non possunt · Hec pedagogus
puero. nec auia nepoti precipiet · Et irascendū non esse. et si magi
ster iracundissimus disputat · Si ludum litterariū intraueris scies
ista que philosophi ingenti supercilio iactant in puerili esse prescrip
to · Utrū manifesta an dubia precipies. non desiderant manifesta
monitorem · precipienti dubia non creduntur · Superuacuū ergo
est precipere · Id adeo sic disce · si id mones quod obscurū est et ambiguū
probationibus adiuuandū erit · Si probaturus es illa per que probas.
plus ualent. satisq; per se sunt · Sic amico utere sic ciue. sic socio · quare ·
quia iustum est · Omnia ista michi de iusticia locus tradit · Illic inuenio
equitatem per se expetendam nec metu nos ad illam cogi. nec mer
cede conduci. nec esse iustum cui quicq̄ in hac uirtute placet preter
ipām · hoc cū persuasi michi et probaui. quid precepta ista proficiunt
que eruditū docent. precepta dare scienti superuacuū est. nescienti
parū · Audire enim debet non tantū quid sibi precipiatur sed etiā
querere · Utrū inq̄ ueras opiniones habenti de bonis malisq; sint ne
cessaria an non habenti · Qui non habet nil a te adiuuabitur. aures
eius contraria monitionibus tuis fama possedit · Qui habet exactū
iudicium de fugiendis petendisq; scit. quid sibi faciendum sit. qd
non etiam te tacente · Tota ergo pars ista phīe summoueri potest.

Duo sunt propter que delinquimus. aut inest animo prauis opinio
nibus malitia contracta. aut etiã si non est falsis occupatus. ad falsa
procliuis est. et cito specie q̃ non oportet trahente corrumpitur.
Itaq; debemus aut curare mentẽ egram et uitiis liberare. aut ua
cantem quidẽ sed ad peiora pronã preoccupare. Vtrunq; decreta
phie faciunt. Ergo tale precipiendi genus nil agit. Preterea si pre
cepta singulis damus incõprensibile opus est. Alia enĩ dare debemus
feneranti. alia colenti agrũ. alia negocianti. alia regũ amicicias se
quenti. alia pares. alia inferiores. amaturo in matrimonio precipias
quomodo uiuat cũ uxore aliquis quã uirginẽ duxit. quomodo cũ ea
que alicuius ante matrimoniũ experta est. queadmodũ cũ locuplete.
queadmodum cũ indotata. An non putas aliquid esse discriminis
inter sterilẽ et fecundã. inter prouectiorẽ et puellam. inter matrẽ
et nouercam? Omnes species complecti non possumus. Atqui singule
propria exigunt. leges autẽ phie breues sunt. et omnia alligant.
Adice nũc q' sapientie precepta finita debent esse et certa. si qua fi
niri nõ possunt extra sapientiam sunt. Sapientia rerũ terminos no
uit. Ergo ista preceptiua pars sũmouenda est. et quod paucis pro
mittit. prestare omnibus non potest. Sapientia autẽ omnes tenet.
Inter insaniã publicam et hanc que a medicis traditur nichil inter
est. nisi q' hoc morbo laborat illa opinionibus falsis. Altera causas
furoris traxit ex ualitudine. altera mala animi ualitudo est. Si qs
furioso precepta dat. quomodo loqui debeat. quomodo procedere.
quomodo in publico se gerere. quomodo in priuato. erit ipo quem
monebit insanior. Si bilis nigra curanda ẽ. et ipa furoris causa
remouenda. idẽ in hoc alio animi furore faciendũ est. Ipse discuti
debet. alioquin abibũt in uanũ monentiũ uerba. Hec ab Aristone
dicuntur. cui respondebimus ad singula. Primũ aduersus illud qd
ait. si quid obstat oculo et impedit uisum debere remoueri. fateor
huic non esse opus preceptis ad uidendũ. sed remedio quo purgetur
acies. officientẽ sibi moram effugiat. Natura enĩ uidemus cui usũ
sui reddit qui remouit obstantia. Quid autẽ cuiq; debeas officio
natura nos docet. Deinde cuius curata suffusio est. is nõ protinus

cū uisū recepit alijs quoq; potest reddere. malitia liberatur et liberat.
Nō opus est exhortatione. nec consilio quidē ut colorū proprietates
oculis intelligat. A nigro album etiā nullo monente distinguet. Mul
tis cōtra preceptis eget animus. ut uideat quid agendum sit in uita
quanq̄ oculos quoq; egros medicus non tantū curat sed etiam monet.
Non est inquit q̄ protinus inbecillā aciem cōmittas improbo lumini.
A tenebris primū ad umbrosa procede. Deinde plus aude et paulatī
claram lucem pati assuesce. Non est q̄ post cibū studeas. nō est q̄ ple
nis oculis ac tumentibus imperes. Afflatū et uim frigoris in os occur
rentis euita. Alia huiusmodi que nō minus q̄ medicamenta pro
ficiunt. Adicit remedijs medicina consiliū. Error inquit est causa
peccandi. hūc nobis precepta non detrahūt. non expugnāt opiniones
de bonis ac malis falsas. Concedo per se efficacia precepta non esse
ad euertendam animi persuasionē prauam. sed non ideo alijs q̄dē
adiecta proficiunt. Primū memoriā renouant. deinde que ī uni
uerso confusius uidebantur in partes diuise diligentius conside
rantur. aut in isto modo licet et cōsolationes dicas superuacuas
et exhortationes. Atqui nō sunt superuacue. ergo ne monitiones
quidē. Stultū est inquit precipere egro quid facere tanq̄ sanus
debeat. cū restituenda sanitas sit. sine qua irrita sūt precepta.
Quid q̄ habent egri quedam saniq; cōmunia de quibus admo
nendi sunt? tanq̄ ne auide noxios cibos appetant. ut lassitudinē
uitent. Habent quedā precepta cōmunia pauper et diues. Sana
inquit auaritiā. et nichil habebis quod admoneas aut pauperē
aut diuitem. Sic cupiditas utriusq; consedit. Quid q̄ aliud est
non concupiscere pecuniā. Aliud uti pecunia scire. cuius auari mo
dū ignorant. etiā non auari usum. Tolle inquit errores. superua
cua precepta sunt. Falsum est. Puta enī auaritiā relaxatā. puta
astrictam esse luxuriam. temeritati frenos iniectos. ignauie sub
ditū calcar. etiā remotis uitijs quid et queadmodū debeamus fa
cere dicendum est. Nichil inquit efficient monitiones admote gra
uibus uitijs. Ne medicina quidem morbos insanabiles uincit. ta
men adhibetur alijs in remedium. alijs in leuamentū. Ne ipsa

quidē uniuerse phie uis licet tota in hoc uires suas aduocet duram
iam et ueterē animi extrahet pestem. Sed non ideo nichil sanat qa
non omnia. Quid prodest inquit aperta mōstrare? plurimū. Inter
dum enī scimus. nec adtendimus. Non docet admonitio sed auertit
sed excitat. sed memoriā continet. nec patitur elabi. pleraq; ante o
culos posita transimus. Admonere genus adhortandi est. Sepe ani
mus etiam aperta dissimulat. Ingerenda est itaq; illi noticia notissi
marū rerū. Illa hoc loco in uaticiniū calui repetenda sententia est.
factū esse ambitū scitis. et hoc uos scire omnes sciunt. Scis amicitias
esse colendas sancte. sed nō facis. Scis improbū esse qui ab uxore pu
dicitiā exigit. ipe alienarū corruptor uxorū. Scis ut illi nil cū adul
tero. sic tibi nil esse debere cū pellice et non facis. Itaq; subinde
reducendus es ad memoriā. Non enī reposita illa esse oportet sed
in prōptu quecumq; salutaria sunt. sepe agitari debet. sepe uer
sari. ut nō tantū nota sit nobis sed etiam parata. Adice nūc q
aperta quoq; apertiora solent fieri. Si dubia sunt inquit que pre
cipis. probationes aducere debes. ergo ille non precepta perficient. Quid
q etiam sine probationibus ipa monentis autoritas prodest? Sic quomo
do iuris consultorū ualēt responsa. etiā si ratio non redditur. Preter-
ea ipa que precipiuntur per se multū habent ponderis. utiq; si aut cā
mini intexta sunt. aut prosaica oratione in sententiā coartata. sicut
illa catoniana. Emas non quod opus est. sed quod necesse est. quod nō
opus est. a se carū est. Qualia sunt illa aut reddita oraculo. aut si
milia. tempori parce. te nosce. Numquid rationē exiges cū tibi aliquis
hos dixerit uersus? Iniuriarū remedium est obliuio. Audentes for
tuna iuuat. piger ipe sibi obstat. Aduocatum ista nō querūt. affec
tus ipos tangunt. et natura uim suam exercente proficiunt. Omīa
honestarū rerū semina animi gerūt. que admonitione excitantur.
nō aliter q̄ si scintilla flatu leui adiuta ignem suū explicat. Erigi
tur uirtus. cū tacta est et impulsa. Preterea quedā sūt quidem ī
animo sed parū prompta. que incipiūt in expedito esse cū dicta
sunt. quedā diuersis locis iacent sparsa. que contrahere inexer
citata mens non potest. Itaq; in unū conferenda sūt et iungenda.

Iniuriarum remedium

virtus

ut plus ualeant. animumq; magis alleuent. Aut si precepta nichil
adiuuant. omnis institutio tollenda est. Ipsa natura contenti esse
debemus. hoc qui dicit. nō uidet aliud esse ingeniū hominis mo
bilis et erecti. aliud tardi et hebetis. Vtiq; alius alio ingeniosior
est. Ingenij uis preceptis alitur et crescit. nouasq; persuasiones adi
cit innatis et deprauata corrigit. Siquis inquit non habet recta
decreta. quid illū admonitiones iuuabūt. uitiosis obligatū? hoc
scilicet. ut illis liberetur. Non enim extincta in illo indoles natu
ralis est. sed obscurata et oppressa. Sic quoq; tentat resurgere et
contra praua nititur. nacta uero presidiū et adiuta preceptis cō
ualescit. si tamen illā diutina pestis non infecit nec enecauit. hāc
enī non disciplina quidē phie toto impetu suo connixa restituet.
Quid enim interest inter decreta phie et precepta. nisi q illa ge
neralia precepta sunt. hec spetialia? utraq; res precipit. sed altera
in totū. particulatī altera. Siquis inquit recta habet et honesta
decreta. hic ex superuacuo monetur? Minime. Nam hic quoq;
doctus quidē est facere que debet. sed ad hoc non satis perspicit.
Non enī tantū affectibus impedimur. quo minus probanda faci
amus. sed imperitia inueniendi quid queq; res exigat. habem⁹
interdū compositū animū. sed desidem et inexercitatū ad īue
niendam officiorū uiam. quā admonitio demonstrat. Expelle
inquit falsas opiniones de bonis et malis. in locū autē earū ue
ras repone. et nichil habebit admonitio quod agat. Ordinatur
ista sine dubio ratione animus. sed non propter istā tantū. Nā
quāuis argumētis collectū sit. que bona malaq; sint. nichilomin⁹
habent precepta partes suas. et ex prudentia et iustitia officia
constant. Officia preceptis disponuntur. Preterea ipm de ma
lis bonisq; iudiciū confirmatur officiorū executione. ad quam
precepta perducunt. Vtraq; enī inter se consentiūt. nec illa pos
sunt precedere ut nō hec sequantur. et si hec ordinē sequunt̄
suū. unde apparet illa precedere. Infinita inquit precepta sūt.
sed falsum est. Nam de maximis ac necessarijs rebus non sūt
infinita. tenues autē differentias habent. quas exigūt tēpora

loca. persone · sed his quoq; dantur precepta generalia · Nemo īquit
preceptis curat insaniā. ergo nec malitiam quidem · Dissimile est.
nam si insaniā sustuleris. sanitas reddita est. si falsas opiniones
exclusimus. non statim sequitur despectus rerū agendarū · Ut se
quatur. tamen admonitio corroborabit rectam de bonis malisq; sē
tentiam · Illud quoq; falsum est. nichil apud insanos proficere pre
cepta · Nam queādmodū sola non prosunt sic curationē adiuuant ·
et denūtiatio et castigatio insanos coercuit · De illis nūc insanis
loquor quibus mens mota est. non erepta · leges inquit ut faciamus
quod oportet. non efficiunt · Et quid aliud sunt q̄ minis mixta pre
cepta? Primū omnium ob hoc ille non persuadent quia minantur.
ad hoc non cogunt sed exorant · Deinde leges a scelere deterrent ·
precepta in officium adhortantur · his adice q̄ leges quoq; proficiunt
ad bonos mores utiq; sed non tantū imperant. sed docent · In hac re
dissentio a possidonio qui pro eo q̄ platonis legibus adiecta principia
sunt. legem enim breuē esse oportet. quo facilius ab imperitis tene
atur. uelut emissa diuinitus uox sit. iubeat non disputet · Nichil ui
detur michi frigidius. nichil ineptius q̄ lex cum (prologo) προλεγομένου ·
Dic quid me uelis fecisse. non disco sed pareo · Proficiunt itaq; malis
moribus. uti uidebis ciuitates usas malis legibus · At non apud om̄es
proficiunt. ne phia quidem · Nec ideo inutilis et formandis animis
inefficax est · Quid autē phia non uite lex est? Sed putemus nō profi
cere leges. non ideo sequitur ut ne monitiones quidem proficiant ·
aut sic et consolationes nega proficere. dissuasiones quoq; et adhor
tationes et obiurgationes et laudationes · Omnia ista monitionum
genera sunt. per ista ad perfectū animū statim peruenitur · Nulla
res magis animos honesta induit. dubiosq; et in prauū inclinabiles
reuocat ad rectū q̄ bonorū uirorū conuersatio · Paulatim enī descē
dit in pectora. et uim preceptorū obtinet frequenter aspici. frequēter
audiri · Occursus me hercules ipē sapientū iuuat. et est aliquid quod
ex magno uiro uel tacente proficias · Nec tibi facile dixerim queād
modū prosit. sicut illud intelligam profuisse · Minuta quedā ut
ait Phedron animalia cum mordent non sentiuntur. adeo tenuis

illis et fallens in periculis uis est. Tumor indicat morsū. et in ipso tumore
nullū uulnus apparet. Idem tibi in conuersatione uirorū sapientium
eueniet. Non deprehendes quemadmodū aut quando tibi prosit. sed
profuisse deprehendes. Quorsus inquis hoc pertinet? Eque precepta
bona si tecū sepe sint profutura q̄ bona exempla plus putas. Pythago
ras ait. alium animū fieri intrantibus templū. deorūq; simulacra
ex uicino cernentibus et alium ante fores alicuius oraculi operientibus
uocem. Quis autē negauit feriri quibusdā preceptis efficaciter etiā
imperitissimos? uelut his breuissimis uocabulis. sed multū habentibus
ponderis. Nil nimis. Auarus animus nunq̄ satiatur lucro. Ab alio ex
pectes alteri quod feceris. hec cū ictu quodam audimus. nec ulli licet
dubitare. aut interrogare quare. adeo ipsa ueritas etiam sine ratione
ducit. Si reuerentia frenat animos ac uitia compescat. cur non et ad
monitio idem possit? Si imponit pudorē castigatio. cur admonitio nō
faciat etiam si nudis preceptis utitur? Illa uero efficacior est. altius
penetrat que adiuuat ratione quod precipit. que adicit quare qdq;
faciendū sit. et quis facientē obedientēq; preceptis fructus expectet.
Si imperio et admonitione perficitur. eq; ergo perficitur imperio et
admonitione. In duas partes uirtus diuiditur. in contēplationē ue
ri et actionem. Contēplationē institutio tradit. actionem admoni
tio. Virtutē et exercet et extendit (al ostendit) recta actio. Acturo autē si prodest
qui suadet. et qui monet proderit. ergo si recta est actio uirtuti necessa
ria est. Rectas autē actiones admonitio demonstrat. ergo admonitio ne
cessaria est. Due res plurimū roboris animo dant. fides ueri et fiducia.
Vtrunq; admonitio facit. Nam et creditur illi et cum creditū est ma
gnos animos et spiritus concipit. ac fiducia impletur. ergo admonitio
non est superuacua. M. Agrippa uir ingentis animi. qui solus ex his
quos ciuilia bella claros potentesq; fecerūt felix in publicū fuit dicere
solebat se huic multū debere sententie. Nam concordia parue res cre
scunt discordia maxime dilabuntur. hac se aiebat et fratrē et amicū
optimū factū. Si huiusmodi sententie familiariter in animū recepte
formant animū. cur non hec pars philosophie que talibus sententiis cōstat
idem possit? Pars uirtutis disciplina constat. pars exercitatione. Et

discas

discas oportet. et quod didicisti agendo confirmes· Quod si est. nō
tantū scita sapientie prosunt. sed precepta que affectus nostros ue
lut edicto coercent et alligant· Philosophia inquit diuiditur ī hoc.
scientiam et habitū animi· Nam qui didicit. et facienda ac uitanda
percepit· Nondū sapiens est. nisi in ea que didicit animus eius trans
figuratus est· Tertia pars ista precipiendi. ex utroq; est. et ex decretis.
et ex habitu· Itaq; superuacua est ad implendam uirtutē. cui duo illa
sufficiant· Isto ergo modo et consolatio superuacua est· nam hec quoq;
et ex utroq; est. et adhortatio et suasio et ipsa argumentatio· Nam et
hec ad habitū animi compositi ualidiq; proficiscitur· Sed quāuis ista
ex optimo habitu animi ueniant. optimus animi habitus ex his est et
ex illis· inde istud quod dicit. iam perfecti uiri est. ac sūma consecuti fe
licitatis humane· Ad hoc autē tarde peruenitur· Interī etiā ī perfecto
sed proficienti demonstranda est in rebus agendis uia· hanc forsitan
etiam sine admonitione dabit ipsa sibi sapientia. que iam eo perdu
xit animū. ut moueri nequeat. nisi in rectū· Imbecillioribus quidem
ingeniis necessarium est aliquē preire· hoc uitabis· hoc facies· preterea
si expectat tempus. quo per se sciat. quid optimū factum sit· Interī er
rabit· et errando impedietur. quo minus ad illud perueniat. quo pos
sit se esse contentus· Regi ergo debet. incipit se posse regere· Pueri ad
prescriptum discunt· digiti illorū tenentur. et aliena manu per littera
rum simulacra ducuntur· deinde imitari iubentur proposita. et ad
illa reformare cirographū· Sic animus noster dum eruditur ad prescrip
tum iuuat· hec sunt per que probatur. hanc philosophie partem super
uacuam non esse· Queritur deinde an ad faciendum sapientē sola
sufficiat· huic questioni suū diem dabimus· Interī omissis argumen
tis. nō ne apparet opus esse nobis aliquo aduocato. qui contra populi pre
cepta precipiat· Nulla ad aures nostras uox impune perfertur· Nocent
qui optant· nocent qui execrantur· Nam et horū imprecatio falsos no
bis metus inserit. et illorū amor male docet bene optando· mittit enī
nos ad longinqua bona et incerta et errantia. cum possimus felicitatē
domo promere· Non licet inquā ire recta uia· Trahunt in prauum
parentes. trahunt serui· Nemo errat sibi uni. sed dementiā spargit

in proximos. accipitq; inuicem. et ideo in singulos uicia populorū sūt.
quia illa populus dedit. dum facit quisq; peiorē. factus est. didicit de
teriora. deinde docuit. effectaq; est illa ingens nequitia. congesto in
unū. quod cuiq; pessimū scitur. Sic ergo et aliquis custos aurem subin
de peruellat. abigatq; rumores et reclamet populis laudantibus. Er
ras si existimas nobiscū uicia nasci. superuenerūt. ingesta sūt. Itaq;
monitionibus crebris opiniones que nos circūsonant compescamus.
Nulli nos uicio natura conciliat. Illa integros ac liberos genuit. Nichil
quod auaritiam nostram irritaret. posuit in aperto. Pedibus aurū
et argentū subiecit. calcandumq; ac premendū dedit. et quicquid
est propter quod calcamur et premimur. Illa uultus nostros erexit
in celum. et quicquid magnificū mirūq; fecerat. uideri a suspicientib;
uoluit. ortus occasusq; et properantis mundi uolubilē cursū. interdiu
terrena aperientē. noctu celestia. tardos siderū incessus si compa
res toti. citatissimos autē si cogites quanta spacia nunq̄ intermissa ue
locitate circūeant. defectus solis ac lune inuicem obstantium. alia
deinceps digna miratu. siue p ordinē subeunt. siue subitis causis mo
ta prosiliunt. ut nocturni igniū tractus. et sine ullo ictu sonituq; ful
gores celi patescentes. columnasq; ac trabes et uaria simulacra flama
rū. hec supra nos itura disposuit. Aurū quidē. et argentū et propter
ista nunq̄ agens pacem ferrū. quasi male nobis cōmitterentur abscōdit.
Nos in lucē propter que pugnaremus extulimus. nos et causas pericu
lorū nostrorū et instrumenta disiecto terrarū pondere eruimus. nos
fortune mala nostra tradidimus. nec erubescimus. sūma apud nos ha
beri. que fuerant ima terrarū. Vis scire q̄ falsus oculos tuos decepit
fulgor? Nichil est istis q̄ diu mersa et inuoluta ceno suo iaceant. fe
dius. nichil obscurius. Quidni? que p longissimorū cuniculorū tene
bras extrahuntur. Nichil est illis dū fiunt. et a fece sua separantur.
informius. Denique; ipsos opifices intuere. p quorū manus sterile terre
genus et informe perpurgatur. uidebis quanta fuligine oblinantur.
Atqui ista magis inquinant animos q̄ corpora. et in possessione eorum
q̄ in artifice plus sordidum est. Necessarium itaq; admoneri. et ha
bere aliquē aduocatū bone mentis. et in tanto fremitu tumultu q;

discas

falsorũ. unam denique audire uocem. Que erit illa uox? ea scilicet que tibi tantis clamoribus et ambitionibus exurdato salubria insusurret uerba. que dicat. non est quod inuideas istis. quos magnos felicesque populi uocant. non est quod tibi composite mentis habitũ et sanitatẽ plausus excutiat. non est quod tibi tranquillitatis tue fastidium faciat. ille sub illis fascibus purpura cultus. non est quod feliciorẽ eum iudices cui submouetur ante q̄ lictor semita decit. Si uis exercere tibi utile. nulli autem graue imperiũ. summoue uitia. Multi inueniuntur qui ignem inferant urbibus. qui inexpugnabilia seculis et per aliquot etates tuta prosternant. qui equũ arcibus aggerẽ adtollant. et muros i mirã altitudinẽ adductos arietibus ac machinis quassent. Multi sunt qui ante se agant agmina et tergis hostiũ graues instent. et ad magnũ mare pro fusi cede gentiũ ueniant. sed hi quoque ut uincerent hostem. cupiditate uicti sunt. Nemo illis uenientibus resistit. sed nec ipi ambitioni crudelitatique restiterant. Tunc cũ agere uisi sunt alios. agebantur. Agebat infelicem alexandrũ furor aliena uastandi. et ad ignota mittebat. an tu putas sanũ? qui a grecie primũ cladibus in qua eruditus est incipit. qui quod cuique optimũ est eripit. lacedemoniã seruire iubet. athenas tacere. Non contentus tot ciuitatũ strage. quas ante uicerat philippus aut emerat. alias alio loco proicit. et toto orbe arma circũfert. Non subsistit usq̄ lassa crudelitas. immaniũ ferarũ modo. que plusq̄ exigit fames mordent. Iam in unũ regnũ multa regna conicit. Iam greci persęque eundẽ timent. Iam etiam a dario libere nationes iugũ accipiunt. Is tamen ultra oceanũ solemque indignatur ab herculis liberique uestigiis uictoriam flectere. Ipsi nature uim parat. Non ille ire uult. sed non potest stare. nõ aliter q̄ in precepს deiecta pondera. qb' eundi finis est. iacuisse. Nec. Gn. quidẽ pompeio externa bella aut domestica uirtus aut ratio suadebat. sed insanus amor magnitudinis false. Modo in ispaniam et sertoriana arma. modo ad colligendos piratas ac maria pacanda uadebat. he pretexebantur cause ad continuandam potentiam. Quid illũ in Africam. quid in septentrionem. quid in mithridatem et armeniam et omnes asie angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi. cum sibi uni parũ magnus uideretur.

Quid ergo cesarē in sua fata pariter ac publica inmisit? gloria et ambi
tio. et nullus supra ceteros eminendi modus. Vnū ante se ferre nō potuit.
cum res. p. supra se duos ferret. Quid ni. G. Mariū semel consulē unū
enī consulatū accepit. ceteros rapuit. cū teutonicos cymbrosq; concideret.
cū iugurtam per Africę deserta sequeretur. tot pericula putas appetisse
uirtutis instinctu? Marius exercitū. marium ambitio ducebat. Isti
cū omnia concuterent. concutiebantur turbinū more. qui rapta con
uoluunt. sed ipi ante uoluuntur. et ob hoc maiore impetu incurrunt.
quia nullū illis suū regimen est. Ideo cū multis fuerūt malo. pestiferā
illā uim qua plerisq; nocuerūt. ipi quoq; sentiunt. Non est quod credas
quenq̄ fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla que oculis
atq; auribus nostris ingeruntur retexenda sunt. et plenū malis sermonib;
pectus exhauriendū. Inducenda est in occupatū locū uirtus. que mēdacia
et contra uerū placentia extirpet. que nos a populo cui nimis credimus
separet et sinceris opinionibus reddat. hoc est enī sapientiā ī naturam
conuerti. et eo restitui unde publicus error expulerat. Magna pars sa
nitatis est hortatores insanie reliquisse. et ex isto cetu inuicē noxia pro
cul abegisse. hoc ut esse uerū scias aspice quanto aliter unusquisq; po
pulo uiuat. aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentie. nec
frugalitatē docent rura. sed ubi testis ad spectator accessit. uitia subsi
dunt. quorū monstrari et conspici fructus est. Quis eam quam nulli
ostenderet induit purpurā? Quis posuit secretam in auro dapem?
Quis sub alicuius arboris rusticę protectus umbra luxurie sue pompam
solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est. ne paucorū quidē aut fa
miliarium. sed apparatū uitiorū suorū pro modo turbe spectantibus
expandit. Itaq; irritamentū est omniū. In que insanit animus admirator
et conscius ne concupiscamus efficies. si non ostendamus effeceris. Ambi
tio luxuria et impotentia scenam desiderant. Sanabis ista si abscondę
ris. Itaq; si ī medio urbium fremitu collocati sumus. stet ad latus moni
tor. et contra laudatores ingentiū patrimoniorū. laudet paruo diuitē
et usu opes metientē. Contra illos qui gratiam ad potentiā attollunt
et ociū ipe suscipiat traditū litteris. et animū ab externis ad sua reuer
sum. ostendat ex constitutione uulgi beatos in illo inuidioso fastigio

trementes et attonitos. longeq; aliam de se opinione habentes q ab a
liis habeatur. Nam que ab aliis uidentur excelsa ipsis prerupta sut.
Itaq; exanimantur et trepidant. quotiens despexerut in illud ma
gnitudinis sue preceps. Cogitant eni uarios casus. et in sublimi ma
xime lubricos. Tunc appetita formidant. et que illos graues aliis
reddit. grauior ipsis felicitas incumbit. Tunc laudant ociu lene.
et sui iuris odio est fulgor. et fuga a rebus adhuc stantibus querit.
Tunc demu uideas philosophantis metus et egre fortune sana consi
lia. Nam quasi ista contraria sut inter se. bona fortuna et mens
bona. Ita melius i malis sapimus. secunda rectu auferut. Vale.

Nichil deficit.

Nichil deficit.

.x.c[?]v.

Nō ee petēdu qd' īpetrare no
lueris. de differētia inť decre
ta et pcepta et q ad cōfirmā
dā sapiaz neutra ualet sine al
teris. et sedz Possidoniu alia q̄
daz ad id esse necessaria.

[P]etis a me ut id quod i diē suam dixeram debere differri
repraesentē. et scribam tibi an hec pars philosophie quam

parenetice
greca παραιρητικην nos preceptiuam dicimus satis sit ad consu
mandam sapientiam. Scio te in bonam partē accepturū si nega
uero. Eo magis promitto. et uerbum publicum perire nō patior. Po
stea noli rogare quod impetrare nolueris. Interdū enī obnixe peti
mus id quod recusaremus si quis offerret. Hec siue leuitas est siue
uirilitas. punienda est. Promittēdi facilitate multa uideri uolu
mus uelle sed nolumus. Recitator historiā ingētē attulit minutis
sime scriptā. artissime plicatā. et magna parte plecta. desinā īquit
si uultis. Acclamatur recita ab his qi illū ōmutescere illic cupiunt.
Sepe aliud nolumus. aliud optamus. et uerū ne dys quidē dicimus.
sed dy aut miserentur aut nō exaudiūt. Ego me ommissa miseri
cordia uindicabo. et tibi ingētem epistolam impingam. quā tu si
inuitus leges. dicito. Ego michi hoc contraxi. teq; intˀ illos numera.
quos uxor magno ducta ambitu torquet. īter illos quos diuitię ꝑ sū
mum acqsite sudorem male habent. īter illos quos honores nulla nō
arte atq; opera petiti discruciant et ceteros malorū suorum cōpotes.
Sed ut ōmisso principio rē ipām aggrediar. Beata inquiūt uita
cōstat ex actionibus rectis. ad actiones rectas precepta perducunt.
ergo ad beatam uitam precepta sufficiūt. Sed cū obsequens ingeni
um est aliquādo frustra admonētur. si animū opiniones obsident
praue. Deinde etiam si recte faciunt. nesciunt facere se recte. Non
potest enī quisq̄. nisi ab initio formatus et tota ratione compositus.
omnes exequi numeros. ut sciat quādo oportet et quantū et cum quo
et quemadmodū. Quare non potest toto animo ad honesta conari.
ne constanter quidē aut libenter. sed respiciet. hesitabit. Si honesta
īqt actio ex ꝓceptis uenit. ad beatā uitā precepta abunde sunt. Atqui
illud ergo his respondemus actiones honestas et decretis fieri nō tantū
preceptis. Sed alie inqt artes cōtente sūt preceptis. contenta erit et
sapientia. Nam et hec ars uite est. Atq; gubernatorē facit ille qui
precipit. Sic moue gubernaculū. sic uela summitte. sic secundo uento
utere. sic aduerso resiste. sic dubiū omne tibi uindica. Alios quoq; ar
tifices ꝓcepta cōfirmāt. ergo ī hoc idem poterūt artifices uiuendi.
Omnes iste artes circa instrumēta uitę occupate sunt. non circa

totam uitam· Itaq; multa illas inhibent extrinsecus et impediunt·
spes· cupiditas· timor· Adhec que artem uite professa est· nulla re quo
minus se exerceat· uetari potest· Discutit enim impedimenta et trac
tat obstantia· Vis scire q̄ dissimilis sit aliarũ artium condicio et hu
ius? In illis excusati⁹ est uoluntate peccare q̄ casu· in hac maxime cul
pa est sponte delinquere· Quid dico tale est? gr̄amaticus nõ erubescat
soloecismũ si sciens facit· erubescat si nesciens· Medicus si deficere egrũ
non intelligit q̄ tum ad artem magis peccat· q̄ si se intelligere dissimu
lat· At in hac arte uiuendi turpior uolentiũ culpa est· Adice nũc q
artes quoq; plereq; immo ex omnibus liberalissime habent decreta sua
non tantũ precepta sicut medicina· Itaq; alia est hippocratis secta
alia Asclepiadis· alia Themisonis· Preterea nulla ars contemplatiua
sine decretis suis est· que greci uocant ΔΟΓΜΑΤΑ (dogmata) nobis uel decreta
licet appellare uel scita uel placida que et in geometria et ĩ astrono
mia inuenies· Philosophia autem et contemplatiua est et actiua·
spectat· simulq; agit· Erras enim si tibi illam putas tantũ terrestres
operas promittere· Altius spirat· Totum inquit mundũ scrutor· nec
me intra contuberniũ mortale contineo suadere uobis ac dissuadere
contenta· magna me uocant supraq; uos posita· Nam tibi de sũma
celi ratione deumq; disserere incipiam· et rerum primordia pādā·
unde omnes natura creet res· gignat et alat· quoq; eadem rursus
natura perempta resoluat· ut ait lucretius· Sequitur ergo ut con
templatiua sit· habeatq; decreta sua· Quid q facienda queq; ne
mo rite ebibit· nisi cui ratio erit tradita· in qua re omnes officiorũ
numeros exequi possit· quos non seruabit qui in re precepta accepe
rit· non in omne· imbecilla sunt per se· et ut ita dicam sine radice
que artibus dantur· decreta sunt que muniant· que securitatẽ no
stram tranquillitatemq; tueantur· que totam uitam· totamq; re
rum naturã simul contineant· Hoc interest inter decreta ph̄ie et
precepta quod inter elementa et membra· Hec ex illis dependent·
Illa et horũ cause sunt et omnium· Antiqua inquit sapientia ni
chil aliud q̄ facienda ac uitanda precepit· et tunc longe melio
res erant uiri· Postq̄ docti prodierunt boni desunt· Simplex enĩ

illa et aperta uirtus in obscuram et solertē sciētiā uersa est · doce
murq; disputare non uiuere · Fuit sine dubio ut dicitis uetus illa sapi
entia cū maxime nascens rudis non minus q̄ cetere artes. quarū in
processu subtilitas creuit · Sed nec opus quidē adhuc erat remediis
diligentibus · nondū in tantū nequitia surrexerat · nec tam late se
sparserat · Poterant uitiis simplicibus obstare remedia simplicia · Nūc
necesse est tanto operosiora esse munimenta . quanto ualentiora sūt
a quibus petimur · Medicina quondam paucarū fuit scientia herbarū .
quibus sisteretur fluens sanguis . uulnera coirent paulatim · deinde
in hanc peruenit tam multiplicem uarietatē · Nec est mirū tūc illam
minus negocii habuisse . firmis adhuc solidisq; corporibus . et facili cibo
nec per artē uoluptate corrupto · qui postq̄ cepit non ad tollendam
sed ad irritandam famē queri . et inuente sunt mille conditure qb;
auiditas excitaretur . que desiderantibus alimenta erāt . onera sunt
plenis · Inde pallor et neruorū uino madentiū tremor . et miserabilior
ex cruditate q̄ ex fame macies . inde incerti labentiū pedes . et semper
qualis in ipsa ebrietate titubatio · inde in totā cutē humor admissus .
distentusq; uenter dum male assuescit plus capere q̄ poterat · inde suf
fusio luride bilis et decolor uultus tabesq; in se putrescentiū . et retorti
digiti articulis horrigescentibus · neruorūq; sine sensu iacentiū tor
por . aut palpitatio corporū sine intermissione uibrantiū · Quid ca
pitis uertigines dicam ? Quid oculorū auriumq; tormenta ? et cerebri
exestuantis uerminationes . et omnia p̄ se que exoneramur internis
ulceribus ? inumerabilia preterea febriū genera aliarū impetu seuientiū ? aliarum
tenui peste repentium ? aliarū cū corpore et multa mēbrorū quassatio
ne uenientiū ? Quid alios referā innumerabiles morbos supplicia
luxurie ? Immunes erant ab istis malis qui nondū se deliciis soluerāt .
qui sibi imperabant . sibi ministrabant . corpus opere ac uero labore
durabant . aut cursu defatigati . aut uenatu . aut tellure uersanda .
Excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non posset · Itaq;
nichil opus erat tam magna medicorū supellectile . neq; tot ferramē
tis atq; pixidibus · Simplex erat ex causa simplici ualitudo · Multos
morbos multa fercula fecerunt · Vide quantū rerū p̄ unam gulam

transiturarū

transitura rū p(er)misceat luxuria terrarū marisq; uastatrix. Necesse
est itaq; inter se tam diuersa dissideant et angusta male degerantur
alijs alio tendentibus. Nec mirū q(uod) inconstans uariusq; ex discordi
cibo morbus est. et illa ex contrarijs nature partibus in eundē compul
sa redundant. Inde tam nullo egrotamus genere q(uam) uiuimus. Maxim(us)
ille medicorū et eiusmodi scientie conditor. feminis nec capillos dif
fluere dixit. nec pedes laborare. at que et capillis destituuntur et
pedibus egre sunt. Non mutata feminarū natura. sed uicta est. Nā
cū uirorū licentiā equauerint. corporū quoq; uirorū incōmoda equa
uerunt. nō minus peruigilant. nō minus potant. et oleo et mero ui
ros prouocant. eque inuitis ingesta uisceribus p(er) os reddunt. et uinū
omne uomitu remetiuntur. Eque niue reddūt solatiū stomachi ex
tuantis. libidine uero ne maribus quidem cedunt. pati nate. dij illas
deeq; male perdant. adeo p(er)uersum cōmente genus impudicitie uiros
ineunt. Quid ergo mirandū est maximū medicorū et nature peri
tissimū in mendacio prendi cū tot femine podagrice caluęq; sint.
Beneficiū sexus suis uitijs perdiderūt. et quia feminā exuerūt dam
nate sunt morbis uirilibus. Antiqui medici nesciebant dare cibum
sepius. et uino fulcire uenas cadentes. nesciebant sanguinē emittere.
et diutinā egrotationē balneo sudoribusq; laxare. Nesciebant crurū
uinculo brachiorūq; latentē uim et ī medio sedentē ad extrema re
uocare. Non erat necesse circūspicere multa auxiliorū genera. cum
essent periculorū paucissima. nūc uero q(uam) longe processerūt mala ua
litudinis. has usuras uoluptatū prendimus ultra modū fasq; concu
pitarū. Innumerabiles esse morbos nō miraberis. cocos mira. Cessat
omne studium. et liberalia professi sine ulla frequentia desertis angu
lis president. In rhetorū ac philosophorū scholis solitudo est. at q(uam) ce
lebres culine sunt q(uan)ta circa nepotū focos iuuentus premit. Transeo
puerorū infelicium greges. quos post transacta cōuiuia alie cubiculi
contumelie expectant. Transeo agmina exoletorū p(er) nationes colo
resq; descripta ut eadem omnibus leuitas sit. eadem ī prima men
sura lanuginis. eadem species capillorū. ne quis cui rectior est coma
crispulis misceatur. Transeo pistorū turbam. transeo ministrorū

p̄ quos signo dato ad inferendam cenam discurritur· Dy boni quantū
hominū unus uenter exercet. Quid tu illos boletos uoluptariū uenenū
nichil occulti operis iudicas facere etiam si presentanei non fuerant.
Quid tu illā estiuā niuē non putas callum iecoribus obducere. Quid
illa ostrea inertissimam carnem ceno saginatā. nichil existimas limose
grauitatis inferre. Quid illud sociorū garū preciosam malorū pisciū
saniem non credis urere salsa tabe precordia. Quid illam p̄rulentā
et que non tantū ab ip̄o igne in os transferuntur iudicas sine noxa in
ipsis uisceribus extingui. Quā fedi itaq; pestilentesq; ructus sunt. quātū
fastidiū sui exhalantibus crapulam uentres scias putrescere sūpta nō
concoqui. Memini fuisse quandam in sermone nobilem patinā. ī quā
quicquid apud lautos solet diē ducere. properans in damnū suū popi
na congesserat uenerei spondiliq; et ostrea eatinus circūcisa qua e
duntur interuenientibus distinguebantur echinis· torti districtiq;
sine ullis ossibus mulli con traxerīt· Piget esse iam singula. cogunt
in unū saporis· in cena fit qđ fieri debet saturo in uentre. expecto iā
ut manducata ponantur· Quantulo autē hoc minus est testas excerpe
atq; ossa edentium [at et dentiū] opera coci fungi. Graue est luxuriari p̄ singula·
Omnia semel et in eundē saporē uersa parantur· Quare ergo ad unā
rem manū porrigā. plura ueniant· simul multorū ferculorū orna
menta coeant· Sciant protinus hi qui iactationem ex istis peti et glo
riam a rebant. non ostendi ista sed conscientie dari. Pariter sint q̄ dis
poni solent iure uno perfusa· Nichil intersit ostrea echinis· sponduli
mullis· perturbati concocti ponantur· non esset confusiō uomentium
cibus· Quomodo ista perplexa sunt. sic ex istis non singulares morbi na
scuntur. sed inexplicabiles. diuersi. multiformes. aduersus quos et me
dicina armare se cepit multis generibus. multis obseruationibus· Idē
tibi de p̄hia dico· Fuit aliquando simplicior inter minora peccantes
et leui quoq; cura remediabiles. aduersus tantā morū euersionē omīa
conanda sunt· Et utinā sic deniq; lues ista uindicetur· Non priuatim
solum sed publice furimus· homicidia compescimus et singulas cedes·
Quid bella et occisorū gloriosum scelus. Non auaritia. non crudeli
tas modum nouit· Et ista q̄diu furtim et a singulis fiūt minus no

xia. minusq; mõstruosa sunt· Ex senatus consultis plebisq; scitis scena
exercentur et publice iubentur uetita· Priuati quedam commissa ca
pite luerent. tũ quia palam fecere laudamus· Non pudet hominis mitis
simũ genus gaudere sanguine alterno. et bella gerere gerendaq; liberis
tradere. cum inter se etiam mutis ac feris pax sit· Aduersus tam potẽtẽ
explicatumq; late furorẽ operosior phia facta est. et tantũ uiriũ sũpsit
quantũ his aduersus que parabatur accesserat· Expeditũ erat obiurga
re indulgentes mero et petentes delicatiorẽ cibum. Non erat animus
ad frugalitatẽ magna ui reducendus. a qua paululũ discesserat· Nũc
manibus rapidis opus est. nũc arte magistra· Voluptas ex omni querit'·
Nullũ intra se manet uitium· In auaritia luxuria preceps est· honestatis
obliuio inuasit· Nichil turpe est cuius placet pretium· Homo sacra res
homini iam plusũ ac iocũ occiditur· et quẽ erudiri ad inferenda accipi
endaq; uulnera nefas erat. is iam nudus inermisq; producitur· satisq;
spectaculi ex homine mors est· In hac ergo morũ peruersitate deside
ratur solito uehementius aliquid quod mala inueterata discutiat· De
cretis agendũ est. ut reuellatur penitus falsorũ recepta persuasio· his
si adiunxerimus precepta. consolationes. adhortationes q̃ poterũt ua
lere per se efficaces sunt. si uoluerimus habere obligatos et malis qbus
iam tenentur auellere. discant quid malum quid bonũ sit· sciant
omnia preter uirtutẽ mutare nomen. modo mala fieri. modo bona·
queadmodũ primũ militie uinculũ est religio· et singulorũ amor
et deserendi nefas· tunc deinde facile cetera extinguntur. mandatq;
iusiurandũ adactis. ita in his quos uelis ad beatam uitã perducere pri
ma fundamẽta iacienda sunt et insinuanda uirtus. huius quadam
superstitione teneantur· hanc amẽt· cum hac uiuere uelint· sine
hac nolint· Quid ergo? nam quidam sine institutione subtili euase
runt probi magnosq; profectus assecuti sunt· dum nudis tantũ pre
ceptis obsequuntur· fateor· sed felix illis ingenium fuit· et salutaria
in transitu rapuit· Nam ut dii ĩmortales nullam didicere uirtutẽ
cũ omni editi. et pars nature eorũ est. ita quidam ex hominibus e
gregiam sortiti indolem in ea que tradi solent perueniunt sine lon
go magisterio et honesta complexi sunt cum primum audiere·

Vnde ista tam rapacia uirtutis ingenia uel et se fertilia. et illis aut
hebetibus et obtusis. aut mala consuetudine obsessis diu rubigo ani
morū effricanda est. Ceterū ut illos in bonū pronos citius educat ad
sūmā. ita hos imbecilliores adiuuat. malisq; opinionibus extrahit q̄
illis phie placita tradiderit que q̄ sint necessaria uideas. Quedam
insident nobis. que nos ad alia pigros ad alia temerarios faciunt. nec
hec audacia reprimi potest. nec illa inertia suscitari. nisi cause eorū
eximantur. falsa admiratio. falsa formido. Hec nos q̄diu possident
dicas licet. hoc patri prestare debes. hoc liberis. hoc amicis. hoc hospi
tibus. Tentantem auaritia retinebit. Sciet pro patria pugnandum
esse. dissuadebit timor. sciet pro amicis desudandū esse. ad extremū
usq; sudorē. sed delicie uetabunt. sciet in uxore grauissimū esse genus
iniurie pellicem. sed illū libido in contraria impingit. Nichil ergo
proderit dare precepta. nisi prius amoueris obstantia preceptis. non
magis q̄ proderit arma in conspectu posuisse propiusq; amouisse. nisi
usure manus expediantur. ut ad precepta que damus possit animus
soluendus ire. Putemus aliquē facere quod oportet. non faciet assidue.
non faciet equaliter. nesciet enī quare faciet. Aliqua uel casu uel exer
citatione exibunt recta. sed non erit ī manu regula ad quam exigant.
cui credat recta esse que fecit. non promittet se talem in perpetuum
qui bonus usus est. Deinde prestabūt tibi fortasse precepta ut quod o
portet facias. non prestabūt queadmodū oportet. Et si hoc non prestāt
ad uirtutem non perducunt. faciet quod oportet monitus. concedo. sed
id parū est. quoniam quidē non in facto laus est. sed in eo queadmodū
fiat. Quid est cena sūptuosa flagitiosius et equestrē censū consumēte.
Quid tam dignū censoria nota. siquis ut isti ganeose loquuntur. sibi hoc
et ingenio suo prestet ut totiens tantū sestertio adiciales cene fruga
lissimis uiris constiterūt. Eadem res si gule datur turpis est. si honori
reprensionē effugit. Non enim luxuria sed impensa solennis est. mull'
ingentis forme. Quare autē non pondus adicio et aliquorū gulam
irrito. Quatuor pondo et asse fuisse aiebant. Tiberius cesar missū
sibi eū in macellū deferri et uenire iussisset. amici inquit omnia
me fallunt nisi istū mullū aut Apicius emerit aut P. Octauius.

Vltra spem illi coniectura processit. locuti sunt. uicit Octauius et ingen
tem consecutus est inter suos gloriam. cū quinq; sextertijs emisset piscē
quē cesar uendiderat. nec Apicius quidem emerat. numerare tantū
Octauio fuit turpe. Nam ille qui emerat ut Tiberio mitteret quanq̄
illum quoq; reprehenderem. admiratus est rem. quam putauit cesa
re dignam amico. Aliquis egro assidet. probamus. at hic hereditatis
causa facit. Si uultur est. cadauer expectat. Eadem aut turpia sūt
aut honesta. Refert quare aut quēadmodū fiant. Omnia autem ho
neste fient. si honeste nos addixerimus. idq; unū in rebus humanis bo
num iudicauerimus. queq; ex eo bona sunt cetera ī diē sunt bona. Ergo
infigi debet persuasio ad totam pertinens uitam. hoc est quod decretū
uoco. Qualis hec psuasio fuerit. talia erunt que agentur. que cogita
buntur. Qualia autē hec fuerint. talis uita erit. In particulas suasisse
totū ordināti parū est. M. Brutus in eo libro quē περὶ καθήκοντος (de officio)
inscripsit dat multa precepta et parentibus et liberis et fratribus. hoc
nemo faciet quemadmodū debet. nisi habuerit quo perferat. Propona
mus oportet finē sūmi boni ad quem nitamur. ad quem esse factum no
strū dictumq; respiciat. ueluti nauigantibus ad aliquod sidus dirigen
dus est cursus. Vita sine proposito uaga est. Quod si utiq; proponen
dū est. incipiunt necessaria esse decreta. Illud ut puto concedes. Nichil
esse turpius dubio et incerto actu. modo pedem referente modo produ
cente. hoc in omnibus accidet nobis. nisi eximantur que reprendūt ani
mos et detinent et preconari totos uetant. Quomodo sunt dij colendi
solet precipi. Accendere aliquem lucernas sabbatis prohibemus. quoniam
nec lumine dii egent. et ne homines quidem delectantur fuligine. Ve
temus salutationibus matutinis fungi. et foribus assidere templorū. hu
mana ambitio istis officijs capitur. Deū colit qui nouit. Vetemus lin
tea et strigiles ioui ferri. et speculum tenere iunoni. Nō querit ministros
deus. quidni ipse humano generi ministrat. ubiq; et omnibus presto. Au
diat licet quēadmodū seruire in sacrificiis debeat. q̄ procul resilire a
molestijs et a superstitionibus. nunq̄ satis profectū erit. nisi qualē debet
deū mente conceperit. omnia habentē. omnia tribuentē. beneficium
gratis dantē. Que causa est diis benefaciendi? Natura. Errat. siquis

illos putat nocere uelle uel posse· Nec accipere iniuriam queunt nec
facere· ledere enim lediq; coniunctū est· Sūma illa ac pulcherrima
omniū natura. quos periculo exemit nec periculosos quidem facit· Pri
mus est deorū cultus deos credere· deinde reddere illis maiestatē suā·
reddere bonitatē sine qua nulla maiestas est· Scire illos esse qui presidēt
mūdo. qui uniuersa et sua temperant. qui humani generis tutelam
gerūt. interdū curiosi singulorū· hi nec dant malū nec habent· Cete
rum castigant quosdam et coercent et irrogant penas et aliquando
specie boni puniūt· Vis deos propitiare? bonus esto· Satis illos coluit
quisquis imitatus est· Ecce altera questio· hominibꝰ quidē sit utendū.
quid agimus? que damus precepta? Vt parcamus sanguini humano·
Quantulū est nō nocere cui debeas prodesse? Magna scilicet laus est
si homo homini mansuetus est· Precipiemus ergo ut naufrago manū
porrigat· erranti uiam monstret· cū esuriente panē suū diuidat·
quando omnia que prestanda ac uitanda sunt curauerit. dicam cū
possim breuiter hanc illi formulā humani officij tradere· Omne hoc
quod uides quo diuina atq; humana conclusa sunt. unū est· Mēbra
sumus corporis magni· Natura nos cognatos edidit. cū ex eisdem et ī
eadē gigneret· hec nobis amorem indidit mutuū et sociabiles fecit·
Illa equū iustūq; composuit· ex illius constitutione miserius est no
cere ꝗ̄ ledi· ex illius imperio parate etiam sit adiuuandū manus·
Ille uersus hic et in pectore et in ore sit. homo sum· humani nichil
a me alienū puto· Habeamus ī cōmune qđ nati sumus· Societas
nostra lapidū fornicationi simillima est. que casura nisi inuicem
obstaret hoc ipso sustinetur· Post deos hominesq; despiciamus quo
modo rebus sit utendū· In superuacuū precepta iactauimus nisi illud
precesserit. qualē de quacunq; re habere debeamus opinionē. de pau
pertate. de diuitijs. de gloria. de ignominia. de patria. de exilio·
Extimemus singula fama remota. et queramus quid sint. non quid
uocentur· Ad uirtutes transeamus· Precipiet aliquis ut prudētiam
magni extimemus. ut fortitudinē complectamur· temperantiā ame
mus· iusticiam si fieri potest propius etiā ꝗ̄ ceteras nobis applicemus·
Sed nichil agemus si ignoramus quid sit uirtus· una sit an plures·

separate an innexe. an qui unam habet et ceteras habeat. quo inter
se differant. Non est necesse fabro de fabrica querere. quod eius initiũ.
quis usus sit. nõ magis q̃ Pantomimo de arte saltandi. Omnes iste artes
se sciunt. Nichil eis deest. non enĩ ad totam pertinẽt uitam. Virtus
et aliorũ scientia et sui est. Discendũ de ipa est. ut ipa discatur. Actio
recta nõ erit. nisi recta fuerit uolũtas. Ab hac enĩ est actio. Rursus
uolũtas nõ erit recta. nisi habitus animi rectus fuerit. Ab hoc enĩ
est uoluntas. habitus porro animi non erit ĩ ocio. ubi totius uite leges
perceperit. et quid de quoq; iudicandũ sit exegerit nisi res ad uerum
redegerit. Non contingit tranquillitas. nisi ĩmutabile certũq; iudiciũ
adeptis. Ceteri decidunt. subinde et reponuntur. et intermissa appe
titaq; alternis fluctuant. Causa uisq; iactationis est. q nichil liquet
in certissimo regimine utentibus fama. Si uis eadẽ semper uelle. ue
ra oportet uelis. Ad uerũ sine decretis non peruenitur. continent
uitã bonam et malam. honesta et turpia. iusta et iniusta. pia et im
pia. uirtutes ususq; uirtutũ. Rerũ moderatio. possessio. existimatio.
ac dignitates. ualitudo. uires. forma. sagacitas sensuũ. hec omnia
extimatorẽ desiderant. Scire liceat quanti quicq; in censũ sit defe
rendũ. Falleris enim et pluris quedã q̃ sunt putas. Adeoq; falleris.
ut q̃ maxima inter nos habentur. diuitie. gratia. potentia. sextertio
minimo extimanda sũt. hec nescies nisi constitutionẽ qua ista inter
se extimantur inspexeris. queãdmodũ folia per se uirere nõ possunt.
ramũ desiderant cui inhereant. ex quo trahunt sucum. Sed ista pre
cepta si sola sunt marcent. infigi uolũt secte. preterea non intelligũt
hi qui decreta tollunt eo ipõ confirmari illa quo tolluntur. Quid enĩ
dicũt? preceptis uitam satis explicari. superuacuũ esse decreta sapien
tie idest dogmata. Atqui hoc ipõ quod dicunt decretũ est. tam me her
cule q̃ si non ego dicerem recedendum esse a preceptis. superuacuis
decretis. in hec sola studiũ conferendũ. hoc ipõ quo negarẽ curanda
esse precepta. preciperem. Quedam admonitionẽ in philosophia
desiderant. quedã probationẽ. et quidẽ multa. quia inuoluta sunt
uixq; sũma diligentia ac sũma subtilitate aperiuntur. Si probatio
nes necessarie sunt. et decreta q̃ ueritatem argumentis colligũnt.

quedam aperta sunt. quedam obscura. Aperta. que sensu cõprenduntur
que memoria. Obscura. que extra hec sunt. Ratio autẽ non impletur
manifestis. Maior enim pars pulchriorq; in occultis est. Occulta proba
tionẽ exigunt. probatio non sine decretis est. necessaria ergo decreta sũt.
Que res cõmunẽ sensũ facit. eadẽ perfectũ. Certarũ rerũ est persuasio.
sine qua omnia ĩ animo natãt. necessaria ergo sunt decreta que dant
animis inflexibile iudicium. Deniq; cõmonemus aliquẽ ut amicũ eodẽ
habeat loco quo se. ut ex inimico cogitet fieri posse amicũ. In illo amorẽ
incitet. In hoc odiũ moderetur. Adiciamus iustũ est. honestũ iustũq; de
cretorũ nostrorũ continet. Ratio ergo hec necessaria est. sine qua nec
illa sunt. sed utrunq; iungamus. nanq; et sine radice inutiles rami sũt.
et ipse radices his que genuere adiuuantur. Quantũ utilitatis manus
habeant nescire nulli licet. aperte iuuant cor. illud quo manus uiuunt.
ex quo impetu sumũt. quo mouentur latet. Idẽ dicere de preceptis
possum. apta sunt. decreta uero sapientie in abdito. Sicut sanctiora
sacrorũ. tantũ initiati sciũt. ita in phia arcana illa admissis receptisq;
in sacro ostenduntur. At precepta et alia eiusmodi profanis quoq; nota
sunt. Possidonius nõ tantũ preceptionẽ. nichil enĩ nos hoc uerbo uti
prohibet. sed etiã suasionẽ et consolationẽ et exhortationẽ necessariam
iudicat. His adicit causarũ inquisitionẽ et etymologiam quã quare
nos dicere nõ audeamus cũ grãmatici custodes latini sermonis suo iure
ita appellent. nõ uideo. aut inutilẽ futurã esse descriptionẽ cuiusq;
uirtutis. hanc Possidonius etymologiam uocat. quidam charatterismon
appellant. signa cuiusq; uirtutis ac uicij et notas reddentẽ. quibus in
ter se similia discriminentur. hec res eam uim demũ habet. quã pre
cipere. nã qui precipit. dicit. Illa facies. si uoles temperans esse. Qui
describit ait. Temperans est qui illa facit. qui illis abstinet. Queris qd
intersit? Alter precepta uirtutis dat. alter exemplar. Descriptiones
has et ut publicanorũ utar uerbo iconismo. ex usu esse cõfiteor. Propo
namus laudanda. inuenietur imitator. Putas utilia dari tibi argu
menta. per que intelligas nobilẽ equũ. ne fallaris empturus. ne operam
perdas in ignauo. quanto hoc utilius est excellentis animi notas nosse.
quas ex alio in se transferre permittitur. Continuo pecoris generosi pull'

in aruis. Altius ingreditur et mollia crura reponit. Primus inire uiā
et fluuios tentare minaces. Audet. et ignoto se se cōmittere ponto.
Nec uarios horret strepitus. illi ardua ceruix. Argutūq; caput. breuis
aluus. obesaq; terga luxuriatq; thoris animosū pectus. Tū siqua sonū
procul arma dedere Stare loco nescit. micat auribus. et tremit artus.
Collectūq; fremens uoluit sub naribus ignem. Dū aliud agit uirgilius
noster describit uirū fortem. Ego certe non aliam imaginem magno
uiro dederim. si michi Cato exprimendus inter flagores bellorū ciuiliū
ī pauidus et primū incessens admotos iam exercitus alpibus. ciuiliq;
se bello ferens obuiū. nō aliū illi assignauerī uultū. nō aliū habitum.
Altius certe nemo ingredi potuit. q̄ qui simul contra cesarē pompeiūq;
se sustulit. et aliis cesarianas opes aliis pompeianas fouentibus utrūq;
prouocarit. ostenditq; aliquas esse rei. p. partes. Nam parū est ī Ca
tone dicere. nec uarios horret strepitus. quidni cū uiros uiciniosq; nō
horreat? cū cōtra decem legiones et gallica auxilia et mista barbarica
ciuilibus uocē liberam mittat. et rem. p. hortetur. ne pro libertate de
cidat. sed omnia experiatur. honestius in seruitutē casura q̄ itura?
quātū in illo uigoris atq; spiritus. quantū in publica trepidatione fi
ducie est? Scit se unū esse de cuius statu non agatur. Non enī queri
oportet an liber Cato. sed an inter liberos sit. Inde periculorū gladia
torumq; contēptus. libet admirantē inuictā constantiā uiri inter
publicas ruinas non labantis dicere. luxuriatq; thoris animosū pectus.
Proderit nō tantū quales esse soleant boni uiri dicere. formamq; eorū
et liniamenta deducere. sed quales fuerint narrare et exponere Ca
tonis illud ultimū et fortissimū uulnus per quod libertas amisit animā.
Lelii sapientiam et cū suo scipione concordiam. Alterius Catonis domi
forisq; egregia facta. Tuberonis ligneos lectos. cū ī publicū sterneret
edinas pro stragulis pelles. et ante iouis ipius cellam apposita conuiuiis
uasa fictilia. Quid aliud paupertatē in capitolio consecrare. ut nullū
aliud factū eius habeā quo illū catonibus inseram? hoc parū credimus.
Censura fuit illa nō cena. O q̄ ignorant homines cupidi glorie qd illa
sit. aut queadmodū petenda? Illo die populus romanus multorū su
pellectilem spectauit. unius miratus est. Omniū illorū aurū argentūq;

fractũ est. et in milies conflatũ. at omĩbȝ seculis Tuberonis fictilia du
rabunt · Vale ·

· XCVI ·

Assentiendũ esse fatorum decretis.

MAntũ indignaris aliquid aut quereris · et non intelligis nichil
esse in istis mali. nisi hoc unũ quod indignaris et quereris · Si me
interrogas. nichil puto uiro miserũ. nisi aliquid esse ĩ rerũ na
tura quod putet miserũ · Non feram me quo die aliquid ferre nõ potero ·
Male ualeo. pars fati est. familia decubuit · fenus offendit · domus cre
puit · damna · uulnera · labores. metus incurrerũt · solet fieri hoc · parum
est · debuit fieri · decernuntur ista non accidunt · Siquid credis michi ·
intimos affectus meos tibi cũ maxime detego. ĩ omnibus que aduersa
uidentur et dura · sic formatus sum · nõ pareo deo sed assentior. ex
animo illũ nõ quia necesse est sequor · Nichil unq̃ michi incidet qđ
tristis excipiã. quod malo uultu · nullũ tributũ inuitus offerã · Oĩa
autẽ ad que gemimus. que expauescamus tributa uite sunt · horũ
mi Lucili nec speraueris ĩmunitatẽ nec petieris · Vessice te dolor ĩ
quietauit · Epule uero erunt parũ dulces. detrimenta continua ·
Propius accedam. de capite timuisti · Quid tu nesciebas hec te optare
cũ optares senectutẽ ? Omnia ista in longa uita sunt. quomodo ĩ lon
ga uia et puluis et lutũ et pluuia · Sed uolebam inquis uiuere. carere
tamen ĩ cõmodis omĩbus · Tam effeminata uox uirũ dedecet · uideris
queadmodũ hoc meũ uotũ excipias · Ego illud magno animo nõ tantũ
bono facio · neq; dei neq; dee faciant ut te fortuna in deliciis habeat ·
Ipse te interroges. siquis potestatẽ tibi deus faciat. utrũ uelis uiuere ĩ
macello an in castris · Atqui uiuere mi Lucili militare est · Itaq; hi qui
iactantur et per operosa atq; ardua sursũ atq; deorsum eunt. et expe
ditiones periculosissimas obeunt. fortes uiri sunt. primoresq; castro
rum · Isti quos putrida quies aliis laborantibus molliter habet. turtu
ille. sunt tuti contumelie causa · Vale ·

· XCVII ·

Vitia hominum esse nõ tẽporũ et q̧ praua cõsuetudo letã ĩuere cũdiã indulsit criminib; que secundum naturã cõscĩẽtie tuta ẽẽ nõ possũt ·

ERras mi Lucili si existimas nostri seculi esse uitiũ luxuriã et
negligentiam boni moris. et alia que obicit suis quisq; tempo
ribus · hominũ sunt ista nõ temporũ · Nulla etas uacauit a
culpa · Et si existimare licentiam cuiusq; seculi incipias. pudet di
cere · nunq̃ apertius q̃ coram Catone peccatum est · Credat aliqs

pecuniā esse uersatam in eo iudicio ī quo reus erat Clodius ob id adul
terium quod cū cesaris uxore in aperto cōmiserat. uiolatis religioni
bus eius sacrificij quod populo fieri dicitur. sic sūmotis extra conspectū
omībus uiris. ut picture quoq; masculorū animaliū contegantur. atq;
dati iudicibus nūmi sunt. et quod etiam ī hac pactione turpius est.
stupra insup matronarū et adolescentularū nobiliū salarii loco ex
acta sunt. Minus crimine q̄ absolutione peccatū est. Adulteru reus
adulteria diuisit. nec ante fuit de salute securus q̄ similes sui iu
dices suos reddidit. hec in eo iudicio facta sunt In quo si nichil aliud
Cato testimoniū dixerat. ipa ponā uerba Ciceronis quia res fidē ex
cedit. accersiuit ad se. promisit. intercessit. dedit iam uero. O dii
boni rem perditam. etiam nocte scortaturarū mulierū atq; adole
scentularū nobiliū introductiones nō nullis iudicibus pro mercedis
cumulo fuerunt. Non uacat de precio queri. plus in accessionibus
fuit. Vis seueri illius uxorē? dabo. illam uis diuitis? huius quoq; ti
bi prestabo concubitū. Adulteriū ubi feceris damna. Illa formosa
quā desideras ueniet. Illius tibi noctem promitto. nec differo. Inter
comparandi natione fides promissi mei stabit. Plus est distribue
re adulteria q̄ facere. Illud est matribus familie denuntiare. hoc
illudere. hi iudices clodiani a senatu petierant p̄sidiū quod non
erat nisi damnaturis necessarium. et impetrauerant. Itaq; elegan
ter illis Catulus absoluto reo. quid uos inquit presidiū a nobis pete
batis? an ne nūmi uobis eriperentur? Inter hos tamen iocos im
pune tulit ante iudiciū adulter. in iudicio leno. qui damnationē
peius effugit q̄ meruit. Quicq̄ fuisse corruptius moribus illis credis?
quibus libido non sacris inhiberi. non iudiciis poterat. quibus ī ea
ipa questione que extra ordinē senatus consulto exercebatur plus
q̄ querebatur admissū est. Querebatur an post adulteriū posset
aliquis tutus esse. Apparuit sine adulterio tutū esse non posse. hoc
inter Pompeiū et Cesarem inter Ciceronem Catonemq; cōmissū
est. Catonē inq̄ illū. quo sedente populus negatur pmisisse sibi po
stulare florales iocos nudandarū meretricū. si credis spectasse tūc
seuerius hoīes q̄ iudicasse. Et fient. et facta ista sūt. Et licentia

urbium aliquando disciplina metusque, numquam sponte considet. Non est itaque
quod credas nunc plurimum libidini permisisse. legibus minimum. longe enim
frugalior hec iuventus est quam illa. cum reus adulterium apud iudices nega
ret. iudices apud eum confiterentur. cum stuprum committeretur rei iudican
de causa. cum Clodius hisdem vitiis gratiosus quibus nocens conciliaturas
exerceret in ipsa cause dictione. Credat hoc quisquam? qui damnabatur uno
adulterio absolutus est multis. Omne tempus Clodium non esse Catones
feret. Ad deteriora faciles sumus. quia nec dux potest nec comes de
esse. et res ipse etiam sine duce sine comite procedit. non pronus tantum
ad vitia sed preceps. et quod plerosque inemendabiles facit. omnium ali
arum artium peccata artificibus pudori sunt. offenduntque deerrantem. vite
peccata delectant. Non gaudet navigio gubernator everso. non gaudet
egro medicus elato. non gaudet orator si patroni epistola reus cecidit.
At contra omnibus crimen suum voluptati est. letatur ille adulterio in
quod irritatus est ipsa difficultate. Letatur ille circumscriptione furtoque.
nec ante illi culpa quam culpe fortuna displicuit. Id prava consuetudine
evenit. Alioquin ut scias subesse animis etiam in pessima adductis boni
sensum. nec ignorari turpe sed negligi. Omnes peccata dissimulant. et
quamvis feliciter cesserit fructu illorum utuntur. ipsa subducunt. at bona
conscientia prodire vult et conspici. ipsas nequitia tenebras timet. Ele
ganter itaque ab Epicuro dictum puto. Potest nocenti contingere ut late
at. latendi fides non potest. aut si hoc modo melius hunc explicari posse
iudicas sensum. ideo non prodest latere peccantibus. quia latendi etiam si
facultatem habent. fiduciam non habent. Ita est. Tuta scelera esse non pos
sunt. hoc ego repugnare secte nostre si sic expediatur non iudico.
Quare? quia prima illa et maxima peccantium est pena peccasse. Nec
ullum scelus licet illud fortuna exornet muneribus suis. licet tueatur
ac vindicet. impunitum est. quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed
nichilominus et he illam malam mentem scelere pene premunt ac sequuntur.
timere semper et expavescere. et securitati diffidere. Quare ergo ego
supplicio nequitiam liberem. quare non semper illam in suspenso relinquam? Illic
dissentiamus cum Epicuro ubi dicit. Nichil iustum esse natura et crimina vi
tanda esse quia vitari metus non possit. hic consentiamus malo fa

amore cōsciētiā flagellari. et plurimū illi tormentorū esse. eo q̄ per
petuo illam sollicitudo urget ac uerberat. q̄ sponsoribus securitatis sue
nō potest credere. Hoc enī ipm argumentū est Epicuri. Natura nos a sce
lere abhorrere. q̄ nullis nō etiā inter tuta timor est. Multos fortuna
liberat pena. metu neminē. Quare? nisi quia infixa nobis eius rei aduer
satio est quā natura damnauit. Ideo nunq̄ fides latendi fit etiā laten
tibus. quia coarguit illos cōscientia et ipsos sibi ostendit. Propriū autem
nocentiū trepidare. Male dē nobis actū erat. q̄ multa scelera legē et
iudicē effugiūt. et scripta supplicia nisi illa naturalia et grauia de pre
sentibus soluerent. et ī locū patientie timor cederet. Vale.

.XCVIII.
Quatr aduersus fortune duritiā cōponēdus ē animus.

NUnq̄ credideris felicē quenq̄ esse ea felicitate suspensū que
fragilibus innititur. qui aduenticio letus est exibit gaudium qd̄
intrauit. At illud ex se ortū fidele firmūq; est. et crescit. et ad
extremū usq; prosequitur. Cetera quorū admiratio est uulgo in diem
bona sunt. Quid ergo? Non usui ac uoluptati esse possunt? Quis negat?
Sed ita. si illa ex nobis pendent. nō ex illis nos. Omnia que fortunā in
tuentur. ita fructifera ac iocunda sunt. si cū his que habet ex illa se quoq;
quis habet. nec in rerū suarū potestate est. Errant enī mi lucili qui
aut boni aliquid nobis aut mali iudicant tribuere fortunā. Materiā
dat bonorū aut malorū et initia rerū apud nos in malū bonū ue exitu
rarū. Valentior enī omni fortuna animus est; et in utranq; partē ipse
res suas ducit. beateq; ac misere uite sibi causa est. Malus omnia ī ma
lū uertit. etiā que cū specie optimi uenerant. Rectus atq; integer cor
rigit praua fortune et dura atq; aspera ferendi scientia mollit. idemq;
et secunda grate excipit modesteq; et aduersa constanter ac fortiter.
qui licet prudens sit licet exacto faciat cuncta iudicio. licet nichil su
pra uires suas temptet. nō continget illi illud bonū integrū et extra minas
fortune positū. nisi certus aduersus incerta ē. Siue alios obseruare uo
lueris. liberius enī inter aliena iudiciū. siue ipm te fauore deposito et
senties hoc et confiteberis. nichil ex his optabilibus et caris utile esse. ni
chil te contra leuitatē casus. rerūq; casus sequentiū instruxeris. nisi illud
frequenter et sine querela et inter singula damna dixeris Dis aliter ui
sum est. Imo me hercule ut carmen fortius ac iustius petā. quo animum

tuū magis fulcias hoc dicto quotiens aliquid aliter q̄ cogitabas euenerit.
Dii melius. Sic cōposito nichil accidet. Sic autē componetur siquid huma
narū rerū uarietas possit. cogitauerit ante q̄ senserit. si et liberos et
coniugē et patrimoniū sic habuerit. tanq̄ non utiq; semper habiturus
et tanq̄ nō futurus ob hoc miserior si habere desierit. Calamitosus est
animus futuri anxius. et ante miserias miser. qui solicitus est. ut ea qb
delectatur ad extremū usq; pmaneant. Nullo enī tempore cōquiescet.
et expectatione uenturi presentia quibus frui poterat amittet. In ęquo
est autē dolor amissę rei et timor amittendę. Nec ideo precipio tibi ne
gligentiam. Tu uero metuenda declina. Quicquid consilio prospici po
test prospice. Quodcuq; lesurū est multo ante q̄ accidat speculare et
aduerte. In hoc ipō tibi plurimū conferet fiducia. et ad tolerandum
om̄e offirmata mens. Potest fortunā cauere qui potest ferre. Certe in
tranquillo non tumultuatur. Nichil est nec miserius nec stultius q̄ p
timere. Quę ista dementia est malū suū antecedere. Deniq; ut bre
uiter includam quod sentio et istos satagios ac sibi molestos describam
tibi tam intemperantes in ipsis miseriis q̄ sunt ante illas. Plus dolet
q̄ necesse est. qui ante dolet q̄ necesse est. Eadem enim dolorē īfir
mitate nō extimat qua nō expectat. eadē intemperantia fingit si
bi perpetuā felicitatem suam. qua fingit sibi crescere debere quecuq;
contigerunt nō tantū durare. Et oblitus huius petauri ... quo hu
mana iactantur sibi uni fortuitorū constantiā spondet. Egregie itaq;
uidetur michi Metrodorus dixisse in epistola qua sororem amisso op
timę indolis filio alloquitur. Mortale est omne mortaliū bonū. De
his loquitur bonis ad quę concurritur. Nam illud uerū bonū nō mo
ritur. Certum est sempiternuq; sapientia et uirtus. hoc unū cōtin
git īmortale mortalibus. Ceterū tam improbi sunt tāq; obliti quo
eant. quo illos singuli dies trahant. ut mirentur aliquid ipōs amit
tere amissuri uno die omnia. Quicqd enī est cui dominus inscriberis.
apud te est. tuū non est. Nichil firmū infirmo. Nichil fragili eter
num et inuictū est. Tam necesse est perire q̄ perdere. Et hoc ipm̄ si
intelligimus solatiū est ęquo animo perdere. quod pereundū ē. Quid
ergo aduersus has amissiones auxilii inuenimus. Hoc ut memoria

tencamus amissa. nec cũ ipsis fructũ excedere patiamur quę ex illis
percepimus. habere eripitur. habuisse nunq̃. Peringratus est qui
cũ amisit pro accepto nichil debet. Rem nobis eripit casus. usũ fruc
tumq; apud nos relinquit quę nos iniquitate desiderii perdidimus.
Dic tibi ex istis quę terribilia uidentur. nichil est inuictũ. singula ui
cere iam multi. Ignẽ Mutius. Crucẽ Regulus. Venenũ Socrates. Exi
liũ Rutilius. Mortẽ ferro adactam Cato. Et nos uincamus aliquid.
Rursus illa que ut speciosa et felicia trahũt uulgus a multis et sepe cõ
tempta sunt. Fabricius diuitias imperator reiecit. censor uocauit.
Tubero paupertatẽ et se dignã et capitolio iudicauit. cũ fictilibus ĩ pu
blica cena usus ostendit debere his hominẽ contentũ. quibus dii etiã
nũc uterentur. Honores repulit pater Sextius ita natus ut rem publi
cam deberet capescere. latũ clauũ diuo Iulio dante non recepit. In
telligebat enĩ quod dari posset et eripi posset. Nos quoq; aliquid et ipsi
faciamus animose. Simus inter exempla. quare deficiamus? quare de
speramus? Quicquid fieri potuit potest. Nos modo purgemus animũ.
sequamurq; naturã a qua aberranti cupiendũ timendũq; est et for
tuitis seruiendũ. licet reuerti in uiam. licet in integrũ restitui. Resti
tuamur ergo ut possimus dolores quocumq; modo corpus inuaserit per
ferre et fortunę dicere cũ uiro tibi negociũ est. Quere quẽ uincas.
His sermonibus et his similibus lenitur illa uis ulceris qua opto me
hercule mitigari. et aut sanari. aut stare et cũ ipso senescere. Sed se
curus de illo sum. De nostro damno agitur. quibus senex egregius eri
pitur. nã ipse uite plenus est cui adici si nichil desiderat sua causa
sed eorũ quibus utilis est liberaliter facit q̃d uiuit. Alius iã his cru
ciatus finis est. hic tã turpe putat mortẽ fugere q̃. ad mortẽ confu
gere. Quid ergo? Non si suaserit res exibit? Quidni exeat? Sed ne
mo iam ut reor poterit. sed nichil aliud q̃. dolori operam dabit.
Hoc est mi Lucili p̃hiam in opere discere et ad uerũ exercere. Videre
quid homo prudens animi habeat contra mortẽ. contra dolorem
cũ illa accedat. hic premat. quid faciendũ sit a faciente discẽdũ ẽ.
Adhuc argumentis actũ est. an posset aliquis dolori resistere. an mors
magnos quoq; animos admota summitteret. Quid opus est uerbis?

in rem presentẽ eamus· Nec mors illũ contra dolorẽ facit fortiorẽ· nec
dolor contra mortẽ· Contra utrunq; sibi fidit· nec spe mortis patienter
dolet· nec tedio doloris libenter moritur· Hũc fert· illã expectat· Vale·

.XCVIII.
Cõsolatio amici ut filii mortui· et q̄ luctus nõ ululatu sed ratione sanandus est·

Epistolam quã scripsi merullo cũ filiũ amisisset et diceretur
molliter ferre· misi tibi· In qua non sũ solitũ morẽ secutus· Non
putaui leuiter illũ debere tractari· cũ obiurgatione esset q̄
consolatione dignior· Afflicto eni et magnũ uulnus male ferenti pau
lisper cedendũ est· Exaciet se aut certe primũ impetũ effundat·
hi qui sibi lugere susperunt protinus castigentur· et discant etiã quasdã
lacrimarũ ineptias esse· Solatia expectas· conuitia accipe· Tam mol
liter tu fers mortẽ filii? quid faceres si amicũ perdidisses? Decessit fi
lius incerte spei paruulus· Pusillũ tẽporis periit· causas doloris cõqui
rimus· et de fortuna etiam inique queri uolumus· quasi non sit iustas
querendi causas prebitura· At me hercule satis iam uidebaris michi a
nimi habere etiã aduersus solida mala· nedũ ad istas umbras malorũ
quibus ingemiscunt homines amoris causa· qđ damnorũ omniũ maxi
mũ est si amicũ perdidisses· danda opera erat ut magis gauderes qđ
habueras q̄ mereres qđ amiseras· Sed pleriq; non computant quãta
pẽceperint quantũ ue gauisi sunt· hoc habet inter reliqua mala do
lor in se· nõ supuacuus tantũ sed ingratus est· Ergo qđ habuisti talẽ
amicũ perit opera· tot annis tanta cõiunctione uite tã familiari stu
diorũ societate· Nichil actũ est· cũ amico effers amiciciam· et quid do
les amisisse· si habuisse non prodest? Michi crede magna pars ex his
quos amauimus licet ipsos casus abstulerit· apud nos manet· Nostrum
est qđ preterit tempus· nec quicq̃ est loco tutiore q̄ quod fuit· Ingrati
aduersus preterita spe futuri sumus· quasi non quod futurũ ẽ si modo
successerit nobis cito in preterita transiturũ sit· Anguste fructus rerum
determinat qui tantũ presentibus letus est· Et futura et preterita
delectant· hec expectatione· illa memoria· sed alterũ pendet· et non
fieri potest· alterũ non potest non fuisse· Quis ergo furor est certissimo
excidere? At quiescamus his que iã hausimus· si modo non perforato ani
mo hauriebamus et transmittente quicqd acceperat· Innumerabilia
sunt exẽpla eorũ qui liberos iuuenes sine lacrimis extulerint· qui in

senatum aut in aliquod publicū officiū a rogo redierint. et statī aliud
egerint. nec ĩmerito. Nam primū supuacuū dolere. si nichil dolendo pro
ficias. Deinde iniquū est queri de eo quod uni accidit et omnibus restat.
deinde desiderii stulta conquestio ē ubi minimū interest inter amissū
et desiderantē. Eo itaq; equiore animo esse debemus qđ quos amisimus
sequimur. Respice celeritatē rapidissimi temporis. cogita breuitatem
huius spacij per quod citatissime currimus. Obserua hunc comitatū ge
neris humani eodē tendentē. minimis interuallis distinctū etiam ubi
maxima uidentur. Quē putas perisse premissus est. Quid autē demē
tius q̄ cū idem tibi iter emetiendū sit. flere eū qui antecessit. Flet ali
quis factū quod nō ignorauit futurū. at si mortē in homine nō cogitauit
sibi imposuit. Flet aliquis factū quod aiebat non posse non fieri. Quisqs
aliquē queritur mortuū esse. queritur hominē fuisse. Omnes eadem
condicio deuinxit. Cui nasci contingit. mori restat. Interuallis distin
guimur. exitu equamur. Hoc quod inter primū diem et ultimū iacet
uariū incertūq; est. si molestias extimes. etiam puero longū. si uelocitatē
etiam seni angustū. nichil nō lubricū et fallax et omni tempestate mo
bilius. Iactantur cuncta et in contrariū transeunt. iubente fortuna.
et in tanta uolutatione rerū humanarū nichil cuiq; nisi mors certū
est. tamen de eo queruntur omnes in quo uno nemo decipitur. Sed
puer decessit. nondū dico melius agi cū eo qui uitā defungitur. Ad eū
transeamus qui consenuit. quantulo uincit infantē? Propone temporis
profundi uastitatē et uniuersū complectere. deinde hoc quod etatem
uocamus humanā compara ĩmenso. uidebis q̄ exiguū sit quod optam'.
quod extendimus. Ex hoc quantū lacrime q̄tū solicitudines occupant.
q̄tū mors ante q̄ ueniat optata. q̄tum ualitudo. q̄tū timor. q̄tū tenēt
aut rudes aut inutiles anni. Dimidiū ex hoc dormitatur. Adice labo
res. luctus. pericula. et intelliges etiam in longissima uita minimum
esse quod uiuitur. Sed quis tibi concedit. nō melius se habere eū cui cito
reuerti licet q̄ cui non ante lassitudinem peractū est iter? Vita nec
bonū nec malum est. boni ac mali locus est. Ita nichil ille perdidit nisi
aliena. In damnū certius potuit euadere. Modestus et prudens potuit
sub tua cura in meliora formari. Sed quod iustius timetur potuit fieri

pluribus similis· Aspice illos iuuenes quos ex nobilissimis domibus ī are
nam luxuria proiecit· aspice illos qui suā alienamq; libidinē exercent
mutuo impudici· quorū nullus sine ebrietate· nullus sine aliquo insigni
flagitio dies exit· Plus timeri q̄ sperari potuisse manifestū erit· Non
debes itaq; causas doloris accersere· nec leuia īcōmoda indignando cu
mulare· Non hortor ut nitaris et surgas· nō tam male de te iudico· ut
tibi aduersus hoc totam putē uirtutē aduocandam· Non est dolor iste
sed morsus· tu illū dolorem facis· Sine dubio multū p̄hia profecit si
puerū nutrici adhuc q̄ patri notiorē animo forti desideras· Quid
nūc ego duritiam suadeo? et in funere ip̄o rigere uultū nolo? et animū
nec contrahi quidē patior? minime· Inhumanitas est ista nō uirtus·
funera suorū ysdē oculis quibus ip̄os uidere· nec cōmoueri ad primā
familiarū diuulsionē· Puta aūt me uetare quędam quę non sūt sui
iuris· excidunt etiā retinentibus lacrimę et animū p̄fuse leuant· Quid
ergo est? Permittamus illos cadere· non imperemus· Fluant quātū
affectus eiecerit· non quantū poscit imitatio· Nichil uero merori adi
ciamus· nec illū ad alienū augeamus exemplū· Plus ostentatio dolo
ris exigit q̄ dolor quotū quisq; sibi tristis est· Clarius cū audiuntur ge
munt et taciti quietiq; dū secretū est· Cū aliquos uiderint in fletus
nouos excitantur· tū capiti suo manus ingerūt· Quod potuerāt face
re nullo prohibente liberius· tūc mortē comprecantur sibi· tūc lectulo
deuoluūtur· Sine spectatore cessat dolor· sequitur nos ut alys rebus
ita in hac quoq; hoc uitiū· ad plurū exempla componi· nec qd oporteat
sed quid soleat aspicere· A natura discedimus· populo nos damus· nulli
rei bone auctori et in hac re sicut in omnibus incōstantissimo· Videt
aliquē fortē in luctu suo· impiū uocat et efferatum· Videt aliquem
collabentē et corpori affusū· effeminatū ait et eneruē· Omīa itaq;
ad rationē reuocanda sunt· Stultius uero nichil q̄ famā captare tri
sticię· et lacrimas approbare quas iudico sapienti uiro alias p̄missas
cadere· alias ui sua latas· dicam quid intersit cū primū nos nunti
acerbi funeris perculit· cū tenemus corpus e complexu nostro ī ignē
transiturū· lacrimas naturalis necessitas exprimit· et spiritus ictu
doloris impulsus· queadmodū totū corpus quatit· ita oculos quibus

adiacentē humorē premit et expellit· he lacrime per elisionē cadent
nolentibus nobis· Alie sunt quibus exitū damus cū memoria eorū quos
amisimus retractatur· Et inest quiddam dulce tristicie cū occurrent
sermones eorū iocundi. conuersatio hilaris. officiosa pietas. tūc oculi ue
lut ī gaudio relaxantur· his indulgemus. illis uincimur· Non est itaq;
qđ lacrimas propter circūstantē assidentēq; aut contineas aut expri
mas· Nec cessant nec fluūt unq̄ tā turpiter q̄ finguntur· Eant sua
sponte· Ire autē possunt placidis atq; compositis· Sepe salua sapientis
autoritate fluxerunt tanto temperamento ut illis nec humanitas nec
dignitas deesset· licet inq̄ nature obsequi grauitate seruata· Vidi
ego in funere suorū uerendos in quorū ore amor eminebat. et remo
ta omni lugentiū scena nichil erat nisi quod ueris dabatur affectib᷒·
Est aliquis et dolendi decor· hic sapienti seruandus est· et quēadmo
dū in ceteris rebus ita etiam in lacrimis aliquid sat est· Imprudētiū
ut gaudia sic dolores exundauere· Equo animo excipe necessaria· Qđ
incredibile quid nouū euenit? Q̄ multi cū maxime funus locatur
uitalia emittunt? Q̄ multi post luctū tuū lugent? Quotiens cogitaue
ris puerū fuisse. cogita et hominē cui nichil certi promittatur· quem
fortuna non utiq; producit ad senectutē sed unde uisū est dimittit·
Ceterū frequenter de illo loquere et memoriā eius quantū potes cele
bra· que ad te sepius reuertetur si erit sine acerbitate uentura· Nemo
enī libenter tristi cōuersatur nedū tristicie· Si quos sermones eius si
quos q̄uis paruuli iocos cū uoluptate audieras. sepius repete· potuisse
illū implere spes tuas quas paterna mente conceperas audacter affirma·
Obliuisci quidē suorū ac memoriā cū corporibus efferre. et effusissime
flere. meminisse parcissime. inhumani animi ē· Sic aues. sic fere suos
diligūt quarū concitatus est amor et pene rapidus. sed cū amissis tot᷒
extinguitur· hec prudentē uirū non decet· Meminisse perseueret.
lugere desinat· Illud nullo modo probo quod ait Metrodorus esse ali
quā cognatā tristicie uoluptatem· hanc esse captandā in eiusmodi tē
pore· Ipsa Metrodori uerba subscripsi. de quibus non dubito quid sis
sensurus· Quid enī est turpius q̄ captare in ipso luctu uoluptatē? immo
p luctū et inter lacrimas quoq; quod iuuet querere· Hi sūt q nobis

Deficit grecū ibi

obiciunt nimiū rigorem et infamant precepta nostra duritia q' dicam' dolorē aut admittendū in animo nō esse aut cito expellendū. Vtrū tandem est aut incredibilius aut inhumanius non sentire amico amisso dolorē an uoluptatē in ipo dolore aucupari? Nos quod precipimus honestū ē cū aliqd lacrimarū affectus effuderit et ut ita dicam despumauerit. non esse traden dū animū dolori. Quid tu dicis miscendam ipi dolori uoluptatē? Sic conso lamur crustulo pueros. sic infantiū fletū infuso lacte compescamus. Ne illo quidē tempore quo filius ardet. aut amicus expirat. cessare pateris uoluptatē sed ipm uis titillare merorē. Vtrū honestius dolor animo summouetur an uoluptas ad dolorem quoq; admittitur? admittitur dico? captatur. Et qdē ex ipo est autē aliqua inquit uoluptas cognata tristicie. Istud nobis licet dicere uobis quidē non licet. Vnū bonū nostis. uoluptatē. unū malū dolorē. Que potest inter bonū et malū esse cognatio? Sed puta esse. nūc potissimum eruitur. et ipm dolorē scrutamur an aliquid habeat iocundū circa se et uoluptariū. Quedam remedia aliis partibus corporis salutaria uelut fe da et indecora adhiberi aliis nequeunt. et quod alicubi prodesset sine dā no uerecundie id fit inhonestū loco uulneris. Non te pudet luctū uolupta te sanare. Seuerius ista plaga curanda est. Illud potius admone nullum mali sensū ad eū qui perit peruenire. nā si peruenit nō perit. Nulla īq; res eū ledit qui nullus est. Viuit si leditur. utrū putas illi malū esse qd nullus est. an qd est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse quod nō est. Cuius enī nullius sensus est. nec ex eo quod est. Effugit enī ma ximū mortis īcōmodū non esse. Illud quoq; dicamus ei qui deflet ac deside rat in etate prima raptū. Omnes quantū ad breuitatē eui. si uniuerso cō pares et iuuenes et senes in equo sumus. Minus enī ad nos ex etate om̄i uenit q̃ qd minimū esse quis dixerit. Quoniā quidē minimū aliqua pars ē. hoc qd uiuimus proximū nichilo ē. et tamen ob dementiā nostrā late disponit'. Hec tibi scripsi nō tanq̃ expectaturus esses. remediū a me tam serū. liquet enī michi te locutū tecū quicquid lecturus es. Sed ut castigarē exiguā illā moram qua a te recessisti et ī reliquū adhortarer contra fortunā tollere animos et om̄ia eius tela nō tanq̃ possent uenire sed tanq̃ utiq; essent uentura prospiceres. Vale.

. C .

Q' phi oratio magis debet ēē simplex et plana q̃ composita uel soluta.

FAbiani Papirii libros q' inscribunt' artiū ciuiliū legisse te cupi

dissime scribis. et nō respondisse expectationi tue. Deinde oblitus de
p̄ho agi. compositionē eius accusas. Puta esse quod dicis. et effundi uerba
non figi. Primū habet ista res suā gratiam et est decor proprius oratio
nis leniter lapse. Multū enī interesse existimo utrū exciderit an fluxerit.
Nūc q̄d in hoc quoq; quod dicturus sū ingens differentia est. Fabianus mi
chi nō effundere uidetur orationē sed fundere. adeo larga est et sine p
turbatione. nō sine cursu tamen ueniens. illud plane fatetur et prefert
nō esse tractatā nec diu tortam. sed ita ut (uis) esse credamus. Mores ille non
uerba cōposuit. et animis scripsit ista nō auribus. Preterea ip̄o dicente nō
uacasset tibi partes intueri. adeo te sūma rapuisset. et fere que impetu
placent. minus prestant ad manū relata. Sed illud quoq; multū. primo
aspectu oculos occupasse etiam si contēplatio diligens inuentura est quod
arguat. Si me interrogas maior est ille qui iudiciū abstulit q̄ qui meruit.
et scio hunc tutiorē esse. scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio
solicita p̄hm non decet ubi tandē erit fortis et constans. ubi periculū sui
faciet qui timet uerbi(s)? Fabianus nō erat negligens in oratione sed secur(us).
Itaq; nichil inuenies sordidū. Electa uerba sunt nō captata nec huius
seculi more cōtra naturā suā posita et inuersa. splendida tamen q̄uis su
mantur e medio. Sensus honestos et magnificos habes nō coactos in sentē
tiam sed latius dictos. Videbimus quid parū recisum sit. quid parū struc
tū. quid nō hui(us) recentis politure. cū circūspexeris omnia. nullas uidebis
angustias. inanis desit sane uarietas mar   morū et concisura aquarum
a cuniculis cubicu lis   interfluentiū et pauperis cellā. et quicquid
aliud luxuria nō contenta decore simplici miscet. q̄d dici solet domus remo (at recta)
ta est. Adice nūc quod de compositione non constat. Quidā illam uolunt
esse ex horrido comptā. quidā usq; eo asperam gaudent. ut etiam q̄ mollius
casus explicauit ex industria dissipent. et clausulas abrumpant ne ad ad
spectatū respondeant. lege Ciceronē Compositio eius una est. seruat pedē
curuat lenta et sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa
et exiliens et ubi minime expectes relictura. Deniq; omnia apud Cicero
nem desinūt. apud pollionē cadunt exceptis paucissimis que ad certum
modū et ad unū exemplar adstricta sunt. humilia preterea tibi uide
ri dicis omnia et parū erecta. quo uitio carere eū iudico. Non sunt enim

Liuius

illa humilia sed placida et ad animi tenorem quietū compositūq; forma
ta . nec depressa sed plana . Deest illis oratorius uigor stimuliq; quos que
ris et subiti ictus sententiarū . sed totū corpus uideris quantū sit comptū
honestū est . non habet oratio eius sed debet dignitatem . Affer fabia
no quē preponere possis . Dic Ciceronē cuius libri ad phiam pertinentes
pene totidē sunt quot fabiani . cedam . sed non statī pusillū est . siquid
maximo minus est . Dic Asiniū Pollionē . cedam . et respondeamus in rem .
Tanta enim res est post duos esse . Nomina adhuc . T . liuium . scripsit enī
et dialogos quos non magis phie annumerare licet q̄ historie . et expro
fesso philosophiā continentes libros . hinc quoq; dabo ei locū . Vide ta
men q̄ multos antecedat qui a tribus uincitur et tribus eloquētissimis .
sed nō prestat omnia nō est fortis oratio eius . q̄uis elata sit . nō est uiolē
ta nec torrens . q̄uis effusa sit . non est perspicua sed pura . Desideras inquit
contra uitia aliquid aspere dici . contra pericula animose . contra fortu
nam superbe . contra ambitionē contumeliose . Volo luxuriā obiurga
ri . libidinē traduci . impotentiā frangi . Sit aliquid oratorie ac rheto
rice grande . comice exile . Vis illū assidere pusille rei uerbis . Ille rerū
se magnitudini adduxit . eloquentiā uelut umbrā hoc agens trahit .
Non erunt sine dubio singula circūspecta . nec in se collecta . nec omne
uerbū excitabit ac punget . fateor . exibunt multa . nec ferient . ac in
terdū ociosa preterlabetur oratio . sed multū erit in omībus lucis . sed
ingens sine tedio spatiū . Deniq; illud patrabit . ut liqueat tibi illū sen
sisse que scripsit . Intelliges hoc actum ut tu scires quid illi placeret . non
ut ille placeret tibi . Ad profectū omnia tendūt ac bonā mentē . Nō queri
tur plausus . talia esse scripta eius non dubito etiam si magis reminiscor
q̄ teneo . hereq; michi color eorū non ex recenti conuersatione familia
riter sed summatī ut solet ex uetere noticia . Cum audirē certe illum
talia uidebantur michi non solida sed plena . que adolescentē indolis
bone attollerent et ad imitationē sui euocarent sine desperatione uin
cendi . que michi adhortatio uidetur efficacissima . Deterret enim
qui imitandi cupiditatem nō facit spem abstulit . Ceterū uerbis abū
dabat sine cōmendatione partiū singularū . in uniuersum magnifi
cus . Vale .

·C I·

De ĩopinato fati termino ubi notat eos q lõgiorẽ uitã supplicio ul turpitudine paciscuntur ·

Omnis dies. omnis hora q̄. nichil sumus ostendit. et aliquo argu
mento recenti admonet fragilitatis oblitos. tũ eterna etiã me
ditatos respicere cogit ad mortẽ · Quid sibi istud principiũ uelit
queris · Senetionẽ Corneliũ equitẽ romanũ splendidũ et officiosũ no
ueras · ex tenui principio se ipe promouerat · etiam illi decliuis erat cur
sus ad cetera · facilius enim crescat dignitas q̄. incipit · Pecunia quoq; cir
ca paupertatẽ plurimũ amorẽ habet dũ ex illa [ereptat] hic etiam Senetio di
uitiis ĩminebat ad quas illum due res ducebant efficacissime. et querẽ
di et custodiendi scientia . quarũ uel altera locupletẽ facere potuisset ·
hic homo sũme frugalitatis nõ minus patrimonii q̄. corporis diligens.
cũ me ex consuetudine mane uidisset. cũ p totũ diẽ amico grauiter af
fecto et sine spe iacenti usq; ĩ noctẽ assedisset. cũ hilaris cenasset genere
ualitudinis precipitis arreptus angustia. uix cõpressũ artatis faucibus
spiritũ traxit in lucẽ · Intra paucissimas ergo horas postq̄. omĩb; erat sa
ni ac ualentis officiis functus decessit · Ille qui et mari et terris pecuniã
agitabat · qui ad publicanos quoq; nullũ relinquens inexpertũ genus
questus accesserat · ĩ ipõ actu bene cedentiũ rerũ . in ipõ procurrentis pe
cunie impetu raptus est · Insere nũc melibee piros. pone ordine uites ·
Q̄ stultũ est etatẽ disponere . nec crastinũ quidẽ dominam̃ · O quanta
dementia spes longas incoantiũ. emam . edificabo · credã · exigã · ho
nores geram . tũ deniq; lassam et plenã senectutẽ in ociũ referã · Omĩa
michi crede etiam felicibus dubia sunt · Nichil sibi quisq̄. de futuro de
bet promittere · Id quoq; quod tenetur per manus exit . et ipsam quam
premimus horam casus incidit · Voluitur tempus rata quidem lege sed
per obscurũ · Quid autẽ ad me. an nature certum sit quod michi incer
tũ est. Nauigationes longas et perratis littoribus alienis seros in patriã
reditus proponimus · militiam castrensiũ laborũ. tarda premia · pretia ·
procurationes · officiorũq; per officia processus. cum interim ad latus
mors est · Que quoniam nunq̄. cogitatur nisi subinde aliena nobis in
gerantur ĩmortalitatis exempla. non diutius q̄. dum miramur hesura ·
Quid autẽ stultius q̄. mirari id ullo die factũ quod omni die potest
fieri. Stat quidẽ terminus nobis ubi illũ inexorabilis fatorũ necessi
tas fixit · Sed nemo scit nostrũ q̄. prope uersetur terminus · Sic itaq;

formemus animũ tanq̃ ad extrema uentũ sit · nichil differamus. quotidie cũ
uita paria faciamus · Maximũ uite uitiũ est q̃ inperfecta semper est · q̃ aliqd
ex illa differtur · Qui quotidie uite sue sũmã manũ imposuit non indiget
tempore · Ex hac autẽ indigentia timor nascitur. et cupiditas futuri exce
dens animũ · Nichil ẽ miserius dubitatione uehementer metientiũ quorsũ
euadant · Quantũ sit illud quod restat aut quale. collecta mens in explica
bili formidine agitatur · Quomodo fugiemus hanc uolutationẽ? uno
modo si uita nostra nõ prominebit · si in se colligetur · Ille enĩ ex futuro
suspenditur. cui irritũ est presens · Ubi uero quicquid michi debui red
ditũ est. ubi stabilita mens scit nichil interesse inter diem et seculũ · qcqd
deinceps dierũ rerũq; uenturũ est ex alto prospicit et cũ multo risu seriẽ
temporũ cogitat · Quid enĩ uarietas mobilitasq; casuũ perturbabit si
certus sis aduersus incerta? Ideo propera lucili mi uiuere. et singulos dies
singulas uitas puta · Qui hoc modo se aptabit cui uita sua quotidie fuit
tota. securus est · In spe uiuentibus proximũ quodq; tempus elabitur.
subitq; auiditas. et miserrimũ ac miserrima omĩa efficiet metus mortis.
Inde illud Mecenatis turpissimũ uotũ. quo et debilitatẽ non recusat et
deformitatẽ et nouissime acutã crucẽ. dũmodo inter hec mala spiritus p
rogetur · Debilẽ facito manu debilẽ pede. debilẽ coxa · tuber astrue gil
beũ. lubricos quate dentes. uita dum superest bene est. ac michi uel acu
tam si subdas crucem sustineo · Q̃ miserrimũ erat si incidisset optatum?
et tanq̃ uita petitur supplicii mora. contẽptissimũ putarẽ si uiuere uellet
usq; ad crucẽ · Tu uero inquit me debilites licet. dũ spiritus ĩ corpore frac
to et inutili maneat · deprauẽs licet dũ monstruoso et deserto temporis
aliquid accedat · suffigas licet et acutã sessuro crucẽ subdas · si tanti est
uulnus suũ prodere. te patibulo pendere districtũ. dũ differat id quod
est ĩ malis optimũ. supplicii finẽ. et est tanti habere animã. ut agã. quid
huic optes nisi deos faciles? Quid sibi uult ista carminis effeminati tur
pitudo? quid timoris dementissimi pactio? quid tam feda uite cõmenda
tio? cui putas unq̃ recitasse virgiliũ Usq; adeo ne mori miserũ est? Optat
ultima malorũ et que pati grauissimũ est extendi ac sustineri cupit.
qua mercede? scilicet uite longioris · Q̃ autẽ uiuere est diu mori. Inue
nitur aliquis qui uelit inter iudicia tabescere et perire membratĩ. et

totiens p̄ stillicidia emittere animā q̄ semel exalare · Inuenitur q ue
lit illud adactus infelix lignū iam debilis iam prauus . et in fedū scapu
larū ac pectoris tuber elisus. cui multe cause moriendi etiā citra crucem
fuerant trahere animā tot tormenta tracturā · Nega nūc magnū bene
ficium esse nature qđ necesse est mori · Multi peiora parati sunt pacisci
adhuc etiam amiciciam prodere ut diutius uiuant et liberos ad stuprū
manu sua tradere . ut contingat lucē uidere · Tot cōsciencia scelerū excu
tienda uite cupido est · discendumq; nichil interesse quando patiaris qđ
quandoq; patiendū est · Q̄m bene uiuas refert non q̄ diu · Sepe autem in
hoc esse bene . ne diu uiuas · Vale .

CII ·

Cauillatoriā ponit de claritate post mortē disputitionē pri᷒. deinde phice de eadē differit claritate ·

QVomodo molestus est iocundū somniū uidenti qui excitat ? Au
fert enī uoluptatē etiā si falsam affectū tamen uere habentem .
sic epistola tua michi fecit iniuriā · Reuocauit enī me cogitati
oni apte traditū et iturū si licuisset ulterius · Iuuabat de eternitate ani
marū querere immo me hercules credere · Credebam enī me facilē opini
onibus magnorū uirorū rē gratissimā promittentiū magis q̄ probantiū ·
Dabam me spei tante · iam erā fastidio michi · iam reliquias infracte eta
tis contēnebam . ī immensū illud tēpus et ī possessionē omnis eui transi
turus · cū subito experrectus sum epistola tua accepta . et tā bellū somniū
perdidi . quod repetam si dimisero te et redimam · Negat me epistola pri
ma totam questionē explicuisse . in qua probare conabaris quod nostris
placet . claritatē que post mortē contingit bonū esse · Id enī me nō soluisse
quod opponitur nobis · nullū inquiunt bonū ex distantibus est · hoc autem
ex distantibus constat · Quod interrogas mi lucili eiusdē questionis est loci
alterius · et ideo non hoc tantū sed alia quoq; eodem pertinentia distule
ram · Quedam enim ut scis moralibus rationalia īmixta sunt · Itaq; illam
partē rectam et ad mores pertinentē tractaui · Nunqđ stultū sit ac sup
uacuū ultra extremū diem curas transmittere . an cadant bona nostra
nobiscum . nichilq; sit eius qui nullus est · an ex eo qđ cū erit sensuri non
sumus . an ante q̄ sit . aliquis fructus percipi aut peti possit · hec omnia ad
mores spectant . itaq; suo loco posita sunt · At que a dialeticis contra hanc
opinionē dicuntur segreganda fuerunt · et ideo seposita sūt · Nunc quia
omnia exigis . omnia que dicunt prosequar . et deinde singulis occurram .

diuerse partes iunctura in unū coacte sunt, quedā ex distantibus quorum.

et nisi aliquid predixero intelligi non poterūt que refelluntur. Quid
est quod predicere uelim? Quedam continua esse corpora ut hominem.
quedam composita. ut nauē. domū. omnia deniq; quorū adhuc membra
separata sunt. tanq̄ exercitus. populus. senatus. Illi enim per quos ista cor
pora efficiuntur iure aut officio coherent natura deducti et singuli sunt.
Quid est quod etiam nūc predicere uelim? Nullum bonū putamus esse
quod ex distantibus constat. Uno enī spiritu unū bonū contineri ac regi
debet. Unū esse unius boni principale. hoc siquando desideraueris ꝑ
se probabitur. Interī ponendū fuit qa ī nostra tela mittuntur. Dicis
inquit nullū ex distantibus esse. claritas autē ista bonorū uirorū secun
da opinio est. Nam quomodo fama non est unus sermo. nec infamia uni⁹
mala existimatio. sic nec claritas uni bono placuisse. consentire in hoc
plures insignes et spectabiles uiri debent ut claritas sit. hec autem ex
iudiciis plurimorū efficitur idest distantiū. ergo non est bonū. Clari
tas inquit laus a bonis est bono reddita. laudis autē oratio uox ē aliqd
significans. Uox autē licet bonorū uirorū sit. non est bonū. Neq; enim
quicquid uir bonus facit. bonū est. nam et plaudit et sibilat. sed nec
plausū quisq; nec sibilū licet om̄ia eius admiretur et laudet. bonū dicit.
nō magis q̄ sternutamentū aut tussim. ergo claritas bonū non est. Ad
sūmā dicite nobis utrū laudantis an laudati bonū sit. si laudantis bo
nū esse dicitis. tā ridiculā rem facitis q̄ si affirmetis meū esse qđ alius
bene ualeat. Sed laudare dignos honesta actio est. ita laudantis bonū
est cuius actio est. nō nostrū qui laudamur. Atqui hoc querebatur. Re
spondebo nūc singulis cursim. Primū an sit aliqđ ex distantibus bonū.
etiā nūc queritur. et pars utraq; sententiā habet. Deinde claritas desi
derat multa suffragia. Potest unius boni uiri iudicio esse contenta.
Nam om̄es bonos bonus unus iudicat. Quid ergo īquit et fama erit uni⁹
hominis existimatio et infamia unius malignus sermo? Gloriam quoq;
inquit latius fusā intelligo. Consensū enī multorū exigit. diuersa eorū
et illius condicio est. quare? quia si de me bene uir bonus sentiat. eodē
loco sū quo si omnes boni idem sentirent. Om̄es enī si me cognouerint
idem sentirent. Par illis idemq; iudiciū est. Eque uere prospicitur ab
his qui dissidere non possunt. ita pro eo ē ac si om̄es idē sentiāt qa aliud

sentire nō possunt · Ad gloriam et famā non est satis unius opinio · Illinc
potest idem. unius sententia quod omniū · quia omnium si interroget
una erit · hic diuersa sunt dissimiliū iudicia · difficiles affectus · Dubia
omnia inuenies. leuia suspecta · Putas tu posse sententiā omniū unā esse ·
Non est unius una sententia · Illi placet uerū · Veritatis una uis una facies
est · Apud hos falsa sunt quibus assentiuntur · Nunq̄ autē falsis constan
tia est · uariantur et dissident · Sed laus inquit nichil aliud q̄ uox est ·
Vox autē bonū non est. cū dicant claritatē esse laudē bonorū a bonis red
ditam. iam nō ad uocem referunt sed ad sententiā · licet enī uir bonus
taceat. si aliquē iudicet dignū esse laude · laudatus est · Preterea aliud
est laus aliud laudatio · hec et uocē exigit · Itaq; nemo dicat laudē fune
brem sed laudationē cuius officiū oratione constat · Cū dicimus aliquem
laude dignū · non uerba illa benigna hominū sed iudicia promittimus ·
Ergo laus est etiam taciti bene sentientis. ac bonū uirū apud se laudātis ·
Deinde ut dixi ad animū refertur laus non ad uerba que conceptā lau
dem egerunt et ī notitiā plurium emittunt · laudat qui laudandū esse
iudicat cū tragicus ille apud nos ait · Magnificū esse laudari a laudato
uiro laude digno · et cū eque antiquus poeta ait · Laus alterius nō lauda
tionē dicat que corrumpit artes · Nichil enim eque eloquentiā et omne
aliud studiū auribus deditū uitiauit q̄ popularis assūptio · Fama uocē
utiq; desiderat · claritas nō · potest enī citra uocē contingere contenta
iudicio · et plena est nō tantū inter tacentes sed etiam inter reclaman
tes · Quid intersit inter claritatē et gloriam dicam · Gloria multorū
iudiciis constat · claritas bonorū · Cuius inquit bonū est claritas idest la
us bono a bonis reddita · utrū laudati an laudantis · utriusq; · meū q̄
laudor · quia me natura amantē omniū fecit genuitq; · et bene fecisse
me gaudeo · et gratos me inuenisse uirtutū interpretes letor · hoc plu
rimū bonū est q̄ grati sūt · sed et meū · Ita enī animo compositus sum
ut aliorū bonū meū iudicē · utiq; eorū quibus istius sū boni causa · Est
istud laudantiū bonū · Virtute enī geritur · Omnis autem uirtutis ac
tio bonū est · hoc contingere illis nō potuisset · nisi ego talis essem · Itaq;
utriusq; bonū est merito laudari · tam me hercules q̄ bene iudicasse
iudicantis bonū est · et eius secundū quē iudicatū est · Numqd dubitas

an iustitia et habentis bonū sit et eius cui debitū soluit. Merentē laudare
iusticia est. ergo utrumq; bonū est. Cauillatoribus istis abunde respondebi
mus. sed non debet hoc nobis esse propositū arguta disserere. et phiam ī has
angustias a sua maiestate detrahere. Quanto satius est ire aperta uia et
recta q̄ sibi ipi flexus disponere. quos cū magna molestia debeas relegere.
Neq; quicq̄ aliud iste disputationes sunt. q̄ inter se semp captantiū lusus. Di
cendū potius q̄ naturale sit ī immēsum mentē suā extendere. Magna et
generosa res est humanus animus. Nullos sibi poni nisi cōmunes cū deo ter
minos patitur. Primū humilē non accipit patriam. Ephesum aut Alexandriā
aut si quod etiā nūc frequentius oculis letius tectis solum patria est illi q̄
cumq; suprema et uniuersa circuitu suo cingitur. Hoc omne conuexū intra
quod iacent maria cū terris. intra quod aer humanis diuina secernetis
iā coniungit. intra quod disposita tot numina in actus suos excubant.
deinde actam etatē sibi dari non sinit. Omēs inquit ante me sūt. Nullū
seculū magnis ingeniis clausū est. Nullū non cogitationi peruiū tempus
cū uenerit dies ille qui mixtū hoc diuini humaniq; secernat tempus.
hic ubi uenerit inq̄. ipi me dici reddam. nec nūc sine illis sū. sed graui
terrenoq; detineor p has mortalis eui moras. illi meliori uite longiorīq;
proluditur. Queadmodū nouē mensibus tenet nos maternus uterus. et
preparat nō sibi sed illi loco in quē uidemur emitti. iam idonei spiritū
trahere et in aperto durare. sic p hoc spatiū quod ab infantia patet ī se
nectutē in aliū nature fimus partū. Alia origo nos expectat. alius rerum
status. Nondum celū nisi ex interuallo pati possumus. Proinde intrepidus
horam illam decretoriam prospice. nō est animo suprema sed corpori.
Quicqd circa te iacet rerū tanq̄ hospitalis loci sarcinas spectat. transeun
dum est. Excutit redeuntē natura sicut intrantē. Non licet plus efferre
q̄ intuleris. Imo etiam ex eo quod ad uitā attulisti pars magna ponenda
est. Detrahentur tibi hec circūiecta. nouissimū uelamentū tue cutis de
trahetur caro et suffusus sanguis discurrensq; p totū. Detrahentur ossa
neruiq; firmamenta fluidorū et labentiū. Dies iste quē tam extremū
reformidas eterni natalis est. Depone onus. Quid cunctaris tanq̄ non
prius quoq; relicto in quo latebas corpore. exiteris heres et reluctatis.
Tum quoq; magno nisu matris expulsus es. gemis. ploras. et hoc ipsum

flere nascentis est. Sed tunc debebat ignosci rudis et imperitus omniũ ue
neras ex maternorũ uiscerũ calido molliq; fomento. emissũ afflauit au
ra liberior. deinde offendit dure manus tactus. tenerq; adhuc et nulli⁹
rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc tibi non est nouũ separari ab eo
cuius ante pars fueras. Equo animo membra iam supuacua dimitte. et
istud corpus diu inhabitatũ pone. Scindetur. obruetur. abolebitur. qd
contristaris? Ita solet fieri. pereũt sepe uelamenta nascentiũ. Quid ista
sic diligis quasi tua. Istis opertus es. Veniet qui te reuelet dies. et ex con
tubernio fedi atq; olidi uentris educat. hinc tu nũc quoq; quantũ potes
subuola nisi que necessarius coherebũt alienis. Iam hinc altius aliquid
sublimiusq; cogita. Aliquando tibi nature arcana retegentur. Discutiet
ista caligo. et lux undiq; clara percutiet. Imaginare tecũ quantus ille
sit fulgor tot sideribus inter se lumen miscentibus. Nulla serenũ umbra
turbabit. Equaliter splendebit omne celi latus. Dies et nox aeris infi
mi uices sunt. Tũc in tenebris uixisse te dices cũ totã lucẽ totus aspexe
ris. quã nũc p angustissimas uias oculorũ obscure intueris et tantum
admiraris illam iã procul. Quid tibi uidebitur diuina lux cũ illam
loco suo uideris? hec cogitatio nichil sordidũ animo subsidere sinit. ni
chil humile. nichil crudele. Deos omniũ rerũ esse testes ait. illis nos app
bari. illis in futurũ parari iubet et eternitatẽ proponere quã qui mẽte
concepit nullũ horret incendiũ uel exercitũ. non terretur tuba. nullis
ad timorẽ minis agitur. Quid ni timeat qui mori sperat? Sed ille quoq;
qui animũ tam diu iudicat manere q̃ diu retinere corporis uinculo
et solutũ statim spargit. id agit ut etiam post mortẽ utilis esse possit.
Quis eni ipse ereptus sit oculis tamen Multa uiri uirtus animo multusq;
recursat Gentis honos. Cogita quantũ nobis exempla prosint. Scies ma
gnorũ uirorũ non minus presentiã esse utilem q̃ memoriã. Vale.

.C III.

De pmtie isidiaꝝ q̃ sũt ex hoĩe de hoĩs officio et quomodo uitãdũ sit.

Quid ista circũspicis que tibi possũt fortasse euenire. sed possũt
et non euenire? incidentiũ dico ruinã? aliqua nobis incidunt
nõ insidiantur. Illa potius uide. illa deuita que nos obseruant.
que captant pares sibi casus etiam si graues. naufragiũ facere. uehiculo
euerti. ab homine homini quotidianũ periculũ. Aduersus hoc te expedi.
hoc intentis oculis intuere. Nullum est malũ frequentius. nullũ pertinaci⁹

·CIIII·

Quatr secessio ī otiū ul peregrinatio nō prosit sed noceat sine emēdatione animi. de magnanimitate et excellētia humani spirit᷒. q nō debet labor aut mors timeri exēplo Socratis ī catonis.

nullũ blandius· Tempestas minatur ante q̃. surgat. Crepant edificia
ante q̃ corruant· Prenuntiat fumus incendiũ· Subita est ex homine
pernities. et eo diligentius tegitur quo propius accedit· Erras si istorũ
tibi qui occurrũt uultibus credis. hominũ effigies habent. animos fe
rarũ. nisi q. illarũ perniciosior est primus incursus. quos transire non
queũt· Nunq̃ enim illas ad nocendũ nisi necessitas incitat· he aut fa
me aut timore coguntur ad pugnã· homini perdere hoīem libet.
tu tamen ita cogita ut ex homine periculũ sit. ut cogites quod sit ho
minis officiũ· Alterũ intuere ne ledaris. alterũ ne ledas· Cōmodis
omniũ leteris. movearis īcōmodis. et memineris que patrare debeas.
que cavere· Sic uiuendo quid consequeris. ut te nō noceant sed ne
fallant· Quantũ potes autē in phiam secede· Illa te sinu suo prote
get· In huius sacrario eris aut tutus aut tutior· Non arietant inter
se nisi in eodē ambulantes· Quid autē ipām phiam nō debebis iac
tare· Multis fuit periculi causa insolenter tractata et contumacits.
tibi uitia detrahat. non aliis exprobet. nō abhorreat a publicis mo
ribus. nec hoc agat ut quicquid nō facit damnare uideatur· licet
sapere sine pompa et sine inuidia· Vale·

IN Nomentanũ meũ fugi· quid putas urbē imo febrem: Eadē
subrepentē manũ iam michi iniecerat. protinus itaq; parari ue
hiculũ iussi Paulina mea retinente· Medicus initia dicebat esse
motus uenis sed incertis et naturalē turbantibus motũ· Exire perseuera
ui· Illud michi in uoce erat domini mei gallionis qui cũ in Achaia febrē
habere cepisset protinus nauē ascendit· clamitans nō corporis sed loci
esse morbũ· hoc ego Pauline mee dixi. que michi ualitudinē meã cōmē
dat· Nam cũ sciam spiritũ illius in meũ uerti. incipio ut illi consulam
michi consulere: Et cũ me fortiorē senectus ad multa reddiderit. hoc
beneficiũ etatis admitto· Venit enī michi ī mentē ī hoc senē et adole
scentē esse cui parcitur· Itaq; cũ ego ab illa impetro ut me fortius amet.
impetrat illa ut me diligentius amē· Indulgendũ est enī honestis af
fectibus et interdũ etiam si premũt cause. spiritus in honorē suorum
uel cũ tormento reuocandus et ī ipo ore retinendus ē· Cũ bono uiro
ro uiuēdũ sit nō q̃ diu uiuat sed q̃ diu oportet· Ille qui non uxorem

nō amicā tanti putat ut diutius in uita cōmoretur. qui perseuerabit
uelle mori delicatus est. hoc quoq; imperet sibi animus ubi utilitas
suorū exigat. nec tantū si uult mori sed si ceperit intermittat. et suis
se concedat. Ingentis animi est aliena causa ad uitā reuerti. qđ magni
uiri sepe fecerūt. Sed hoc quoq; sūme humanitatis esse existimo senec
tutē suā. cuius maximus fructus est securior sui tutela et uite usus ani
mosior. attentius si scias alicui tuorū esse dulce optabile utile. habet
preterea in se nō mediocre ista res gaudiū et mercedē. Quid enī io
cundius q̄ uxori tam carū esse ut propt' hoc tibi carior fias? Potest
itaq; Paulina mea nō tantū suū michi timorē imputare sed etiā meū.
Queris ergo quomodo michi consiliū profectionis cesserit? Ubi primum
grauitatē urbis excessi et illū odorē culinarū fumigantiū. que mote qc
quid pestiferi uaporis obruerant cū puluere effundunt. protinus mu
tatā ualitudinē sensi. Quantū deinde adiectū putas uiribus postq̄
uineas attigi? i pascuū emissus cibū meū inuasi. Repetiui ergo iā me.
nō permansit marcor ille corporis dubii et male cogitantis. Incipio
toto animo studere. Non multū ad hoc locus confert. nisi se sibi prestat
animus. qui secretū i occupationibus mediis si uolet habebit. At ille
qui regiones eligit et ociū captat. ubiq; quo distringatur inueniet.
Nā Socratē querenti cuidā q nichil sibi peregrinationes profuissent.
respondisse ferūt. Nō īmerito hoc tibi euenit. tecū enī peregrinaba
ris. O q̄ bene cū quibusdam ageretur si a se aberrarēt. Nūc primū
se ipsos sollicitant. corrūpūt. territant. Quid prodest mare traicere et
urbes mutare? Si uis ista quibus urgeris effugere. nō alibi sis oportet.
sed alius. Puta uenisse te Athenas. puta Rhodon. elige arbitrio tuo
ciuitatē. quid ad rē pertinet quos illa mores habeat? tuos afferes. Di
uitias iudicabis bonū. torquebit te paupertas. et quod est miserrimū
falsa. Quāuis enī multū possideas. tamen quia aliquis plus habet. tan
to tibi uideris deficere quanto uinceris. Honores iudicas bonū. male
te habebit consul ille factus. ille etiam refectus. Inuidebis quotiens
aliquem in fastis sepius legeris. Tantus erit ambitionis furor ut ne
mo tibi post te uideatur. si aliquis ante fuerit. Maximū malū iu
dicabis mortē. cū illa nichil sit mali. nisi quod ante ipsā ē timeri.

Exercebunt te nō tantū pericula sed suspiciones. Vanis semp agitaberis.
Quid enī prodest euasisse tot urbes Argolicas mediosq; fugam tenuisse p
hostes ? Ipsa pax timores suos ministrabit. Ne tutis quidē habebitur fides.
consternata semel mente. Que ubi consuetudinē pauoris ī prouidi fe
cit. etiā ad tutelā salutis sue inhabilis est. Non enī uitat. sed fugit. Ma
gis in periculis iacemus aduersi. Grauissimū iudicabis malū aliquem ex
his quos amabis amittere. cū interī hoc tā ineptū erit q̄ flere q arborib;
amenis et domū tuā ornantibus decidant folia. Quid te delectat eque
uide. ut uideres dū uirent utrū aliū alio die casus excutiet. Sed quem
admodū frondiū iactura facilis est. quia renascuntur. sic istorū quos amas
quosq; oblectamenta uite putas. ē facile damnū. quia reparantur etiā
si nō renascantur. Sed non erūt idem. nec tu quidē idem eris. Omnis
dies. omīs hora te mutat. Sed in aliis rapina facilius apparet. hic latet
quia nō ex aperto fiet. alii auferuntur. at ipi nobis furto subducimur.
horū nichil cogitabis. nec remedia uulneribus opones. sed ipe tibi seres
sollicitudinū causas. alia sperando. alia desperando. Si sapis alterū alteri
misces. nec speraueris sine desperatione. nec desperaueris sine spe. Quid
p se peregrinatio cuiq; prodesse potuit ? nō uoluptates illa temperauit.
nō cupiditates refrenauit. nō iras repressit. nō indomitos amoris impetus
fregit. nulla deniq; omnino mala eduxit. nō iudiciū dedit. nō discussit
errorē. sed ut puerū ignorantē ad breue tempus rerū aliqua nouitate
detinuit. Ceterū incōstantiā mentis que maxime egra est lacessit. mo
biliorē leuioreq; reddit ipa iactatio. Itaq; que petierant cupidissime
loca. cupidius deserūt. et auium modo transuolant. citius q̄ uenerant
abeunt. Peregrinatio notitiā dabit gentiū. nouas tibi montiū formas
ostendet. inusitata spatia camporū. et irriguas perennibus aquis ualles.
alicuius fluminis sub obseruatione naturā. siue ut nilus estiuo incre
mento tumet. siue ut tigris eripitur ex oculis. et acto p occultū cursu
integre magnitudini redditur. siue ut meander poetarū omniū exer
citatio et ludus implicatur crebris anfractibus. et sepe in uicinū alueo
suo admotus ante q̄ sibi influat flectitur. Ceterū neq; meliorē faciet
neq; saniorē. Inter studia uersandū est et inter autores sapientie ut
quesita discamus. nondum inuenta queramus. Sic eximendus animus

ex miserrima

ex miserrima seruitute in libertate̅ asseritur· Qua̅diu quide̅ nescieris
quid fugiendu̅. quid petendu̅. quid necessariu̅. quid supuacuu̅. qd iu
stu̅. quid honestu̅ sit. no̅ erit hoc peregrinari sed errare· Nullam tibi ope̅
fert iste discursus· Peregrinaris eni̅ cu̅ affectibus tuis. et mala te tua sequu
tur· Vtina̅ quide̅ sequerentur. et longius abessent· Nunc fers illa no̅ du
cis· Itaq; ubiq; te premu̅t. et paribus i̅co̅modis uru̅t· Medicina egro q̅
renda est. non regio· Fregit aliquis crus aut extorsit articulu̅· no̅ uehi
culu̅ naue̅q; conscendit. sed aduocat medicu̅ ut fracta pars iungatur.
ut laxata i̅ locu̅ reponatur· Quid ergo animu̅ tot locis fractu̅ et extor
tu̅ credis locoru̅ mutatione posse sanari? Maius est istud malu̅ q̅ ut
gestatione curetur· Peregrinatio no̅ facit medicu̅ no̅ oratore̅· Nulla
ars loco discitur· Quid ergo? Sapientia res omniu̅ maxima in itinere
colligitur· Nullu̅ est crede michi iter quod se extra cupiditates extra
iras extra metus sistat· aut siquod esset agmine facto gens illuc humana
pergeret· Ta̅diu urgebu̅t ista mala macerabu̅tq; per terras ac maria ua
gu̅. q̅diu maloru̅ gestaueris causas· fugam tibi no̅ prodesse miraris? te
cu̅ sunt que fugis· Te igitur emenda· onera tibi detrahe· et emenda
desideria intra modu̅ contine salte̅· omnem ex animo erade nequitiam·
Si uis peregrinationes habere iocundas comite̅ tuu̅ sana· Herebit tibi a
uaritia q̅ diu auaro sordidoq; te coniunxeris· Herebit tumor q̅diu cu̅
superbis conuersaberis· Nunq̅ seuitia̅ in tortoris contubernio pones· In
cendunt libidines tuas adulteroru̅ sodalitia· Si uelis uitiis exui. longe
a uitioru̅ exemplis recedendu̅ est· Auarus corruptor. seuus. fraudole̅
tus. multu̅ nocituri si prope te fuissent. inter te sunt· Ad meliores tra̅
si· Cu̅ Catonibus uiue. cu̅ Lelio cu̅ Tuberone· Q si conuiuere etia̅ gre
cis iuuat. cu̅ Socrate cu̅ Zenone uersare· Alter te docebit mori si ne
cesse erit. alter ante q̅ necesse erit· Viue cu̅ Chrysippo cum Possidonio·
hi tibi tradent humanoru̅ diuinoru̅q; noticiam· hi iubebu̅t i̅ opere
esse· nec tantu̅ scire eloqui et in oblectatione̅ audientiu̅ uerba iactare.
sed animu̅ indurare et aduersus minas erigere· Vnus est eni̅ uite fluc
tuantis et turbide portus· uentura contemnere. stare fidenter ad por
tu̅· tela fortune aduerso pectore excipere. no̅ latitante̅ nec tergiuersa̅
tem· Magnanimes nos natura produxit· et ut quibusda̅ animalibus

ferũ dedit. quibusdam subdolũ. quibusdã pauidũ. ita nobis gloriosũ
et excelsũ spiritũ querentẽ ubi honestissime non ubi tutissime uiuat.
simillimũ mundo quẽ q̃tũ mortaliũ passibus licet sequitur emulatq;
Profert se laudari et aspia credit. Dominus omnium est. supra omnia ẽ.
itaq; se nulli rei submittit. nichil illi uidetur graue. nichil asperũ qđ
uirũ incuruet. Terribiles uisu forme letumq; laborq;. minime qdẽ.
Siquis intueri rectis oculis illa possit. et tenebras perrumpe. multũ per
noctẽ habitat erroris. Dies uertit ad uisũ Terribiles uisu forme letũq;
laborq;. Egregie virgilius noster in te dixit terribiles non esse sed ui
su idest uidentur esse. Quid inq̃ in istis est tam formidabile q̃ qđ
fama uulgauit? Quid est obsecro mi lucili cur timeat laborẽ uir? mor
tem homo? Totiens michi occurrũt isti qui nõ putant fieri posse qcqđ
facere nõ possunt. et aiunt nos loqui maiora q̃ qđ humana natura
sustineat. At quãto ego melius de illis existimo. ipi quoq; possũt face
re sed nolũt. Deniq; quẽ unq̃ ista destituere tentantẽ. cui nõ faciliо
ra apparuere in actu? Non quia difficilia sunt. nõn audemus. sed
quia nõ audemus difficilia sũt. Si tamen exemplũ desideratis accipite.
Socratẽ perpessiciũ senẽ. p omnia aspera iactatũ inuictũ tamen et
paupertate quã grauiorẽ illi domestica onera faciebãt. et laboribus
quos militares quoq; pertulit. quibus ille domi exercitus. siue ĩ uxorẽ
eius moribus ferã. lingua petulantẽ. siue ĩ liberos indociles et matri
q̃ patri similiores. sic fere aut ĩ bello fuit. aut in tyrannide. aut in
libertate bellis ac tyrannis seuiore. uiginti et septẽ annis pugnatũ est.
post finita arma triginta tyrãnis noxe dedita est ciuitas. ex quibus
pleriq; inimici erant. nouissima damnatio est sub grauissimis homini
bus impleta. Obiecta est et religioni uiolatio et iuuentutis corruptela.
quã ĩmittere in deos. in patres in rem publicã dictus est. Post hec car
cer et uenenũ. hec usq; eo animũ Socratis nõ mouerãt ut ne uultum
quidẽ mouerint. Illã mirabilẽ laudẽ et singularẽ usq; ad extremũ
seruauit. Nec hilariorẽ quisq̃ nec tristiorẽ Socratẽ uidit. Equalis
fuit in tanta inequalitate fortune. Vis alterũ exemplũ? Accipe hũc
M. Catonẽ recentiorẽ. cũ quo et infestius fortuna egit et pertinacius.
cui cũ omnibus locis obstitisset. nouissime et in morte ostendit tamen

uirũ fortem posse inuita fortuna uiuere. inuita mori· Tota illi etas
aut in armis est exacta ciuilibus. aut in etate iam incipiente ciuile bel
lũ· et hinc licet dicas nõ minus q̃ Socratẽ in seruitute uixisse. nisi for
te et Pompeiũ et Cesarẽ et Crassũ putas libertatis socios fuisse· Nemo
mutatũ Catonẽ totiens mutata re publica uidit· Eundem se in omĩ
statu prestitit. ĩ pretura. ĩ repulsa. ĩ accusatione. ĩ prouincia. ĩ contio
ne. ĩ exercitu. ĩ morte. deniq; in illa rei publice trepidatione. cum
illic cesar esset decẽ legionibus pugnatissimis subnixus. totis exterarũ
gentiũ presidiis. hinc ·Gn· Pompeius satis aduersus omnia tutus. cum
alii ad Cesarẽ inclinarent alii ad Pompeiũ solus Cato fecit aliquas sui
et rei. p̃. partes· Si animo cõplecti uolueris illius imaginẽ temporis ui
debis illinc plebẽ et omẽ erectũ ad omẽs res nouas uulgus· hic optima
tes et equestrẽ ordinẽ quicqd erat in ciuitate sancti et electi duos ĩ
medio relictos rẽ publicã et Catonẽ. miraberis inq̃ cũ animaduerte
ris Atridẽ Priamũq; et seuũ ambobus achillẽ· Vtrunq; enĩ improbat
utrunq; exarmat· hanc fert de utroq; sententiã. ait se si cesar uicerit
moriturũ. si Pompeius exulaturũ· Quid habebat quod timeret? quid
sibi et uicto et uictori constituerat? que constituta esse ab hostibus ira
tissimis poterant· Perit itaq; ex decreto suo· Vides posse contemni
homines. laborem pati. per medias Africe solitudines pedes duxit
exercitũ· Vides posse tolerari sitim. ĩ collibus arentibus sine ullis im
pedimentis uicti exercitus reliquias trahens inopiam humoris lori
catus tulit. et quotiens aque fuerat occasio nouissimus bibit· Vides
honorẽ et notam posse contemni· Eodem quo repulsus est die in co
mitio pila lusit· Vides posse contemni potentiã superiorẽ et Pompeiũ
et Cesarẽ quorũ nemo alterũ offendere audebat nisi ut alterũ de
mereretur simul prouocauit· Vides tam mortẽ posse contemni q̃
exiliũ. et exiliũ sibi indixit et mortẽ et interĩ et bellũ· Possumus
itaq; aduersus ista tantũ habere animi· libeat modo subducere collũ
iugo· In primis autem destituende uoluptates que eneruant et
effeminãt et multũ petũt· Multũ autẽ a fortuna petendum est·
Deinde sperate opes. autoramenta sunt seruitutũ· Aurũ et argentũ
et quicqd aliud felices domos honorat relinquatur· Non potest

gratis constare libertas hanc si magno extimas omnia paruo extiman
da sunt · Vale ·

· CV ·

Quatuor esse q̄ hominē in p̄nitiē hoīs īstigāt. et quō sīgulorū uitet' ī cōmodū. et q̄ magna p̄s securitatis ē nichil inique facere.

QVe obseruanda tibi sint ut tutior uiuas. dicā · Tu tamen sic audi
as censeo ista precepta quomodo si tibi preciperē. qua ratione
bonā ualitudinē tuearis sine metu erroris · Considera q̄ sint
que hoiem in perniciē hominis instigent · Inuenies · spem · inuidiā · odiū.
metū. contemptū · Ex omnibus istis adeo leuissimū est contēptus ut multi
in illo remedii causa delituerit · quē quis contēnit calcat sine dubio
sed transit · Nemo homini contēpto pertinaciter. nemo diligenter nocet.
et in acie iacens preteritur. cū stante pugnatur · Spem improborū ui
tabis. si nichil habueris quod cupiditatē alienā et improbam irritet.
si nichil insigne possederis · Concupiscuntur enī insignia ētiā si parum
nota sunt · Sic inuidiā effugies si te non ingesseris oculis. si bona tua
nō iactaueris. si scieris in sinu gaudere · Odiū autē ex offensa hoc modo
uitabis. neminē lacessendo gratuito · a quo te sensus cōmunis tuebitur.
fuit hoc multis periculosum · Quidam odiū habuerunt nec inimicum.
Illud ne timearis. prestabit tibi et fortune mediocritas et ingenii le
uitas · Eum esse te hominē sciant quē offendere sine periculo possint ·
Reconciliatio tua et facilis sit et certa · Timeri autē tam domi mole
stū est q̄ foris. tā a seruis q̄ a liberis · Nulli non ad nocendū satis uiriū
est · Adice nūc q. qui timetur. timet · Nemo potuit terribilis esse secu
re · contēptus supē cuius modū in sua potestate habet. qui illū sibi ad
iunxit. qui contemnitur quia noluit non quia debuit · huius ī cōmo
dū et artes bone discutiūt et amicicie eorū qui apud aliquē potentē
potentes sunt. quibus applicari expediet nō implicari; ne pluris reme
diū q̄. periculū constet · Nichil tamen eque proderit q̄ quiescere et
minimū cū aliis loqui. plurimū secū · Est quedā dulcedo sermonis que
irrepit et blanditur et nō aliter q̄ ebrietas aut amor secreta producit ·
Nemo quod audierit. tacebit. nec q̄ tū audierit loquetur · Qui rem nō
tacuerit non tacebit autorē · habet unusquisq; aliquē cui tantū cre
dat q̄tū ipsi creditū est. ut garrulitatē suā custodiat. et contentus sit
unius auribus. populū faciet · sic q̄d modo secretū erat rumor ē · Se
curitatis magna portio est nichil inique facere · Confusam uitam et

ꝑturbatā impotentes agunt. Tantū metuūt quantū nocēt. nec ullo
tempore uacant. trepidant enī cū fecerīt. errant. conscientia aliud
agere non patitur. ac subinde respondere ad se cogit. Dat penas qs
qs expectat. quisquis autē meruit. expectat. Tutū aliqua res ī mala
conscientia prestat. nulla securū. putat enī se etiam si nō deprendit
posse deprendi. et inter somnos mouetur. et quotiens alicuius scelus
loquitur. de suo cogitat. Non satis obliteratū uidetur illi non satis
tectū. Nocens habuit aliquando latendi fortunā. nunq̄ fiduciā. Vale.

.CVI.
Q affect' animi sit corpora captio se disputat. quā disputationē e uestigio damnat.

Tardius rescribo ad epistolas tuas. nō quia districtus occupatio
nibus sim. hanc excusationē caue audias. uaco. et omnes ua
cant qui uolūt. Neminē res sequūtur. ipi illas amplexantur.
et argumentū esse felicitatis occupationes putant. Quid ergo fuit quare
nō protinus rescriberē ei de quo querebas. ueniebat in contextu operis
mei. Scis enim me moralē phiam uelle complecti et omēs ad eam perti
nentes questiones explicare. Itaq; dubitaui utrū differrē te donec
suus isti rei ueniret locus. ius tibi extra ordinē dicere humanius uisum
ē. et tam longe uenientē non detinere. Itaq; et hoc ex illa serie rerum
coherentiū excerperā et si qua erūt eiusmodi nō querentibus tibi ultro
mittā. Que sint hec interrogas? quę scire magis iuuat q̄ prodest. si
cut hoc de quo queris bonū an corpus sit. bonū prodest. Facit enī quod
facit corpus est. bonū agitat animū et quodāmodo format et cōtinet.
Que ergo propria sunt corporis? que corporis bona sunt. corpora sunt.
ergo et que in animis sūt. Nam et corpus hoc est bonū hominis necesse
est corpus. cum ipe sit corporalis. Mentior nisi et que alunt illud et
que ualitudinē eius uel custodiūt uel restituūt corpora sunt. ergo et
bonū eius corpus est. Non puto te dubitaturū an affectus corpora sint.
ut aliud quoq; de quo nō queris infulciā. tanq̄ ira. amor. tristicia.
Si dubitas uide an uultū nobis mutent. an frontē astringāt. an facē
diffundant. an ruborē euocent. an fugientē sanguinē. Quid ergo tā
manifestas notas corporis credis imprimi nisi a corpore? Si affectus cor
pora sunt et morbi animorū et auaritia. crudelitas. indurata uitia.
et in statū īemendabilē adducta. ergo et malitia et spes eius omnis.
malignitas inuidia et superbia. ergo et bona. Primū quia contraria

istis sunt. deinde quia eadē tibi iudicia prestabunt. An non uides q̄ tū
oculis det uigorē fortitudo? quantā intentionē prudentia? quantam
modestiā et quietē reuerentia? quantā serenitatē leticia? quantū ri
gorē seueritas? quantā remissionē ueritas? corpora ergo sunt que co
lorem habitūq; corporū mutant. que in illis regnū suū exercent. Oēs
autē quas retuli uirtutes bone sunt. et quicquid ex illis est. Nunquid
est dubiū. an id quo quid tangi potest corpus sit? Tangere enī et tangi nō
corpus nulla potest res. ut ait lucretius. Omnia autē ista que dixi nō
mutarēt corpus nisi tangerent. ergo corpora sunt. Etiam nūc cui tā
ta uis est. ut impellat et cogat et retineat et iubeat. corpus est. Quid
ergo non timor retinet? non audacia impellit? nō fortitudo īmittit et
impetū dat? nō moderatio refrenat ac reuocat? Non gaudiū extollit?
nō tristicia adducit? Deniq; quicquid facimus aut malitie aut uirtu
tis gerimus imperio. Qui imperat corpori corpus sit. quod uim corpo
ri affert. corpus est. bonū corporis corporale bonū hominis et corporis
bonū est. Itaq; corporale est. Quoniā ut uoluisti morē gessi tibi. nūc
ipse dicam michi quod dicturū te esse uideo. laterunculis ludimus.
In superuacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista sed doctos.
Apertior res est sapere. imo simplicior. Paucis opus est ad bonā mētē
uti litteris. sed nos cetera ut in supuacuū diffundimus. ita phiam
ipām queadmodū omniū rerū sic litterarū quoq; intemperantia
laboramus. Nō uite sed schole discimus. Vale.

·CVII·

Que patienda sint ambulāti p
hīc uite uiā et q pmeditatio
leuissima facit etiā grauiora
et qualr uarietas mortalitatis
et fatū equanimit̄s ferēda st.

Bi illa prudentia tua? ubi in despiciendis rebus subtilitas?
ubi magnitudo? Iam pusilla res te angit. Serui occupationes
tuas occasionē fuge putauerūt. si amici decipiunt. habeāt
enī sane nomen quod illis epicurus noster imposuit et uocentur quo
turpius non sint. omnibus rebus tuis desine illi qui et operam tuā con
terebant. et te aliis molestū esse credebant. Nichil horū insolitū ni
chil inexpectatū ē. Offendi rebus istis tam ridiculū est q̄. queri q
spargaris ī pluuiis. aut inquineris in luto. Eadē uite condicio ē que
balnei. turbe. itineris. quedā intermittentur. quedā incident. Nō
est delicata res uiuere. longā uiam ingressus es. et labaris oportet
et arietes et cadas et lasseris. et exclames. o. mors. idem mentiaris.

alio loco comitē relinques. alio efferes. alio timebis. p eiusmodi offē
sas emetiendū est confragrosum hoc iter. Mori uult. preparet ani
mus contra omnia. Sciat se uenisse ubi tonat fulmen. sciat se uenisse
ubi luctus et ultrices posuere cubilia cure. Pallentesq; habitat mor
bi tristisq; senectus. In hoc contubernio uita degenda est. Effugere
ista non potes. contemnere potes. Contemnes autē si sepe cogitaueris
et futura presūpseris. Nemo nō fortius ad id cui se diu composuerat
accessit. et duris quoq; si premeditata erant obstitit. At contra impa
ratus etiam leuissima expauit. Id agendū est. neqd nobis inopinatū
sit. Et quia omnia nouitate grauiora sunt. hec cogitatio assidua pre
stabit ut nulli sis malo tyro. Serui me reliquerūt. aliū cōpilauerūt.
aliū accusauerūt. aliū occiderūt. aliū perdiderūt. aliū calcauerunt.
aliū ueneno aliū criminatione petierūt. Quicqd dixeris multis ac
cidit. Deinceps que multa et uaria sūt in nos diriguntur. quedam
ī nos fixa sunt. quedā uibrant et cū maxime ueniunt. quedā ī alios
peruentura nos stringūt. Nichil miremur eorū ad que nati sumus. q̄
ideo nulli querenda quia paria sunt omnibus. Ita dico paria sūt. nā
etiā quod effugit aliquis pati potuit. Equū autē ius est. non quo omēs
usi sunt. sed quod omībus latū est. Imperetur equitas animo. et sine
querela mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit. algē
dū est. estas calores refert. estuandū est. intemperies celi ualitudi
nem tēptat. egrotandū est. et fera nobis aliquo loco occurret et homo
perniciosior feris omībus. Aliud aqua aliud ignis eripiet. Hanc rerū
condicionē mutare non possumus. Id possumus. magnū sumere ani
mū et uiro bono dignū. quo fortiter fortuita patiamur et nature cō
sentiamus. Natura autē hoc quod uides regnū mutationibus tēperat.
Nubilo serena succedūt. Turbantur maria cū quieuerūt. Flant inui
cem uenti. noctē dies sequitur. Pars celi consurgit. pars mergitur.
contrariis rerū eternitas constat. Ad hanc legē animus noster aptā
dus est. hanc sequatur. huic pareat. et quecumq; fiunt debuisse fie
ri putet. nec uelit obiurgare naturā. Optimū est pati quod emen
dare non possis. et deo quo auctore cuncta proueniūt sine murmura
tione comitari. Malus miles est. qui imperatorē gemens sequitur.

Quare impigri atq; alacres excipiamus imperia . nec deseramus hūc o
peris pulcherrimi cursū. cui quicqd patimur intextū ē. et sic alloquamur
iouē cuius gubernaculo moles ista dirigitur. quēadmodū Cleantes no
ster uersibus disertissimis alloquitur. quos michi in nostrū sermonē mu
tare permittitur. Ciceronis disertissimi uiri exemplo. Si placuerit bo
ni consules. si displicuerit scies me in hoc secutū Ciceronis exēplū. Duc
me summe parens celsiq; dominator poli. Quocūq; placuit. nulla paren
di mora est. Assū impiger. fac nolle comitabor gemens. Malusq; patiar
facere quod licuit bono. Ducūt uolentē fata nolentē trahūt. Sic uiua
mus. sic loquamur. Paratos nos inueniat atq; impigros fatū. Hic ē ma
gnus animus qui se eo tradidit. At contra ille pusillus et degener est
q obluctatur et de ordine mundi male extimat. et emendare mauult
deos q̄ se. Vale.

· CVIII ·

De moderanda cupidine discēdi. et q̄ti profect' sit sapientē sepi' adire et q maiori īpetu ad phiam iuuenes q̄ senes accedim'. ubi notat eos q phie doceāt disputare nō uiuere.

[I]D de quo queris ex his est que scire tantū eo ut scias pertinet.
Sed nichilominus quia ptinet. properas. nec uis expectare libros
quos cū maximo ordine continētes totā moralē phie partem
stati expediam. Illud tamen prius scribā quēadmodū tibi ista cupidi
tas discendi qua flagrare te uideo dirigenda sit. ne ipā se impediat.
nec passim capienda sit. nec auide inuadenda uniuersa. P ptes per
uenitur ad totū. Aptari onus uiribus debet. nec plus occupari q̄ cui suffi
cere possumus. Non q̄tū uis. sed quātū capis hauriendū. Bonū tantū
habe animū. Tantū capies quantū uoles. Quo plus recipit animus hoc
se magis laxat. Hoc nobis precipere Attalū memini cū scholam eius ob
sideremus. et primi ueniremus et nouissimi exiremus. ambulantem
quoq; illū ad aliquas disputationes euocaremus nō tantū paratū discē
tibus sed obuium. Idem inquit et docenti et discenti debet esse propo
sitū. ut ille prodesse uelit. hic proficere. Qui ad phiam uenit cotidie
secū aliquid boni ferat. aut sanior domū redeat. aut sanabilior redibit.
Ea autē phie uis est ut nō tantū studentes sed etiā conuersantes iuuet.
Qui in solē uenit. licet nō in hoc uenerit colorabitur. Qui in unguenta
ria taberna resederūt. et paulo diutius cōmorati sūt. odorem loci secū
ferūt. Et qui ad philosophū fuerūt. traxerint aliquid necesse est. qd
prodesset etiam neglegentibus nō repugnantibus. Quid ergo? nos

nouimus quosdā qui multis apud phm annis persederūt. et ne colorem
quidē duxerūt. Quidni nouerī ptinacissimos quidē et assiduos quos ego
nō discipulos phoꝝ sed inquilinos uoco. Quidā ueniunt ut audiant nō
ut discant. sicut ī theatrū uoluptatis causa ad delectandas aures orati
one uel uoce uel fabulis ducimur. Magnā hanc auditorū partē uidebis
cui phi schola diuersorū ocii sit. Non id agūt ut aliqua illi uicia depo
nant. ut aliquā legē uite accipiant. quo mores suos erigant. sed ut oblec
tamento auriū pfruantur. Aliqui tamen et cū pugillaribus ueniūt nō
ut res excipiant. sed ut uerba. que tā sine profectu alieno discant. q̄ sine
suo audiunt. Quidā ad magnificas uoces excitantur et transeūt ī affec
tū dicentiū. alacres uultu et animo. nec aliter excitantur. q̄ solēt phry
giī tibicinis sono semiuiri et ex imperio furentes. Rapit illos instigatq;
rerū pulchritudo. nō uerborū inaniū sonitus. Siquid acriter contra
mortē dictū est. siquid contra fortunā contumaciter. iuuat. Protinus
que audiant facere. afficiuntur illis. et sunt quales iubentur si illa ani
mo forma pmaneat. si nō impetū insignē. protinus populus honesti dis
suasor excipiat. Pauci illā quā conceperāt mentē domū pferre potuerūt.
Facile est auditorē concitare ad cupiditatē recti. Omnibus eni natura
fundamenta dedit semenq; uirtutū. Omes ad omnia ista nati sumus.
Cū irritator accessit. tūc illa anima bona. ueluti ad solita excitatur.
Non uides queādmodū theatra consonent. quotiens aliqua dicta sūt. q̄
publice agnoscamus et consensu uera esse testamur. Desunt inopie mul
ta. auaritie omnia. In nullū auarus bonus est. in se pessimus. Ad hos
uersus ille sordidissimus plaudit. et uitiis suis fieri conuiciū gaudet.
quāto magis hoc iudicas euenire cū a pho ista dicuntur. cū salutarib;
preceptis uersus inseruntur. efficacius eadem illa demissuri in animū
imperitorū. Nam ut dicebat Cleantes queādmodū spiritus noster cla
riorē sonū reddit. cū illū tuba plongi canalis angustias tractū patē
tiore nouissime exitu effundit. sic sensus nostros clariores carminis
arta necessitas efficit. Eadem negligentius audiuntur minusq; per
cutiūt q̄ diu oratione soluta dicuntur. Vbi accessere numeri et egre
giū sensū astrinxere certi pedes. eadē illa sententia uelut lacerta ex
cussa retorquetur. De contemptu pecunie multa dicuntur. et lōgissi

mis orationibus hoc precipitur ut homines in animo nō ī patrimonio
putent esse diuitias. eū esse locupletē qui paupertati sue aptus sit. et
paruo se diuitē facit. Magis tamen feriuntur animi cū carmina eiusmo
di dicta sūt. Is minimo eget mortalis qui minimū cupit. Quod uult
habet. qui uelle quod satis est potest. Cū hec atq; huiusmodi audimus ad
confessionē ueritatis adducimur. Illi enī quibus nichil satis est admi
rantur et clamant. odiū pecunie indicāt. hūc illorū affectū cū uideris
urge hoc. preme hoc. hoc honora. relictis ambiguitatibus et syllogismis
et cauillationibus et ceteris acuminis irriti ludicris. Dic ī auaritiam.
dic ī luxuriā. cū profecisse te uideris et animos audientiū affeceris. insta
uehementius. Verisimile non est quantū proficiat talis oratio remedio
intenta. et tota in bonū audientiū uersa. facillime enī tenera conci
liantur ingenia ad honesti rectiq; amorē. et adhuc docilibus leuiterq;
corruptis inicit manū ueritas si aduocatū idoneū nacta ē. Ego certe
cū audirē Attalū in uitia in errores ī mala uite perorantē sepe mi
sertus sū generis humani et illū sublimē altioremq; humano fastigio
credidi. Ipse se regē esse dicebat. sed plus q̄ regnare michi uidebatur.
cui liceret censuram agere regnantiū. Cū uero cōmendare paupertatē
ceperat et ostendere q̄ quicqd usū excederet. pondus esset supuacuū
et graue ferenti. sepe exire e schola pauperi libuit. Cū ceperat uolup
tates nostras traducere. laudare castū corpus. sobriā mensā. puram
mentē. nō tantū ab illicitis uoluptatibus sed etiā supuacuis. libebat cir
cūscribere gulam ac uentrē. Inde michi quedā permansere lucili. Ma
gno enī in omnia inceptu ueneram. deinde ad ciuitatis uiā reductus ex
bene ceptis pauca seruaui. Inde ostreis boletisq; in omnem uitā renūtia
ui. Nec enī cibi. sed oblectamēta sunt ad edendū saturos cogentia. qd
grauissimū est edacibus. et se ultra q̄ capiūt farcientibus. facile descē
sura. facile reditura. Inde ī omni uita unguento abstinemus. quoniā
optimus odor in corpore est. Non luxū dat uino carens stomachus. In
de ī omnem uitā balneū fugimus. decoquere corpus atq; exinanire su
doribus inutile simul delicatumq; credidimus. Cetera proiecta redierūt.
ita tamen ut quorū abstinentiā interrupi modū seruē. et qdē absti
nentie priori proximorē nescio an difficiliorē. quoniā qdam abstinentur fa

alius animo q̄ temperantur. Quoniā cepi tibi exponere quantū maiori
impetu ad phiām iuuenis accesserim q̄ senex pgam. nō pudebit fateri
quē michi amorē pythagoras iniecerit. At Sation dicebat quare ille ani
malibus abstinuisset. quare Sextius postea. Dissimilis utriq; causa erat
sed utriq; magnifica. hic hominis alimentorū satis citra sanguinē esse
dicebat. et crudelitatis consuetudinē fieri. ubi uoluptatē esse adducat
laceratio. Adiciebat contrahendā materiā esse luxurie. colligebat bone
ualitudini contraria esse alimenta uaria et nostris aliena corporibus.
At Pythagoras omniū inter omnia cognationē esse dicebat. et animorū
cōmertiū in alias atq; alias formas transeuntiū. Nulla si illi credas anima
interit. nec cessat quidē nisi tempore exiguo dū in aliud corpus transfu
ditur. Videbimus p quas temporū uices et quando pererratis multis do
miciliis in hominē reuertatur. Interī sceleris hominibus ac parricidii
metū fecit. cū possint ī parentis animā inscii incurrere. et ferro mor
su ue uiolare. si ī quo cognatus aliquis spiritus ē hospitatur. Hoc
cū exposuisset Sation et implesset argumētis suis. nō credis inqt animas
ī alia corpora atq; alia describi. et migrationē esse qd dicimus mortē.
nō credis in his pecudibus ferisue aut aqua mersis illū quōdā animū
hominis morari. Non credis nichil perire in hoc mundo sed mutare re
gionem. nec tantū celestia per certos circuitus uerti. sed animalia quoq;
p uices ire. et animos p orbē agi. magni ista crediderūt uiri. Itaq; iudi
ciū tuū quidē sustine. Ceterū omnia tibi integra serua. Si uera sunt
ista. abstinuisse animalibus innocentia ē. si falsa frugalitas est. Quid
istic crudelitatis tue damnū est. Alimenta tibi leonū et uulturū eri
pio. his ego extictis abstinere animalibus cepi. et anno peracto non
tantū facilis erat michi consuetudo sed dulcis. Agitationē michi ani
mū esse credebam. nec tibi hodie affirmauerī an fuerit. Queris quo
modo desieri. Tiberii Cesaris principatu iubente. tempus inciderat.
alienagenarū sacra mouebant. sed inter argumenta supstitionis po
nebatur quorūdam animaliū abstinentia. Patre itaq; meo rogante
qui nō calūniā timebat sed phiam oderat. ad pristinā consuetudinē
redii. nec difficulter michi ut inciperē melius cenare persuasit. La
udare solebat Attalus culcitram que resisteret corpori. tali utor etiā

senex in qua uestigiū apparere non possit · hec rettuli ut probarē tibi q̄
uehementes haberent tirūculi impetus primos ad optima queq; si qs
exhortaretur illos si quis impenderet · Sed aliquid precipientiū uitio
peccatur qui nos docent disputare non uiuere · aliquid discentiū q̄
propositū afferūt ad preceptores suos non animū excolendi sed inge
nium · Itaq; que phīa fuit facta est philologia · Multū autē ad rē perti
net quo proposito ad quanq; rē accedas · Qui grāmaticus futurus est
uirgiliū scrutatur · nō hoc animo legit illud egregiū · fugit irreparabile
tempus · Vigilandū est · nisi properemus · relinquemur · Agit nos agitq;
uelox dies · Inscii rapimur · oīa in futurū disponimus · inter precipitia
lenti sumus · Sed ut obseruet quotiens uirgilius de celeritate tēporū
dicit hoc uti uerbo illū fugit · Optima queq; dies miseris mortalibus
eui prima fugit · subeunt morbi tristisq; senectus · Et labor et dure
rapit inclementia mortis · Ille qui ad phīam spectat hec eadē quo
debet adducit · Nunq̄d uirgilius inquit dies ire · sed fugere · quod cur
rendi genus concitatissimū est · et optimos quosq; primos rapit · Quid
ergo cessamus nos ipi concitare · ut uelocitatē rapidissime rei possimus
equare · Meliora preteruolant · deteriora succedūt · et quēadmodū ex
amphora primū quod est sincerissimū effluit · grauissimū quodq; tur
bidūq; subsidit · sic in etate nostra quod est optimū in primo ē · Id ex
hauriri in alius potius patimur · ut nobis fecē reseruemus · Inhereat istud
animo et tanq̄ missū oraculo placeat · Optima queq; dies miseris mor
talibus eui prima fugit · Quare optima? quia restat quod incertū est ·
quare optima? quia iuuenes possumus discere · possumus facilē animū
et adhuc tractabilem ad meliora conuertere · quia hoc tempus idoneū
est laboribus · idoneū agitandis ꝑ studia ingeniis est · et exercendis
ꝑ opera corporibus · Quod superest segnius et languidius et propius ad
finē · Itaq; toto hoc agamus animo et omissis ad que diuertimur ī rē
unā laboremus · ne hac temporis ꝑnicissimi celeritate quā nō possum'
retinere relicti demū intelligamus · Primus quisq; tanq̄ optimus dies
placeat et redigatur ī numerū · quod fugit occupandū est · hoc nō co
gitat ille qui grāmatici oculis carmen istud legit · ideo optimū queq;
primū esse diem · quia subeunt morbi · quia senectus premit · et adhuc

adolescentiā cogitantibus supra caput est. Sed ait Virgiliū sēper unā
ponere morbos senectutē· nō me hercules īmerito· Senectus eni insa
tiabilis morbus est· Propterea inquit hoc senectuti cognomen īposuit.
Tristē illam uocat. Subeūt morbi tristisq; senectus· Alio loco dicit Pallē
tesq; habitant morbi tristisq; senectus· Non est qđ mireris ex eadē ma
teria suis quenq; studiis apta colligere· In eodē prato bos herbā querit.
canis leporē. ciconia lacertā· Cū Ciceronis librū deprendit hinc philolo
gus aliquis. hinc grāmaticus. hinc phīe deditus. alius alio suā curam
mittit· Phūs admiratur circa iustitiā dici tam multa potuisse· Cum
ad hanc eandē lectionē philologus accessit hoc subnotat duos romanos
reges esse. quorū alter patrē non habeat. alter matrē· Nam de Seruii
matre dubitatur· Antipater Mulius Nume nepos dicitur. preterea
notat eū quē nos dictatorē dicimus. et in historiis ita nominari legi
mus. apud antiquos magistrū populi uocatū· hodieq; id extat in augu
ralibus libris et testimoniū est. q. qui ab illo nominatur magister eqtū
est· Eque notat Romulū perisse solis defectione. prouocationē ad po
pulū regibus fuisse· ſd itaq; ī pontificalibus libris. et aliqui q putabāt
prouocationē et fenestellā eosdē libros cū grāmaticis explicat· Primū
uerba expressa ā se dici a Cicerone. idest re ipsa ī cōmentariū refert. nec
minus se se idest se ipe· Deinde transit ad ea que consuetudo seculi muta
uit tanq̄ qđ ait Cicero. quoniā sumus ab ipsa calce eius interpellatione
reuocati. hanc quā nūc ī circo cretā uocamus calcem antiq dicebant·
Deinde manes colligit uersus et ī primis illos de Africano scriptos. cui
nemo ciuis neq; hostis qui uult. pro factis reddere opere preciū potest·
se ex eo ait intelligere apud antiquos non tantū auxiliū significasse
sed operam· Ait eni neminē potuisse in Scipionē nec ciuē nec hostem
reddere opere preciū· Felicē se deinde putat q. inuenerit unde uisū
sit Virgilio dicere· Quē sup ingens Porta tonat celi· Ennius hoc ait ho
mero se surripuisse. Ennio Virgiliū Est eni apud Ciceronē in his ipsis
de re pūca hoc epigrāma· Non fas esse plagas celestiū ascendere cuiq̄.
Si cui soli celi maxima porta patet· Sed ne et ipe dū aliud ago ī philo
logū aut grāmaticū delabar. illud admoneo. Auditionē philosophorū
lectionēq; ad propositū beate uite trahendam. nō ut uerba prisca aut

nō bene.

ficta captemus. et tranlationes improbas figurasq; dicendi. sed ut profu
tura precepta et magnificas uoces et animosas. que mox in rē transferantᷣ.
Sic ista discamus ut que fuerint uerba. sint opera. Nullos autē peius me
reri de omnibus mortalibus iudico q̃ qui ph̃iam uelut aliquod artificiū
uenale didicerūt. q̃ aliter uiuūt q̃ esse uiuendū preceperūt. Exempla enī
se ipsos inutilis discipline circūtulerūt. nulli nō uitio quod insequūtur ob
noxii. Non magis michi potest quisq̃ talis prodesse preceptor q̃ guberna
tor in tempestate naufragabundus. tenendū rapiente fluctu guberna
culū. luctandū cū ipso mari. eripienda sunt uento uela. Quid me po
test adiuuare rector nauigii attonitus et uomitans? Quanto maiore
periculo putas uitā in tēpestate iactari q̃ ullam ratē? Non ē loquēdū
sed gubernandū. Omnia que dicūt. que turba audiente iactāt aliena
sūt. Dixit illa Platon. dixit Zeno. dixit Chrysippus. et Possidonius et
ingens agmen. Non tot ac taliū nomina quomodo sint probare possūt.
sua esse monstrabo. faciant que dixerit. Quoniā que uolueram ad te
perferre iam dixi. nūc desiderio tuo satisfaciam et in alterā epistolā
integrū quod exegeras transferā. nec ad rem spinosā et auribus erectis
curiosisq; audientiū lassus accedas. Vale.

.CVIIII.

Multis argumentis ostē dit. sapientē sapienti prodesse.

AN sapiens sapienti prosit scire desideras. Dicimus plenū omni
bono esse sapientē et sūma adeptū. Quomodo ergo prodesse uel ali
quid possit sūmū habenti bonū queritur. Prosunt boni inter se.
exercent enī uirtutes. et sapientiā in suo statu continēt. Desiderat uterq;
aliquē cū quo conferat. cū quo querat. peritos luctandi usus exercet. Mu
sicū qui paria didicit mouet. Opus est et sapienti agitatione uirtutum.
Itaq; queādmodū ipse se mouet. sic mouetur ab alio sapiente. Quid sapi
ens sapienti proderit? Impetū illi dabit. Occasiones actionū honestarū
cōmostrabit. preter hoc aliquas cogitationes suas exprimet. docebit que
inuenerit. Semp enī etiā a sapiente restabit qđ inueniat. et quo animus
eius excurrat. Malus malo nocet. facit quoq; peiorē irā metus incitando.
tristicie assentiendo. uoluptates laudando. Et tūc maxime laborant
mali. ubi plurimū uitia miscuere. et in unū collata nequitia ē. Ergo e
contrario bonus bono proderit. Quomodo inquis? gaudiū illi afferet. fidu
ciā confirmabit. ex conspectu mutue tranquillitatis crescet utriusq; le

ticia · Preterea querendam illi rerũ scientiã tradet · Non enĩ oĩa sapiens
scit · Etiã si sciret breuiores uias rerũ aliquid excogitare posset et has iu
dicare p quas facilius totũ corpus circũfertur · Proderit sapienti sapiens
nõ scilicet tantũ suis uiribus sed ipi' quẽ adiuuat · Potest quidẽ ille etiã
relictus sibi explicare partes suas. utetur propria uelocitate. sed nichilo-
minus adiuuat etiã qui currentẽ hortatur · Non scilicet tantũ prodest
sapiẽti sapiens. sed sibi ipe · hoc scias. detrahe illi uiã propriã et ille nichil
agit · Vno modo dicas licet ĩ melle nõ esse dulcedinẽ · Nã ipe ille qui esse
debet ita aptatus lingua palatoq; est. ad eiusmodi gustũ ubi talis sapor
eũ non capiat. sed offendetur · Sũt enĩ quidã quibus morbi uitio mel
amarũ uideatur · Oportet utrũq; calere ut et ille prodesse et huic pro
futuro idonea materia sit · In sũmũ inquit pductũ calorẽ calefieri su
puacuũ est. et in sũmũ pductus bonũ supuacuũ est qd prosit · Nunqd
instructus oĩbus rebus agricola ab alio instrui querit? Nũqd armatus
miles quãtũ in aciẽ exituro satis ẽ. uti amplius armis desiderat? ergo
nec sapiens · Satis enĩ uite instructus. satis armatus est · Ad hec respon
deo · qui ĩ sũmo est calore. ei nõ opus est calore adiecto ut suũ teneat.
sed ipe se inquit calor continet · Primũ multũ interest inter ista que
comparas · Calor enĩ unus ẽ · prodesse uariũ · deinde calor nõ adiuuatr
adiectione caloris ut caleat · Sapiens nõ potest in habitu mẽtis sue stare.
nisi amicos aliquos similes sui admisit. cũ quibus uirtutes suas cõmu
nicet · Adice nũc q oĩbus inter se uirtutibus amicicia est · Itaq; prodest
qui uirtutes alicuius partes sui amat. amandasq; inuicẽ prestat · Si
milia delectant utiq; ubi honesta sũt. et probare ac probari sciunt.
etiã nũc sapientis animũ perite mouere nemo alius potest q̃ sapiens.
Sicut homo hoĩem rationabiliter mouere nõ potest nisi homo · Quomo
do ergo ad rationẽ mouendã ratione opus est. sic ut moueatur ratio
perfecta opus est ratione perfecta · Prodesse dicuntur etiã q̃ nobis media
largiuntur. pecuniã. gratiã. incolumitatẽ. alia in usus uite cara. aut
necessaria · In his etiam dicetur stultus prodesse sapienti · Prodesse autẽ
ẽ animũ secundũ naturã mouere. uirtute sua et eius qui mouebitur.
hoc nõ sine ipi' quoq; qui proderit bono fiet · Necesse est enĩ alienã uir
tutẽ exercendo exercere et suam · Sed ubi remoueris ista que aut

sūma bona sūt aut sūmorū efficientia. nichilominus prodesse inter se sapientes possunt. Inuenire enī sapientē sapienti p se res expetenda est. qa natura bonū omne carū est bono. et sic quisq; conciliatur bono queadmodū sibi. necesse est ex hac questione argumēti causa in alterā transeam. Queritur enī an deliberaturus sit sapiens an in consiliū aliquē aduocaturus. Qđ facere illi necessariū est cū ad hec ciuilia et domestica uenitur et ut etiā ita dicam mortalia. In his sic illi opus est alieno consilio. quomodo medico quomodo gubernatore. quomodo aduocato et litis ordinatore. Proderit ergo sapiens aliquando sapienti. Suadebit enī. Sed in illis quoq; magnis ac diuinis ut diximus cōmuniter honesta tractando et animos cogitationesq; miscendo utilis erit. Preterea secundū naturā est et amicos complecti et amicorū actu ut et suo proprioq; letari. Nam nisi hoc fecerimus nec uirtus quidē nobis pmanebit que exercendo sensui ualet. Virtus autē suadet presentia bene collocare. in futurū consulere. deliberare et intendere animū. facilius intendet explicabitq; qui aliquē sibi assūpserit. Queret itaq; ut pfectū uirū aut proficientē uicinūq; perfecto. Proderit autē ille perfectus si consiliū cōmuni prudentia inuenerit. Aiūt homines plus ī alieno negotio uidere inicio q̄ in suo. hoc illis euenit quos amor sibi excecat. qbus despectū utilitatis timor ī periculis excutit. incipiet sapere securior et extra metū positus. Sed nichilomin⁹ quedā sūt que etiā sapientes in alio q̄ in se diligentius uident. Preterea illud dulcissimū ē honestissimūq; idem uelle atq; idem nolle. Sapiēs id sapienti prestabit. egregiū opus pari iugo ducet. Persolui qđ exegeras q̄q̄ in ordine rerū erat. quas moralis phie uoluminibus cōplectim̄. Cogita quod soleo frequenter tibi dicere in istis nos nichil aliud q̄ acumen exercere. Totiens enī illo reuertor. Quid ista me res iuuat? fortiorem faciet? iustiorē? tempatiorē? non dū exerceri uacat. Adhuc medico michi opus ē. Quid me posces scientiā inutilē? Magna promisisti. exigua uides. Dicebas intrepidū fore etiā si circa me flagrarent incendia. etiā si subitus turbo totā nauē meā mari raperet. hanc michi presta interim uoluptatē. ut gloriam contemnā. postea docebis implicita soluere. ambigua distinguere. obscura prospicere. nūc doce quod necesse est. Vale.

Gladii micarent etiam si mucro tangeret iugulū. dicebas securū fore etiam si circa me.

Ex Homētano

· CX ·

Nō optandos deos īfestos ēē malis et quō p̄tractatā sepi⁹ phīaz noti-
cia boni et mali necessarij et sup̄-
uacui pōt hr̄i et q̄ turpe ē etiā in
aqua et polēta reponīē beatā uitā

SEX Nomentano meo te saluto et iubeo habere mentē bonam · hoc ē propicios deos omēs. quos habet placatos et fauentes quisqs sibi propiciauit · Sepone ī p̄sentia q̄ quibusdā placent. unicuiq; nostrū pedagogū dari deū · nō qdē ordinariū sed humane īferioris note horū ex numero quos ait Ouidius de plebe deos · Ita tamen hoc seponas uolo. ut memineris maiores nostros qui crediderūt hos stoicos fuisse. singulis eni et geniū et iunonē dederūt. postea uidebimus an tantū dis uacet ut priuatorū negocia procurarēt · Interī illud sato siue assignati sumus siue neglecti et fortune dati · nulli te potuisse īprecari quicq̄ grauius. q̄ si īprecatus fueris ut se habeat iratū · Sed nō est quare cuiq̄ quē dignū pena putaueris. optes ut infestos deos habeat · habet inq̄ etiā si uidetur eorū cura et fauore produci · Adhibe uim et digentiā tuā et intuere qd sint res nostre. nō qd uocent̄ et scies plurima mala cōtingere nobis q̄ accidere · Quotiens enī et felicitatis causa initiū fuit quod calamitatis uocabat̄? Quotiens magna gratulatione excepta res. gradū sibi struxit ī preceps? et aliquē iam eminētē ut leuauit ita deiecat etiā nūc tanq̄ adhuc ibi staret ubi tuto cadet̄? Sed ipm̄ illud cadere non habet in se mali quicq̄. si exitū spectes ultra quē natura neminē deiecat · Prope est rerū omniū terminus. prope ē inq̄ et illud unde felix eicitur. et illud unde infelix emittitur · Nos hec utraq; extendimus. et longa. spe ac metu facimus · Sed si sapis oīa humana condicione metire simul. et qd gaudes et qd times contrahe · Est autē tanti diu nichil gaudere. neqd diu timeas · Sed quare istud malū astringo? Nō est qd quicq̄ timendū putes · Vana sūt ista q̄ nos mouēt. que attonitos habent · Nemo nostrū qd ueri esset excussit · sed metū alter alteri tradidit · Nemo ausus est ad id quo ptrahebatur accedere. et naturā ac bonū timoris sui nosse · Itaq; res falsa et inanis habet adhuc fidē. quia nō coarguitur. tanti putemus oculos intendere. iā apparebit q̄ breuia q̄ incerta q̄ tuta timeantur · Talis ē animorū nostrorū confusio. qualis lucretio uisa est · Nam ueluti pueri trepidāt. atq; omīa ceca ī tenebris metuūt. ita nos ī luce timemus · Quid ergo? nōne omī puero stultiores sumus? q ī luce timemus? Sed falsū ē lucreti. nō timemus in luce. omīa nobis fecimus tenebras · nichil uidemus ·

nequid noceat. neqd expediat tota uita incursitamus. nec ob hoc resi
stimus aut circũspectius. pedẽ ponimus. Vides autẽ q̃ furiosa res sit ĩ
tenebris impetus. At me hercules id agimus ut longius reuocandi simus.
et cũ ignoremus quo feramur uelociter tamen illo quo intendimus per
seueramus ire. Sed lucescere si uelimus potest. uno autẽ modo potest.
Siqs autẽ humanorũ diuinorũq; noticiã scientia accepit. si illa se nõ ꝑfu
derit sed infecerit. si eadẽ q̃uis sciat retractauerit et ad se se pertulerit.
si quesierit q̃ sint bona. q̃ sint mala. quibus hoc falso sit nomen ascriptũ.
si quesierit de honesto et turpibus. de prouidentia. et inter hec huma
ni ingenij sagacitas sistitur. si prospicere et ultra mundũ libet querere.
quo feratur. unde surrexerit. ĩ quẽ exitũ tanta uelocitas rerũ properet.
Ab hac diuina contẽplatione abductũ animũ ĩ sordida et humilia pro
traximus. ut auaritie seruiret. ut relicto mundo terminisq; eius et do
minis cũcta uersantibus terrã rimaretur et quereret. quid ex illa mali
effoderet. nõ contentus oblatis. Quicqd bono futurũ erat deus et pa
rens noster ĩ proximo posuit. Non expectauit inquisitionẽ nostrã et
ultro dedit. nocitura altissime pressit. Nichil nisi de nobis queri possu
mus. ea qbus periremus nolente rerũ natura et abscondente protuli
mus. Adduximus animũ uoluptati. cui indulgere initiũ omnium ma
lorũ est. Tradidimus ambitioni et fame ceteris eque uanis et inanibus.
Quid ergo nũc te hortor ut facias? Nichil noui. nõ enĩ nouis malis re
media q̃runtur. sed hoc primũ ut tecũ ipe cõspicias qd sit necessariũ
qd supuacuũ. Necessaria tibi ubiq; occurrũt. supuacua uel toto animo
semp queruntur. et semp querenda sunt et toto animo. Nõ est autẽ
qd te laudes si contempseris aureos lectos et gẽmeã supellectilẽ. Que
ẽ enĩ uirtus supuacua contemnere? tũc te admirare cũ cõtempseris
necessaria. Nõ magnã rẽ facis q uiuere sine regio apparatu potes. qd
nõ desideras miliarios apros. nec linguas penicoptecorũ et alia portẽ
ta luxurie. iã tota animalia fastidientis et certa mẽbra ex singulis e
ligentis. Tũc te admirabor etiã si nõ contẽpseris sordidũ panẽ. si tibi
ꝑsuaseris herbã ubi necesse nõ pecori tantũ sed homini nasci. si scieris
cacumina arborũ explementũ esse uentris ĩ quẽ sic preciosa congeri
mus tanq̃ recepta seruantẽ sine fastidio implendus ẽ. Quid enim

ad rem pertinet quid accipiat ꝑditurus quicqd acceperit? Delectat te
disposita que terra mariq; capiuntur. Alia eo gratiora si recentiora
ꝑferuntur ad mensā. alia diu pasta et coacta pinguedine fluūt ac
uix saginā continēt suā. Delectat te nidor horū arte quesitus. At me
hercules ista sollicite scrutata uarieq; condita cū subierit uentrē. una
atq; eadē feditas occupauit. Vis ciborū uoluptatē contemnere? exitū
specta. Attalū memini cū magna admiratione omniū hec dicere. Diu
inqt michi īposuere diuitie. stupebā ubi aliquid ex illis alio atq; alio
loco fulserat. existimabā similia esse q̄ laterent his que ostenderentur.
sed in quodā apparatu uidi totas opes urbis cęlatas et auro et argento
et his que pretiū auri argentiq; uicerūt. exquisitos colores et uestes
ultra nō tantū numerū sed ultra finē hostiū aduectas. hic puerorū
ꝑspicuos cultu ac forma greges. hic feminarū et alia que res suas reco
gnoscens sūmi imperii fortuna protulerat. Quid hoc est inq̄. aliud
nisi irritare cupiditates hominū ꝑ se incitatas? Quid sibi uult ista
pecunie pompa? Ad discendā auaritiā cōuenimus. At me hercules
minus cupiditatis istinc effero q̄ attuleram. Cōtempsi diuitias. nō qa
supuacue sed quia pusille sūt. Vidisti ne q̄ intra paucas horas ille ordo
q̄ lentus dispositusq; transierit. hoc totā uitā nostrā occupauit qđ totū
diē occupare non potuit. Accessit illud quoq; tā supuacue michi uise sūt
habentibus q̄ fuerūt spectantibus. hoc itaq; michi ipi dico. quotiens
tale aliquid prestrinxit oculos meos. quotiens occurrit domus splendi
da. cohors culta seruorū. lectica formosis imposita calonibus. Quid
miraris? qđ stupes? Pompa ē. ostenduntur iste res nō possidentur. et
dū placent. transeūt. Ad ueras potius te cōuerte diuitias. Disce paruo
esse contentus et illā uocē magnus atq; animosus exclama. habeamus
aquā. habeamus polentā. Ioui ipi controuersiā de felicitate faciamus.
Faciamus oro te etiā si ista defuerint. Turpe est beatā uitā in auro
et argento reponere. eque turpe ī aqua et polenta. Quid ergo faciā
si ista nō fuerint? Queris qđ sit remediū? Inopie famē fames finit.
Alioqn qđ interest an magna sint an exigua que seruire te cogant? Qđ
refert quantulū sit quod tibi possit negare fortuna? hec ipa aqua et
polenta in alienū arbitriū cadit. liber ē autē nō in quē parum licet

fortune sed in quẽ nichil. Jta est nichil desideres oportet. si uis iouẽ pro
uocare nichil desiderantẽ. hec nobis Attalus dixit. natura omnibus di
xit. Que si uoles frequenter cogitare. id age ut sis felix. non ut uidearis.
et ut tibi uidearis. non aliis. Vale.

· C XI ·
De uera phi magnitudine quã sophismata idest cauillationes prestare non possũt.

Quid uocentur latine sophismata quesisti a me. Multi tẽptaue
rũt illis nomen imponere. et nullũ hesit. uidelicet quia res ipsa
nõ recipiebatur a nobis. nec ĩ usu erat. nomini quoq; repugna
tum est. Aptissimũ tamen uidetur michi quo Cicero usus est. Cauillati
ones uocat. quibus quisqs se tradidit questiunculas quidẽ uanas nectit.
Ceterũ ad uitã nichil proficit. neq; fortior fit. neq; temperatior neq;
elatior. At ille qui phiam ĩ remediũ exercuit. ingens fit animo. plenus
fiducie inexuperabilis et maior adeunte. Quid ĩ magnis euenit mon
tibus quorũ proceritas minus apparet longe intuentibus. cũ accesseris
tũc manifestũ fit quam in arduo sũma sint. Talis est enĩ mi lucili uerus et
rebus non artificiis phus. Jn edito stat admirabilis. celsus. magnitudi
nis uere. nõ exurgit ĩ plantas. nec sũmis ambulat digitis eorũ more
qui mendacio staturam adiuuant. longioresq; quam sunt uideri uolũt.
Contẽtus est magnitudine sua. Quidni contentus sit. eo usq; creuisse
quo manũ fortuna nõ porrigit? ergo et supra humana est. et par sibi in
omi statu rerũ siue secundo cursu uita procedit siue fluctuatur per ad
uersa ac difficilia. hanc cõstantiã cauillationes ipse de quibus paulo an
te loquebar prestare nõ possunt. Ludit istis animus non proficit. et phi
losophiã a fastigio deducit ĩ planũ. Nec te prohibuerĩ aliquando ista
agere. sed tũc cũ uoles nichil agere. hoc tamen habent in se pessimũ.
dulcedinẽ quandã sui faciũt. et animũ specie subtilitatis inductũ te
nẽt ac morantur. Cũ tanta rerũ moles uocet. cũ uix tota uita sufficiat
ut hoc unũ discas uitã contemnere. Quid regere inquis secũdã opus
est? Nã nemo illã bene rexit nisi qui contẽpserat. Vale.

· C XII ·
Ut eius et ex se ipsius exemplo ostendit inueterati ingenii prauitatẽ fore ĩemendabilem.

Cupio me heracles amici tui formari ut desideras et institui.
sed ualde durus capitur. immo quod est molestius. ualde mollis ca
pitur et consuetudine mala ac diutina fractus. Volo tibi ex no
stro artificio exẽplũ referre. Non quelibet insitionẽ uitis patitur. si ue
tus et exesa ẽ. si infirma gracilisq; aut nõ recipiet surculũ. aut nõ alet.

nec applicabitur. nec ĩ qualitatẽ eius naturãq; transibit. Itaq; solemus supra terrã precidere. ut si nõ responderit temptari possit. Secũda fortuna et iterũ repetita infra terrã inseratur. hic de quo scribis et mãdas nõ habet uires. Indulsit uitiis simul et emarcuit et induruit. nõ potest recipere rationẽ. non potest nutrire. At cupit ipse. noli credere. non dico illũ mentiri tibi. putat se cupere. stomachũ illi fecit luxuria. cito redibit ĩ gratiã. sed dicit se offendi uita sua. nõ negauerim. Quis enĩ nõ offenditur? homines uitã suã et amant simul et oderũt. Tũc itaq; de illo feramus sententiã. cũ fidẽ nobis fecerit ĩuisam iam sibi esse luxuriã. nũc illi male conuenit. Vale.

·CXIII·

Dialectice disputat p multa ĩconuenientia uirtutes nõ esse aĩalia. moralẽ de fortitudine et iustitia doctrinã subinferens.

Desideras tibi scribi a me qd sentiã de hac questione iactata apud nostros. an iustitia. an fortitudo prudentia. cetereq; uirtutes animalia sint. hac subtilitate effecimus lucili kme ut exercere ingeniũ inter irrita uideremur. et disputationibus nichil profuturis ociũ terere. Faciã qđ desideras et quid nostris uideatur exponã. sed me in alia sententia esse profiteor. Puto qđam esse que deceant phecasiatũ palliatũq;. Que sint ergo q̃ antiquos mouerit dicã. Animũ cõstat animal esse. cũ ipse efficiat ut simus animalia et cũ ab illo animalia hoc nomen traxerit. Virtus autẽ nichil aliud est q̃ animus quodã modo se habens. ergo animal ẽ. Deinde uirtus agit aliqđ. agi aũt nichil sine impetu potest. qui nulli est nisi animali ĩpetũ habens. animal ẽ. Si animal ẽ iqt uirtus. habet ipsa uirtutẽ. quidni habet se ipsã? Quomodo sapiens oĩa p uirtutẽ gerit. sic uirtus p se. ergo inquit et omnes artes animalia sunt. et omia que cogitamus. que mẽte complectimur. sequitur ut multa milia animaliũ habitent in his angustiis pectoris. et singuli multa simus animalia. aut multa habeamus animalia. Queris inquit aduersus istud respondeatur. Vnaqueq; ex istis res animal erit. multa animalia nõ erũt. Quare dicã si michi accõmodaueris subtilitatẽ et ĩtentionẽ tuã. singula animalia singulas debent habere substantias. ista omia unũ animum habent. Itaq; singula esse multa esse nõ possũt. Ego et animal sũ et homo. non tamen duos nos esse dices. quare? qa separati debent esse. Ita dico alter ab altero debet esse deductus ut duo sint. Quicqd in unũ multiplex est sub unã naturam cadit. itaq; unũ ẽ. et animus meus animal

est. et ego animal sũ. Duo tamen nõ sumus. quare? qa animus mei pars
ē. Hũc aliqd per se numerabitur cũ p se stabit. Ubi uero alterius mẽbrũ
erit. nõ poterit uideri aliud. quare? dicã. qa qđ aliud ē suũ oportet esse
et propriũ et totũ et inter se absolutũ. Ego ĩ alia esse me sentẽtia professus
sũ. Nõ enĩ tantũ uirtutes animalia erũt si hoc recipitur. sed opposita quoq;
illis uicia et affectus. tanq̃ ira. timor. luctus. suspitio. Ultra res ista pro
cedet. omẽs sententie. omnes cogitationes animalia erũt. qđ nullo modo
recipiendũ est. Non enĩ quicqd ab homine fit homo ē. Iusticia qd ē inqs?
animus quodã modo se habens. Itaq; si animus animal est et iusticia mi
nime. hec enĩ habitus animi est et quedã uis. idest animus ĩ uarias fi
guras cõuertitur. et nõ totiens animal aliud est. quotiens aliud facit. nec
illud quod fit ab animo animal ē. Iusticia animal est. fortitudo. sic cetere
uirtutes. utrũ desinerẽt esse animalia. subinde an rursus incipiant an
semp sint. desinere uirtutes nõ possũt. ergo multa animalia immo ĩnume
rabilia ĩ hoc animo uersantur. Nõ sũt inqt multa quia ex uno religata
sũt. et partes unius ac mẽbra sũt. Talẽ ergo faciẽ animi nobis proponimus
qualis est hydre multa habentis capita. quorũ unũ quodq; p se pugnat
p se nocet. Atq nullũ ex illis capitibus animal ē. sed animal capita ce
tera ipa unũ sũt. Nemo ĩ chimera leonẽ animal esse dixit aut draconẽ.
hę partes erãt eius. partes autẽ nõ sũt animalia. Quid ē quo colligas
iusticiã animal esse? Agit inquit aliquid et prodest. qđ autẽ agit aliqd
et prodest impetũ habet. qđ autẽ ĩpetũ hĩt animal ē. Verũ ē si suũ im
petũ habet. suũ nõ habet sed animi. Omẽ animal donec moriatur id
ē quod cepit. homo donec moriatur homo ē. equus. equus. canis. canis.
Transire in aliud nõ potest. Iusticia idest animus quodã modo se habẽs
animal est. Credamus deinde animal ē fortitudo. idest animus quodã
modo se habens. Quis animus ille q modo iusticia erat tenetur ĩ priori
animali. ĩ aliud animal transire ei nõ licet. ĩ eo illi ĩ quo primum esse
cepit pseuerandũ est. Preterea unus animus duorũ esse animaliũ nõ
potest. multo minus pluriũ. Sed si iusticia. fortitudo. temperantia.
ceteręq; uirtutes animalia sũt. quomodo unũ animũ habebũt. singu
los habeat oportet. aut nõ sũt animalia. nõ potest unũ corpus pluriũ
animaliũ esse. hoc et ipi fatentur. Iusticię qđ ē corpus? animus. qd

fortitudinis est corpus? idem animus. Atq; unũ corpus esse duorũ ani
maliũ nõ potest. sed idem animus inq̃t iusticie habitũ induit et forti
tudinis et tẽperantię. hoc fieri posset si quo tẽpore iusticia esset forti
tudo nõ esset. Nũc uero omẽs uirtutes simul sũt. Itaq; quomodo singu
la erũt animalia. cũ unus animus sit q̃ plusq̃ unũ animal nõ potest
facere? Deniq; nullũ animal pars est alterius animalis. Iusticia autem
pars ẽ animi. nõ est ergo animal. Videor michi in re concessa pdere opã.
Magis eñ indignandũ q̃ disputandũ de isto est. Nullũ animal alterius
pars est. Conspice omniũ corpora. nulli nõ color proprius est et figura
sua et magnitudo. Inter cetera propter q̃ mirabile diuini artificis in
genium ẽ hoc quoq; existimo q̃ in tanta copia rerũ nunq̃ in idem
incidit. Etiã que similia uidentur si contuleris. diuersa sũt. Tot fecit
genera foliorũ. nullũ nõ sua proprietate signatũ. tot animalia. nullius
magnitudo cũ altero cõuenit. Utiq; aliq̃d interest. exegit a se. ut que
animalia erãt dissimilia essent et imparia. Virtutes omẽs ut dicitis
pares sũt. ergo nõ sũt animalia. Nullũ nõ animal p se aliquid agit. Vir
tus autẽ p se nichil agit sed cũ homine. Omĩa animalia aut rationabilia
sũt ut homines ut di. aut ĩrationabilia. ut ferę ut pecora. Virtutes
itaq; rationales sũt. atq; nec homines sũt nec di. ergo nõ sũt animalia.
Omẽ rationale animal nichil agit nisi primũ spe alicuius irritatũ ẽ.
deinde impetũ cepit. deinde assensio confirmauit hũc impetũ. Quid
sit assensio dicã. Oportet me ambulare. tũc demũ ambulo cũ michi
dixi et approbaui hãc opinionẽ meã. Oportet me sedere. tũc demũ se
deo. Hec assensio ĩ uirtute nõ est. Puta eñ prudentiã esse. quomodo
assentietur oportet me ambulare? hoc natura nõ recipit. Prudẽtia eñ
ei cuius est prospicit. nõ sibi. Nã nec ambulare potest nec sedere. er
go assensionẽ nõ habet. q̃d assensionẽ non habet rationale animal nõ
est. Virtus si animal est. rationale ẽ. rationale autẽ nõ est. ergo nec a
nimal ẽ. Si uirtus animal est. uirtus autẽ bonũ. omne bonũ animal
est. hoc nostri fatentur. Patrẽ seruare bonũ est. et prudenter sẽtentiã
ĩ senatu dicere bonũ est. et iuste decernere bonũ est. ergo et patrẽ ser
uare animal est. et prudenter dicere animal est. Eousq; res exibit
ut risũ tenere nõ possis. Prudenter tacere bonũ est. cenare bene bonũ

est. Ista et tacere et cenare animal ē. Ergo me hercules titillare nō de
sinā. et ludos michi ex istis subtilibus ineptiis facere. Justicia et fortitu
do si animalia sunt certe terrestria sūt. Omē animal terrestre alget e
surit sitit. ergo iusticia alget. fortitudo esurit. sitit prudentia. Quid
porro nō interrogabo illos quā figurā habeant ista animalia. hominis
an equi an fere. si rotundā illis an qualē deo dederit. querā an et auari
tia et luxuria et demētia ęque rotunde sint. sūt enī et ipse animalia.
Si has quoq; rotundauerit. etiā nūc interrogabo an prudens ambulatio
animal sit nec ne. Confiteantur necesse ē. deinde dicant ambulationē
animal esse eādē rotundū. Ne putes autē me primū ex nostris nō ex p̄
scripto loq. sed mee sentētię esse. inter Cleantē et discipulū eius chrysip
pū nō cōuenit quid sit ambulatio. Cleantes ait spiritū esse a prīcipali
usq; in pedes pmissū. Chrysippus ipm̄ principale quod ē. Cur ergo non
ipsius Chrysippi exēplo sibi quisq; se uindicet. et ista tot animalia quot
mundus ipse nō potest cape derideat. Non sunt inquit uirtutes multa
animalia. et tamen animalia sūt. Nā quēadmodū aliquis et poeta est
et orator. et tamen unus. sic uirtutes iste animalia sūt. sed multa non
sūt. Idem est animus. et animus iustus et prudens et fortis ad singulas
uirtutes quodā modo se habens. Sublata est questio. conuenit nobis. Nā
et ego interī fateor animū animal esse. postea uisurus quā de ista re sē
tentiā ferā. Actiones eius animalia esse nego. alioqn et omīa uerba erūt
animalia et omnes uersus. Nā si prudens sermo bonū ē. bonū autē oē
animal ē. uersus ergo omnes animal ē. Itaq; Arma uirūq; cano animal
ē. quod nō possū rotundū dicere cū sex pedes habeat. Textorū inqs totū
me hercules istud est. quod cū maxime agitur. dissilio risu. cū michi pro
pono syllogismū et aptas illi facies tanq̄ pictor assigno. hec disputamus
attractis supcilijs. fronte rugosa. Nō possū hoc loco dicere illud Cecilianū
O tristes ineptias. ridicule sūt. qn itaq; potius aliquid utile nobis atq;
salutare tractemus. et q̄ramus quomodo ad uirtutes puenire possimus.
q̄ nos ad illas uia adducat. Doce me an fortitudo animal sit. sed nullū
animal felix esse sine fortitudine. nisi contra fortunā conualuit. Et
omēs casus ante q̄ exciperet meditando predomuit. Quid ē fortitudo.
munimentū humane ībecillitatis inexpugnabile. qd̄ q circūdederit

Sermo ergo animal est. si prudens uersus bonū ē. bonum aūt omne animal est.

sibi securus in hac uite obsidione ꝑdurat· Vtitur enī suis uiribus. suis
telis· hoc loco et tibi Possidonii nostri referre sententiā uolo· Non est
q̄ unq̄ fortune armis putes esse te tutū. tuis pugna contra ipām fortunā.
Nō armat itaq; contra hostes instructi. contra ipām inermes sūt· Ale
xander persas quidē et hircanos et indos et quicqd gentiū usq; ī ocea
nū ostendit oriens uastabat fugabatq;· Sed ipse modo occiso amico. mo
do amisso iacebat ī tenebris. alias scelus. alias desideriū suū merens· Vic
tor tot regū atq; populorū ire tristicieq; succūbens. id enī egerat ut oīa
potius haberet ī potestate q̄ affectus· O q̄ magnis homines tenentur
erroribus. q̄ ius dominandi trans maria cupiūt ꝑmittere. felicissimosq;
se iudicant. si multas ꝑ milites prouincias obtinent. nouas ueteribus ad
iungūt. ignari quid sit illud ingens par qd̄ queris regnū· Imperare sibi
maximū imperiū est· doceat me q̄ sacra res sit. iusticia alienū bonum
spectans. nichil ex se petens nisi usū sui. nichil sit illi cū ambitione famaq;.
sibi placeat· hec ante omīa sibi quisq; ꝑsuadet. me iustū esse gratis opor
tet· parū est· Adhuc illud ꝑsuadet sibimet In hanc pulcherrimā uirtu
tem ultro etiā impendere iubētur· Tota cogitatio a priuatis commodis
q̄ longissime aduersa sit· Non est qd̄ spectes qd̄ sit iuste rei premium
maius q̄ iustū esse· Illud adhuc tibi affige quod paulo ante dicebam.
nichil ad rem ꝑtinere q̄ multi equitatē tuā nouerint· Qui uirtutem
suā publicari uult nō uirtuti laborat sed glorie· Non uis esse iustus sine
gloria· At me hercules sepe iustus esse debebis cū infamia. et tūc si sa
pis. mala opinio bene parta delectat· Vale uale.

· CXIIII ·

De multiplici uarietate uitiose orationis. et pro qualitate animi dicentis eū informat oratio. ubi contra luxuriā succincte declamat·

Quare quibusdā temporibus corrupti generis prouenerit oratio.
queris. et quomodo ī quedā uitia inclinatio ingeniorū facta
sit. ut aliquando īflata explicatio se ingerat. aliquādo īfracta
et canticei ī morē ducta· Quare alias sensus audaces et fidē egressi pla
cuerit. alias abrupte sentētie et suspiciose. ī quibus plus intelligendū
esset q̄ audiendū· Quare aliqua etas fuerit q̄ translationis iure utere
tur ī uerecunde· hoc quod audire uulgo soles. quod apud grecos ī pro
uerbiū cessit· Talis hominū fuit oratio qualis uita· queādmodū autē
uniuscuiusq; actio dicenti similis est. sic genus dicendi aliquādo imi
tatur publicos mores· sic disciplina ciuitatis laborauit et se ī delitias

dedit. Argumetū est luxurie publice orationis lasciuia. si modo non in
uno aut ĩ altero fuit sed approbata ē et recepta. Non potest aliꝯ esse in
genio. aliꝯ animo color. Si ille sanus est. si compositus. grauis. tēperans.
ingeniū quoq; siccū ac sobriū est. Illo uitiato hoc quoq; afflat̄. Nō uides
si animus elanguit. trahi membra. et pigre moueri pedes? si ille effemi
natus est. in ip̄o incessu apparere molliciē. si ille acer est et ferox. conci
tari gradū. si furit. aut qd̄ furori simile ē irascitur. turbatū esse cor
poris motū. nec ire sed ferri. Quāto hoc magis ingenio accidere putas?
quod totū animo permixtū est. Ab illo fingitur. illi paret. inde legem
petit. Quomodo Mecenas uixerit notius est q̄ ut narrari debeat. quo
modo ambulauerit. q̄ delicatus fuerit. q̄ cupierit uideri. q̄ uitia sua
latere noluerit. Quid ergo? Non oratio eius eque soluta est q̄ ip̄e di
sanctus? Non tam insignita uerba illius sūt q̄ cultus q̄ comitatus. q̄ do
mus q̄ uxor? Magni uir ingenii fuerat si illud egisset uia rectiore.
si nō uitasset intellegi. si nō etiam ĩ oratione difflueret. Videbis itaq;
eloquentiā ebrii hominis ĩuolutā et errantē et licentia plenā. Me
cenas de cultu suo quid turpius amne siluisq; ripā comantibus. uide ut
alueū lintribus arēt. uersoq; uado remittant ortos. Quis siqs femine
cīno crispate et labris columbatur. Incipitq; suspirans. ut ceruice lapsa
funeratur. Nemo tyrāni ĩremediabilis factio rimatur. epulis lage
naq; tēptat domos et sepe mortē exigūt. geniū festo uix suo testem. te
nuis ut Terei fila et cripatē molā focū mater aut uxor inuestiūt. Nō
statī cū hoc legeris hoc tibi occurret hominē esse qui solutis tunicis ĩ ur
be semꝑ incesserit? Nā etiā cū absentis Cesaris partibus fungeretur si
gnū a discincto petebat̄. hūc esse q ĩ tribunali ĩ rostris ĩ omi publico ce
tu sic apparuerit. ut pallio uelaretur caput. exclusis utrinq; auribus
nō aliter q̄ ĩ mimo diuites fugitiui solent. hūc esse cui tūc maxime
ciuilibus bellis strepentibus et sollicita urbe et armata comitatus hic
fuerit ĩ publico. spadones duo magis tamen uiri q̄ ip̄e. hūc esse qui
uxorē milies duxit. cū unā habuerit? hec uerba tā improbe structa
tam neglegenter adiecta. tā contra opinionē omniū posita. ostendūt
mores. q̊q; nō minus nouos et prauos et singulares fuisse. Maxima
illi laus tribuitur mansuetudinis. Pepercit gladio. sāguine abstinuit.

nec ulla alia re quid posset q̃ licentia ostendit· hac ipsa laudē suam
corripit istius orationis portētosissime delitiis· Apparet enī mollē fuisse
nō mitē· hoc iste ambages compositionis· hoc uerba tranuersa· hoc sē
sus nō magni quidē sepe sed eneruati dū exeūt. cui uis manifestū face
rent· Motū illi felicitate nimia caput· qđ uitiū esse hominis interdū.
interdū temporis solet (ubi luxuriā late felicitas fudit. luxus primum
corporū esse diligētior incipit· deinde supellectili laboratur· deinde
ī ipsas domos impenditur cura. ut ī laxitatē ruris excurrant. ut parie
tes adductis trans maria marmoribus fulgeāt. ut tecta uarientur au
ro. ut lacunaribus pauimentorū respondeat nitor· deinde ad cenas
letica transfertur. et illic cōmendatio ex nouitate ī soliti ordinis cō
mutatione captatur. ut ea quę includere solēt cenā prima ponātur.
ut q̃ aduenientibus debeantur. exeuntibus dentur· Cū assueuit animus
fastidire que ex more sūt. et illi pro sordidis solita sūt. etiā ī oratione
quod nouū est querit. et quomodo antiqua uerba atq; exoleta reuocat
atq; profert. modo fingit ignota ac deflectit. modo id quod nup̄ ī crepu
it pro cultu habetur audax translatio ac frequēs· Sūt qui sensus precidāt
et hic gratiā sperēt. si sētentia pependerit et audiēti suspicionē sui fe
cerit· sūt qui illos detineāt et porrigāt· sūt qui nō usq; ad uitiū acce
dant· necesse est enī hoc facere aliquod grande tēptanti. sed qui ipm̄
uitiū amet· Itaq; ubicūq; uideris orationē corruptā placere. ibi quoq;
mores a recto descisse nō erit dubiū. quomodo cōuiuiorū luxuria.
quomodo uestiū. egre ciuitatis indicia sūt. sic orationis licentia. si mo
do frequens est ostendit animos quoq; a quibus uerba exeūt, procidisse·
Mirari qdē nō debes corrupta excipi nō tantū a corona sordidiore sed
ab hac quoq; turba cultiore· Togis enī inter se isti nō iudiciis distant·
hoc magis mirari potes. qđ nō tantū uitiosa sed uitia laudantur· Nā
illud semp̄ factū ē· nullū sine uitio placuit ingeniū· Da michi quēcūq;
uis magni nominis uirū. dicā qđ illi etas ignouerit. qđ in illo sciēs
dissimulauerit· Multos tibi dabo quibus uitia nō nocuerūt. quosdā
quibus profuerūt· Dabo inq̃ maxime fame et inter admiranda pro
positos. quos siquis corrigit. delet. sic enī uitia uirtutibus īmixta sūt·
ut illas secū tractura sint· Adice nūc qđ oratio certam regulā nō

habet. Consuetudo illā ciuitatis que nunq̄ in eodē diu stetit conatat.
Multi ex alieno seculo petūt uerba duodecī tabulas loquuntur. Graccus
illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sūt. Ad Appiū usq; et cor
runcanū redeūt. Quidā e contra dū nichil nisi tritū et usitatū uolūt.
in sordes incidūt. Vtrūq; diuerso genere corruptū ē. tā me hercules q̄
si nollēt splendidis uti ac sonantibus et poeticis necessaria atq; in usu
posita uitare. tā hūc dicam peccare q̄ illū. Alter se plus iusto colit. alter
plus iusto negligit. Ille et crura. hic nec alas quidē uellit. Ad compositi
onē transeamus. Quot genera tibi dabo in hac quibus peccetur. qdā
pfractā et asperā probāt. disturbant de industria si quod placidius
effluxit. nolūt sine latebra esse. iuncturā uirilē putāt et fortē q̄ aurē
in equalitate paciat. quorūdā non est compositio. modulatio ē adeo
blanditur et molliter labitur. Quid de illa loquar in qua differuntur
et diu expectata uix ad clausulas redeūt. Quid illa in exitu lenta qua
lis Ciceronis est deuexa et molliter detinens. nec aliter q̄ solet ad morē
suū pedēq; respondens. nō tantū ī genere sententiarū uitiū ē. si aut
pusille sūt et pueriles. aut improbe et plus ause q̄ pudore saluo licet.
sed et si floride sūt et nimis dulces si in uanū exeūt et sine affectu ni
chil amplius q̄ sonant. hec uitia unus aliquis inducit. sub quo tūc elo
quentia est ceteri imitantur et alter alteri tradūt. Si Salustio uigēte
amputate sentētie et uerba ante expectatū cadentia et obscura breui
tas fuere pro cultu. Arūtius uir rare frugalitatis q historias belli puni
ci scripsit fuit salustianus. et in illud genus nitens, est apud salustiū.
exercitū argento fecit. id est pecunia parauit. hoc Aruntius amare ce
pit, et posuit illud omnibus paginis. dicit quodā loco fugā nostris fecere.
alio loco dicit. Rex Syracusanorū bellū fecit. et alio loco que audita pa
normitanos dedere romanis fecere. Gustū tibi dare uolui. Totus his
contexitur liber. que apud salustiū rara fuerūt apud hūc crebra sūt
et pene continua. nec sine causa. ille enī in hec incidebat. at hec ille
querebat. Vides autē quid sequatur ubi alicui uitiū pro exēplo est.
Dixit Salustius aquis hiemantibus. Aruntius ī primo libro belli punici
ut repente hiemauit tempestas. et alio loco cū dicere uellet frigidū
annū fuisse. totus hiemauit annus. Et alio loco in sexaginta onerarias

leues. preter militē et necessarios nautarū hiemante aquilone misit.
nō desinit hoc uerbū omnibus locis infulare. Quodā loco dicit Salu
stius dū inter arma ciuilia equi boniq; famas petit. Aruntius nō tempe
rauit quominus primo libro stati poneret ingentes esse famas de Re
gulo. hec ergo et huiusmodi uitia que alicui impressit imitatio nō sūt
indicia luxurie nec animi corrupti. Propria enī esse debēt et ex ipso na
ta et quibus tu extimes alicuius affectus. Iracundi hominis iracunda
oratio est. cōmoti nimis incitata. delicati tenera et fluxibilis. Quot
uides istos sequi q aut uellūt barbā aut interuellūt. qui labra pressius
tondēt et abradūt. seruata et sūmissa cetera parte. qui lacernas coloris
improbi sumūt. qui plucentē togā. q nolūt facere quicq̄ qđ hominū
oculis transire liceat. irritant illos et in se aduertūt. nolūt uel repre
hendi dū conspici. Talis est oratio Mecenatis omniūq; aliorū. qui nō
casu errant. sed scientes uolentesq;. hoc a magno animi malo oritur.
Quomodo ī uino nō ante titubat ligua q̄ mens cessit oneri. et inclina
ta uel perdita est. ita ista oratio quid aliud est q̄ ebrietas? Nulla mole
stia est nisi animus labat. ideo ille curetur. ab illo sensus. ab illo uerba
exeunt. ab illo nobis est habitus. uultus. incessus. Illo sano atq; ualente
oratio quoq; robusta fortis uirilis est. Sed ille procubuit et cetera rui
nā sequūtur. Rege incolumi mens omnibus una est. Amisso rupe fidē.
Rex noster est animus. hoc incolumi cetera manēt in officio. parent ob
temperant. cū ille paululū uacillauit simul dubitāt. cūq; cessit uolup
tati. artes quoq; eius actusq; marcent. et omnis ex languido fluxoq; cona
tus est. Quoniā hac similitudine usus sum perseuerabo. Animus noster
modo rex est. modo tyrānus est. Rex est dū honesta intuetur. salutē com
missi corporis curat. et illi nichil imperit turpe. nichil sordidū. Ubi ue
ro impotens. cupidus. delicatus est. transit ī nomen detestabile ac durū.
et fit tyrānus. tūc illū excipiūt affectus impotētes et instāt. et uitio qđē
gaudet ut solet populus largitione nocitura frustra plenus. et q̄ non
potest haurire contrectat. Cū uero magis ac magis uires morbus extēdit
et ī medullas ac neruos descendere delitie. cōspectū earū quibus se nimia
auiditate inutilē reddidit letus pro suis uoluptatibus habet. alienarū
spectator sūministratorq; libidinū. tristis qa earū usum sibi ī congerēdo

abstulit · nec illi tã gratũ est abundare iocundis q̃ acerbũ. q. nõ etiã omnem illũ apparatũ p gulam uentreq; transmittit. q. nõ cũ omni exoletorũ femi narũq; turba cõuolutatur. meretq; q. magna pars sue felicitatis exclusa corporis angustiis cessat · Nunqd enĩ mi lucili ĩ hoc furor nõ ẽ. q̃ nemo nostrũ mortalẽ se cogitat. q. nemo ĩbecillũ ĩ ullo. q. nemo nostrũ unũ esse se cogitat. Aspice culinã nostrã et cursantes inter ignes coquos · unũ uideri putas uentrẽ. cũ tantorũ cultu comparatur cibus. Aspice uetera na nostra et plena multorũ seculorũ horrea · unũ putas uideri uẽtrẽ cui tot consulũ regionũq; uina cluduntur. Aspice quot locis uertatur terra. quot milia colonorũ arent. fodiãt. unũ putas uideri uentrem cui et in Sicilia et in Africa seritur. Sani erimus si modicũ cõcupiscemus. si unusquisq; se numeret. metiatur simul corpus · Sciat q̃ nec multũ capere. nec diu possit · Nichil tamen eque tibi profuerit ad temperan tiã omniũ rerũ q̃ frequens cogitatio breuis eui et huius incerti · Quicqd facies respice ad mortem · Vale ·

· CXV ·

Q̃ sapientẽ nõ decet orationis solicita cõcinnitas. de pulchritudine animi. q̃ omniũ hic eminẽtiũ nõ solida sed bracteata felicitas ẽ.

Nimis anxiũ esse te circa uerba et compositionẽ nolo mi lucili · habeo maiora q̃ cures · Quere quid scribas. nõ quẽadmodum. et hoc ipm nõ ut scribas sed ut sentias · Ut illa que senseris magis applices tibi. et uelut signes · Cuiuscunq; orationẽ uideris solicitam et politã; scito animũ quoq; nõ minus esse pusillis occupatũ · Magnus ille remissius loquitur et securius · Quecunq; dicit plus habẽt fiducie q̃ cure · Nosti cõplutos iuuenes · barba et coma nitidos de capsula tos. nichil ab illis speraueris forte. nichil solidũ · oratio cultus animi est · Si circũtonsa est et fucata et manu facta ostendit illũ quoq; non esse sincerũ. et habere aliquid ficti · Non est ornamẽtũ uirile concinnitas · Si nobis animũ uiri boni liceret inspicere. o q̃ pulchrã faciẽ q̃ sanctã q̃ ex magnifico placidoq; fulgentẽ uiderimus. hic iusticia illic fortitudine hic temperantia prudentiaq; lucentibus. preter has frugalitas et continẽtia et tolerantia et liberalitas comitasq; et quod credas in homine rarũ humanitas bonũ splendorẽ illi suũ affunderet · Tũc prudentia cũ elegantia et ex istis magnanimitas eminentissima. quantũ di boni decoris illi. q̃tũ ponderis grauitatisq; adderet. q̃ta esset cũ gratia autoritas. Nemo illam amabilem q nõ simul uenerabilẽ diceret ·

Siquis uideat hanc faciē altiorē fulgentiorēq; q̄ cerni inter humana
consueuit. nõne uelut numinis occursu obstupefactus resistat? et ut
fas sit uidisse precetur tacitus. Tū euocante ipā uultū benignitate pro
ductus adoret ac supplicet. et diu cõtemplatus uultū extantē supra q;
mensurā solitorū inter nos aspici elatā. oculis mite quiddā sed nichilo
minus uiuido igne flagrantibus. Tūc demū illā Virgilii nostri uocē
uerens atq; attonitus emittat. O q̄. te memorē uirgo. nanq; haud ti
bi uultus Mortalis. nec uox hominē sonat. o dea certe Sis felix nostrūq;
leues quecūq; laborē. Aderit. leuabitq; si colere eam uoluerimus. Co
litur autē nõ taurorū opimis corporibus trucidatis. nec auro argen
toq; suspenso. nec ĩ thesauros stipe infusa. sed pia et recta uoluntate.
Nemo inq̄. nõ amore eius arderet. si nobis illā uidere contingeret. Hūc
enī multa obsugillāt. et aciē nostrā aut splendore nimio repercutiunt
aut obscure retinēt. Sed si queādmodū uisus oculorū quibusdā medi
camentis acui solet et repurgari. sic nos aciē animi liberare ĩpedimē
tis si uoluerimus. poterimus perspicere uirtutē etiā obrutā corpore.
etiā paupertate opposita. etiā humilitate et fama obiacentibus. cerne
mus inq̄. pulchritudinē illā q̄uis sordidam obiectā. rursus eque ma
litiam et erūnosi animi ueternū pspiciemus. Quāuis multus circa di
uitiarū radiantiū splendor ĩpendeat et intuentē hīc honorū illīc
magnarū potestatū falsa lux uerberet. tūc intelligere nobis licebit
q̄ contemnēda miremur. simillimi pueris. quibus om̄e ludicrū in
precio est. Parentibus quippe nec minus fratribus preferūt paruo ere
empta monilia. Quid ergo inter nos et illos interest. ut Ariston ait.
nisi q. nos circa tabulas et statuas insanimus. carius inepti? illos repti
in litore calculi leues et aliquid habentes uarietatis delectant. nos
ingentiū macule colūnarū. siue ex egyptiis arenis. siue ex Africe soli
tudinibus adducte. uel porticū aliquā uel capacē populi cenationē
ferūt. Miramur parietes tenui marmore indutos cū sciamus quale
sit. quod absconditū oculis nostris imponimus? et cū auro tecta perfū
dimus. qd aliud q̄ mendacio gaudemus? Scimus enī sub illo auro
feda ligna latitare. nec tantū parietibus aut lacunaribus ornamē
tū tenue pretenditur. Omniū istorū quos precedere alios uides

bractea ita felicitas est · Inspice sub ista tenui membrana dignitatis q̃tũ
mali iaceat · hec ip̃a res que tot magistratus tot iudices detinet . que et
magistratus et iudices facit · Pecunia ex quo ĩ honore esse cepit . rerũ ue
rus honor cecidit · mercatoresq; et uenales inuicẽ facti querimus non
quale sit quicq; sed quanti · Ad mercedẽ pii sumus . ad misericordiã ĩpii .
et honesta q̃ diu aliqua spes illi inest sequimur . ĩ contrariũ transituri
si plus scelera promittẽt · Admirationẽ nobis parentes auri argentiq; fe
cerũt . et infusa teneris cupiditas . altius sedit creuitq; nobiscũ · Deinde
totus populus in alia discors et in hec conuenit . hoc suspiciũt . hoc suis op
tant . hoc diis uelut rerũ humanarũ maxime cũ grati uideri uolũt con
secrant · Deniq; eo mores redacti sũt ut paupertas maledicto probroq; sit .
cõtẽpta diuitibus . inuisa pauperibus · Accedũt deinde carmina poeta
rũ . que affectibus nostris facẽ subdant . quibus diuitie uelut unicũ uite
decus ornamentũq; laudantur · Nichil illis melius nec dare uidentur dii
ĩmortales posse nec habere · Regia solis erat sublimibus alta columnis .
Clara micante auro · Eiusdẽ currũ aspice · Aureus axis erat . temo aure
us . aurea sũme Curuatura rote . radiorũ argenteus ordo · Deniq; quod
optimũ uideri uolũt seculũ aureũ appellant · Nec apud tragicos desũt
qui lucro ĩnocentiã salutẽ opinionẽ bonã mutẽt · Sine me uocari pessi
mũ simul ut diues uocer . an diues sit omnes querimus . nemo an bonus .
non quare et unde · Quid habeas tantũ rogant · Ubiq; tanti quisq; q̃tũ
habuit fuit · Quid habere nobis turpe sit queris ? nichil · Aut diues opto
uiuere aut paup̃ mori · Bene moritur quisqis moritur dũ lucrũ facit ·
Pecunia ingens generis humani bonũ · cui nõ uoluptas matris aut blãde
potest par esse prolis · nõ sacer meritis parens tã dulce · si quid uenerit ĩ
uultũ micat · Merito illa mores celitũ atq; hominũ mouet · Cũ hi nouissi
mi uersus ĩ tragedia euripidis pronũtiati essent . totus populus ad eicien
dũ et actorẽ et carmen cõsurrexit uno impetu . donec euripides ĩ mediũ
ip̃e prosiluit . petens ut spectarent uiderentq; quẽ admirator auri exitũ
faceret · dabat in illa fabula penas Bellorophontis . quas in sua quisq; dat .
Nulla enĩ auaritia sine pena ẽ . quãuis satis sit ip̃a penarũ · O quantum
lacrimarũ q̃tũ laborũ exigit ! q̃ misera desiderat esse ! q̃ misere partis ẽ !
Adice cotidianas sollicitudines . q̃ pro modo habendi queq; discruciant ·

Maiore tormento pecunia possidetur q̄ queritur· Quātū damnis inge
miscāt que et magna incidūt et uidentur maiora· Deniq; ut illis fortu
na nichil detrahat quicq̄d nō acquiritur damnū ē· At felicem illū ho
mines et diuitē uocāt et conseq optant q̄tū ille possidet fateor· Quid er
go tu illos esse condicionis peioris extimas q̄ qui habent et miseriā et
inuidiā? Vtinā qui diuitias optant cū diuitibus deliberarēt· Vtinā ho
nores petituri cū ambitiosis et sūmū adeptis dignitatis statū· profecto
uota mutassēt. cū interī illi noua suscipiūt qui priora damnauerunt·
Nemo enī ēst cui felicitas sua etiā si cursu uenit satisfaciat· Queruntur
et de consiliis et de processibus suis. maluntq; semp que reliquerunt·
Itaq; hoc tibi phia prestabit quo equidē nichil maius existimo· nunq̄ te
penitebit tui· Ad hanc tamen solidā felicitatē· quā tempestas nulla cō
cutiat nō pducent te apte uerba contexta et oratio fluens leniter· E
ant ut uolūt. dū animo compositio sua constet· dū sit magnus et opinio
nū suarū securus. et ob ipsa que aliis displicent. sibi placens· q. profectū
suū uita extimet. et tantū scire se iudicet quantū nō cupit. q̄tum non
timet· Vale·

·CXVI·

Potius esse nullos q̄ modicos habere affect⁹ cōtra pipateticos tractat.

Vtrū satius sit modicos habere affectus an nullos sepe quesitum
ē· Nō illos peripatetici expellūt sed tēperāt· Ego nō uideo quo
modo salubris esse an utilis possit ulla mediocritas morbi· Noli
timere. nichil eorū que tibi nō uis negari eripio· facilē indulgentemq;
me prebebo· Rebus ad quas tendis. et quas aut necessarias uite aut utiles
aut iocundas putas. detrahā uitiū· Nam cū tibi cupere interdixero. uelle
pmittam. ut eadē illa intrepidus facias. ut certiore consilio. ut uolupta
tes illas magis sentias· Quidni ad te magis peruentura sint si illis impera
bis q̄ si seruias? Sed naturale est inquis ut desiderio amici torquear datus
lacrimis tā iuste cadentibus· Naturale est opinionibus hominū tangi. et
aduersis contristari· Quare nō pmittas michi huc tam honestū male opi
nionis metū? Nullū est uitiū sine patrocinio. nulli non initiū est uerecū
dū et exorabile. sed ob hoc latius funditur· Nō obtinebis ut desinat. si in
cipere permiseris· Imbecillis est primo omnis affectus· deinde se concitat
et uires dū procedit parat· Excluditur facilius q̄ expellitur· Quis negat
omnes affectus a quodam quasi naturali fluere principio? Curas nostri

·nobis natura mandauit· Sed huic ubi nimiū indulseris uiciū est· Vo
luptatē natura necessariis rebus admiscuit. nō ut illā peteremus. sed ut
ea sine quibus nō possumus uiuere gratiora nobis illius faceret accessio·
Si suo ueniat iure luxuria est· ergo intrantibus resistamus· quia facilius
ut dixi nō recipiuntur q̄ exeunt· Aliquatenus inquis dolere. aliquatenus
timere pmitte· Sed illud aliquatenus longe producitur. nec ubi uis acci
pit finē· Sapienti non sollicite custodire se. uiciū est· et lacrimas suas et
uoluptates ubi uolet sistet· Nobis quia non est ingredi facile optimū est
omnino nō progredi· Eleganter uidetur michi Panetius respondisse a
dolescentulo cuidā querenti an sapiens amaturus esset· De sapiente in
quit uidebimus· Michi et tibi qui adhuc a sapiente longe absumus non
ē cōmittendū ut incidamus ī rē cōmotā. ī potestatē alteri emancipatam
uilē sibi· Siue enī in nos respicit humanitate eius irritamur. siue cōtēp
sit superbia accendimur· Eque facilitas erroris q̄ difficultas nocet· Fa
cilitate capimur cū difficultate certamus· Itaq; conscii nobis imbecilli
tatis nostre quiescamus. nec uino infirmū animū cōmittamus. nec for
me. nec adulationi nec ullis rebus blande trahentibus· Quod Panetiꝰ
de amore querenti respondit. hoc ego de omnibus dico· quantū possumus
nos a lubrico recedamus· In sicco quoq; parū fortiter stamus· Occurres
hoc loco michi illa publica contra stoicos uoce. nimis magna promittis.
nimis dura precipis· Nos homines sumus· omnia nobis negare nō possu
mus· Dolebimus sed parū· concupiscemus sed tēperate. irascemur sed
placabimur· Scis quare nō possumus ista? quia nos posse non credimus·
Imo (me) hercules aliud est ī re. uitia nostra quia amamus defendimus et
malumus excusare illa q̄ excutere· Satis natura homini dedit roboris
si illo utamur. si uires nostras colligamus. ac totas pro nobis certe non
contra nos excitemus· Nolle ī causa ē. non posse pretenditur· Vale·

· CXVII ·

Argumētatᵉ cōtra quosdā cōpro
fessores suos. sapē bonū esse. de
inde hiᵉ disputatōnis uelut pe
nitens docet instrumēta uir
tutū. nō talia argumenta
tractanda ·

Multū michi negocii cōcinnabis. et dū nescis ī magnā me litē ac
molestiam īpinges. q michi tales questiūculas imponis. ī qbus
ego nec dissentire a nostris salua gratia. nec consentire salua cō
scientia possū· Queris an uerū sit quod stoicis placet. sapientiā bonā
esse. sapere bonū nō esse· Primū exponā quod stoicis uideatur. de
inde tūc dicere sententiā audebo· Placet nostris quod bonū ē. corpus

esse. quia quod bonū est facit. quicquid facit corpus est. quod bonū ē pro
dest. facit autē aliqd oportet ut prosit. si facit corpus est. Sapientiam
bonū esse dicūt. sequitur ut necesse sit illā corporalē dicere. At sapere
nō putant eiusdē condicionis esse. incorporale est et accidens alteri id
est sapientię. Itaq; nec facit quicq̄ nec prodest. Quid ergo nō dicimus
bonū esse sapere. Sapere dicimus referentes ad id ex quo pendet idest
ad ipām sapientiā. Aduersus hos quid ab aliis respondeatur audi ante
q̄ incipiā secedere et ī alia parte considere. isto modo inquiūt nec beate
uiuere bonū ē. uelit nolit respondendū est beatā uitā bonū esse. et be
ate uiuere bonū nō esse. Etiā nūc nostris illud quoq; opponitur uultis
sapere. ergo expetenda res est sapere. si expetenda res est bonū est. Co
guntur nostri uerba torquere. et unā syllabā expetendo interpone
re. quā sermo noster inseri nō sinit. ego illā si pateris iniungā. Expe
tendū est inquiūt quod bonū est expetibile. quod nobis contingit. cum
bonū secuti sumus. nō petitur tanq̄ bonū. sed petito bono accedit. Ego
nō idē sentio et nostros iudico in hoc descendere. quia iam primo ui
culo tenentur. et mutare illis formulā non licet. Multū dare solemus
presūptioni omīum hominū. et apud nos ueritatis argumentū ē ali
qd omnibus uideri tanq̄ deos esse. Inter alia hec colligimus q, omnibus
insita de his opinio est. nec ulla gens usq̄ est adeo extra leges moresq;
proiecta ut nō aliquos deos credat. Cū de animarū eternitate disse
rimus nō leue argumētū apud nos habet consensus hominū aut timē
tiū inferos aut colentiū ethera. Vtor hac publica p̄suasione. neminē
inuenies q nō putet et sapientiā bonū et sape. Non faciā quod uicti so
lent. ut prouocē ad populū. nostris incipiamus armis confligere. Quod
accidit alicui utrū extra id cui accidit est. an in eo cui accidit? Si
ī eo cui accidit corpus ē. nichil enī accidere sine tactu potest. Quod aūt
tā corpus ē q̄ illud cui accidit. nichil enī accidere sine tactu potest. qd
tangit corpus. corpus ē. qd autē corpus est si extra ē postq̄ accesserat
recessit. qd recessit motū habet. quod motū habet corpus ē. Speras me
dicturū non esse aliud cursū aliud currere. nec aliud calorē aliud cale
re. nec aliud lucē aliud lucere. Concedo ista alia esse. sed nō sortis alte
rius. Si ualitudo indifferens ē. bene ualere indifferens est. si forma

indifferens est et formosū esse indifferens est· Si iusticia bonū est et iustū
esse· Si turpitudo malū est. et turpe malū ē· Tam me hercules q̄ si lippitu
do malū ē. et lippire quoq; malū ē· hoc scias. neutrū sine altero esse po
test· Qui sapit. sapiens ē. qui sapiens ē sapit· adeo nō potest dubitari an
quale illud sit. tale hoc sit. ut quibusdā utrunq; unū uideatur atq; idem.
Sed illud libenter quesierī. cū omnia aut mala sint aut bona aut indifferē
tia· sapere in quo numero sit. bonū negant esse. malū utiq; non est. seq
tur mediū sit· Id autē mediū atq; indifferens uocamus. quod tā malo cō
tingere q̄ bono potest. tanq̄ pecunia. forma. nobilitas· hec ut sapiat cō
tingere nisi bono nō potest. ergo indifferens nō est· Atqui ne malū quidē
est. quod cōtingere malo nō potest. ergo bonū est· Quod nisi bonus nō ha
bet bonū ē· sapere nisi bonus nō habet. ergo bonū est· Accidens est inqt
sapientię. hoc ergo quod uocas sapere utrū facit sapientiā an patitur.
utroq; modo corpus est· Nam et quod fit et facit corpus est. si corpus ē
bonū est· Vnū eni illi deerat quominus bonū esset. qđ incorporale erat·
Peripateticis placet nichil interesse inter sapiētiā et sape. cū in utrolibet
eorū et alterū sit· Nunqd enī quēq̄ existimas sape. nisi qui sapientiam
habet? Nunqd quenq̄ qui sapit nō putas habere sapientiā? Dialectici
ueteres ista distinguūt· Ab illis diuisio usq; ad stoicos uenit· Qualis sit hec
dicā· Aliud est ager. aliud agrū habere· Quidni cū habere agrū ad habē
tem non ad agrū ptineat· Sic aliud est sapientia. aliud sapere· Puto con
cedas duo esse hec. id quod habetur. et eū qui habet· Habetur sapientia.
habet qui sapit· Sapientia est mens pfecta uel ad sūmū optimūq; pduc
ta· Ars enī uite est. sapere quid ē non possū dicere mentē pfectā. secūdū
id quod contingit perfectā mentē habenti· Ita alterū est mens bona. alte
rū quasi habere bonā mentē· Sunt inquit nature corporū. tanq̄ hic ho
mo est. hic equus· has deinde sequūtur motus animorū. enūtiatiui
corporū· hi habent propriū quiddā et a corporibus seductū tanq̄ uideo
Catonē ambulantē. hoc sensus ostendit. animus credidit· Corpus est
quod uideo. cui et oculos intendi et animū· Dico deinde Cato ambulat.
Non corpus est inqt quod nūc loquor. sed enuntiatiū quiddā de corpore.
quod alij affectū. alij enuntiatū. alii edictū dicūt· Sic cū dicas sapiētiā
corporale quiddam intelligimus. cū dicamus sapit de corpore loqmur·

Plurimũ autẽ interest. utrũ illud dicas an de illo. Puta presentia ista
duo esse. Nondũ enĩ qd michi uideatur pronuntio. Quid prohibet quo
minus aliud quid esse. sed nichilominus bonũ. Dicebas paulo ante aliud
esse agrũ. aliud habere agrũ. Quidni? In alia enĩ natura est qui habet
in alia quod habetur. Illa terra est. hic homo ẽ. at in hoc de quo agitur.
Eiusdẽ nature sunt utraq;. et qui habet sapientiã. et ipsa que habetur. Pre
terea illic aliud ẽ quod habetur. alius qui habet. hic in eodẽ est et qui ha
betur et qui habet. Iure possidetur ager. sapientia natura. Ille alienari
potest. et alteri tradi. hec nõ discedit a domino. Non est itaq; quod com
pares inter se dissimilia. Ceperã dicere posse ista duo esse. et tamen u
traq; bona. et tanq̃ sapientia et sapiens duo sũt. Vtrunq; bonũ esse conce
dis. quomodo nichil obstat. quominus et sapientia bonũ sit et habere sapi
entiã. sic nichil obstat quominus et sapientia bonũ et habere sapientiã
idest sapere. Ego uolo in hoc sapiens esse ut sapiã. Quid ergo? Nõ est id
bonũ. sine quo nec illud bonũ est. Vos certe dicitis sapientiã si sine usu de
tur accipiendã nõ esse. Quid est usus sapientie? Sapere. hoc est in illa
preciosissimũ. quo detracto sup̃uacua sit. Si tormenta mala sũt. torque
ri malũ est. Adeo qdẽ ut illa nõ sint mala. si quod sequitur detraxeris. Sa
pientia habitus perfecte mentis ẽ. Quomodo potest usus eius bonũ nõ esse.
que sine usu bonũ nõ ẽ? Interrogo te an sapientia expetenda sit. Fateris.
Interrogo an usus sapientie expetendus sit. Fateris. Negas illã te receptu
rũ. si uti ea prohibearis. Quod expetendũ est. bonũ est. Sapere sapientie
usus est. quomodo eloquentie loqui. quomodo oculorũ uidere. ergo sape
sapientie usus est. Vsus autẽ sapientie expetendus ẽ. sapere ergo expetendũ
est. si expetendũ est. bonũ est. Olim ipse me damno qui illos imitor. dũ accu
so uerba aperte rei impendo. Cui enĩ dubiũ potest esse. quia si estus malũ ẽ
estuare malũ sit? si algor malũ est. malũ sit algere? si uita bonũ est uiuere
bonũ sit? Omnia ista circa sapientiã. non in ipsa sũt. At nobis in ipsa cõmoran
dũ est. etiã si quo euagari libet. Amplos habet illa spatiososq; secessus. De de
orũ natura queramus. de siderũ elemento. de his tam uariis stellarũ di
scursibus. an ad illarũ motus nostra moueantur corpora. an corporibus
hominũ animisq; illinc impetus ueniat. an et hec que fortuita dicuntur
certa lege sint constricta. nichilq; in hoc mundo repentinũ aut expers

ordinis uolutetur· Ista iam a formatione morū recesserūt. sed leuant
animū et ad ipsarū quas tractant rerū magnitudinē attollūt· Hec ue
ro de quibus paulo ante dicebam minuūt et deprimūt. nec ut putatis
exacuūt sed extenuāt· Obsecro uos cur tā necessariā curā maioribus meli
oribusq; debitā. in re nescio an falsa. certe inutili terimus· Quid mi
chi profuturū est scire an aliud sit sapientia aliud sapere? Quid michi
profuturū ē scire qd ē bonū temere me gerā sube o huius uoti aleā. tibi
sapiētia. michi sapere contingat. pares erimus· Potius id age ut michi
uiam mōstres. qua ad ista perueniā· Dic qd uitare debeā. qd appetere.
quibus animū labantē studiis firmē· quēadmodū que me extransuer
so feriūt. aguntq; procul a me repellam· Quomodo par esse tot malis possī.
quomodo istas calamitates remoueā. que ad me irruperūt. quomodo
illas ad quas ego irrupi· Doce me quomodo ferā erūnā sine gemitu meo
felicitatē sine alieno· quomodo ultimū ac necessariū nō expectē uite
terminū. sed ipse me cū iussū fuerit profugiā· Nichil michi uidetur
peius q̄ optare mortē· Nam si uis uiuere. qd optas mori? si nō uis. qd
deos rogas qd tibi nascenti dederūt naturā ut quandoq; moriaris· etiā
inuito positū est. ut cū uoles ī tua manu est· Alterū tibi necesse est. al
terū licet· Turpissimū his diebus principiū deserti me hercules uirile
gi· Ita inquit q̄ primū moriar? homo demens optas rē tuā· Ita q̄ pri
mū moriar. fortasse inter has uoces senex factus es· alioquin qd ī mo
ra est? nemo te tenet. euade qua iussū ē· elige quā libet rerū nature
partē. quā tibi prebere exitū iubeas· Hec nempe sūt elementa quibus
hic mundus administratur aqua. terra. spiritus· Omnia istā tā cau
se uiuendi sunt q̄ uie mortis· Ita q̄ primū moriar? q̄ primū istud qd
esse uis· que illi diem ponis? citius fieri q̄ optas potest· Imbecille mētis
ista sūt uerba et hac detestatione misericordiā decaptantis· Non
uult mori qui optat· Deos uitā et salutē roga si mori placuit· hic mor
tis est fructus optare desinere· hoc mi lucili tractemus· his formemus
animū· hoc est sapientia· hoc est sapere· nō disputatiunculis inani
bus subtilitatē uanissimā agitare· Tot questiones fortuna tibi posuit.
illas nondū soluisti· iā cauillaris quasi stultū est. cū signū pugne acce
peris uentilare· Remoue ista luxurie arma· decretorijs opus est

Dic qua ratione nulla animū tristicia nulla formido perturbet. qua
ratione hoc secretarū cupiditatū pondus effundā. qua ratione agatur
aliquid. sapientia bonū est. sapere nō est bonū. sic fit. negemus sapere
ut hoc totū studiū derideatur tanq̄ operatū supuacuus. Quid si scires et
illud queri. an bonū sit sapientia? qd enī dubiū est. oro te. an hec mes
sem futurā iam sentiant horrea. nec futurā adolescentiā pueritia ui
ribus aut ullo robore intelligat? Egro nichil interī uentura sanitas
prodest. nō magis q̄ currentē luctantēq; post multos secuturū sensus
ociū reficiat. Quis nescit hoc ipo nō esse bonū id quod futurū ē. quia fu
turū est? Nā quod bonū est utiq; prodest. sed nisi presentia prodesse
nō possūt. si nō prodest. bonū nō est. si prodest iā est. futurus sū sapiēs.
hoc bonū erit cū fuerit. Interī non est. prius aliud esse debet. Quomo
do autē tibi magis uis probari nō esse aliqd q̄ si dixero futurū ē? Nōdū
enī euenisse apparet quod ueniet. Ver secuturū est. scio nūc hiemem
esse. Estas secutura ē. scio estatē non esse. Maximū argumentū habeo
nondū presentis futurū esse. Sapientiā spero. sed interī non sapio. si
illud bonū haberē. iam hoc carerē malo. futurū est ut sapiā. ex hoc
licet nō dū sapere me intelligas. nō possū simul in illo bono et in hoc
malo esse. Duo ista nō coeunt. nec apud eundē sūt una. bonū et malū.
Transeamus solertissimas nugas. et ad illa que nobis aliquā opē sūt la
tura properemus. Nemo qui obstetricē parturienti filie solicitus accer
sit edictū et ludorū ordinē perlegit. Nemo qui ad incendiū domus
sue currit tabulā latrunculariā prospicit. ut sciat quomodo alligatus
exeat calculus. At me hercule omnia tibi undiq; nuntiantur. et incen
diū domus. et periculū liberorū. et obsidio patrie. bonorū direptio.
Adice istis naufragia motusq; terrarū. et quicqd aliud timeri potest. In
ter ista districtus rebus nichil aliud q̄ animū oblectantibus uacas.
Quid inter sapientiā et sapere intersit inquiris? nodos nectis. ac soluis.
tāta mole īpendēte capiti tuo. Nō tā benignū ac liberale tempus natu
ra nobis dedit. ut aliquid ex illo uacet perdere. et uide q̄ multa etiā
diligētissimis pereāt. Aliud ualitudo sua cuiq; abstulit. aliud suorum.
Aliud necessaria negocia. aliud publica occupauerūt. uitā nobiscū di
uidit somnus. et hoc tempore tam angusto et rapido et nos auferente

quid iuuat maiorē partē mittere ī uanū. Adice nūc qd̄ assuescat animus
delectare se potius q̄ sanare. et philosophiā oblectamentū facere. cū reme
diū sit. Inter sapientiā et sapere. quid intersit nescio. scio mea nō interesse.
sciam ista an nesciā. Dic michi dic michi. Est qd̄ inter sapientiā et sape
intersit. si didicero sapientiā? Cur ergo potius inter uocabula sapiētie
me detines q̄ inter opera? fac me fortiorē. fac securiorē. fac fortune
parem. fac supiorē. Possū iam superior esse. si direxero omē qd̄ disco.

·CXVIII·

Remittens de mūdanorū sollicitudine et sapiētis securitate qd̄ sit bonū et q̄ honesti ac boni sit differētia mōstrat.

Exigis a me frequentiores epistolas. rationes conferamus. soluē
do par nō eris. Conuenerat quidē ut tua priora essent. Tu scri
beres. ego rescriberē. sed non ero difficilis. Bene credi scio. Itaq;
in antecessū dabo. Nec faciam qd̄ Cicero uir disertissimus facere Atticū
iubet. ut etiā si rem nullā habebit. que ī buccā uenerit scribat. Nunq̄
potest deesse quod scribam. ut omnia illa que Ciceronis implēt epistolas
transeā. quis candidatus laboret. q̄s alienis. quis suis uiribus pugnet.
quis consulat fiducia cesaris. quis Pompeii. quis apte petat. q̄ durus sit
fenerator Cecilius. a quo nūmis centesimis propinq nūmū mouere nō
possent. Sua satius ē mala q̄ aliena tractare. se excutere et uidere q̄
multarū rerū candidatus sit et nō suffragari. hoc est mi lucili egregiū
hoc securū ac liberū nichil petere et tota fortune comitia transire. q̄
putas esse iocundū tribubus uocatis. cū candidati ī templis suis pendeāt.
et alius nūmos pronūtiet. alius p sequestrē agat. alius eorū osculis ma
nus conterat. quibus designatus contingendā manū negaturus ē. Oēs
attoniti uocē preconis expectant. stare ociosū et expectare illas nundi
nas nec ementē quicq̄ nec uendentē. quāto hic maiore gaudio fru
tur q nō pretoria aut consularia comitia securus intuetur. sed magis
illa in quibus alii honores anniuersarios petūt. alii perpetuas potesta
tes. alii bellorū euentus prosperos triumphosq;. alii diuitias. alii ma
trimonia ac liberos. alii salutē suam suorūq;? Quanti animi res ē solū
nichil petere. nulli supplicare et dicere. Nichil michi tecū fortuna. non
facio mei tibi copiā. scio apud te Catones repelli. uatinios fieri. nichil
rogo. hoc est priuatā facere fortunā. Licet ergo hoc inuicē scribere et
hanc integrā semp agere materiā circūspicientibus tot milia hominū
inquieta. qui ut aliquid pestiferi consequantur p mala nituntur in

malū. petitq; mox fugienda aut etiā fastidienda. Cui enī assecuto sa
tis fuit qđ optanti nimiū uidebatur. Non est ut existimant homines
auida felicitas sed pusilla. itaq; neminē satiat. Tu ista credis excelsa
quia longe ab istis iaces. Ei uero qui ad illa ꝑuenit humilia sunt. Men
tior nisi adhuc querit ascendere. Istud quod tu sūmū putas. gradus ē.
Omnes autē male habent. ignorantia ueri tanq̄ ad bona feruntur decep
ti rumoribus. Deinde mala esse aut inania. aut minora q̄ sperauerit
adepti ac multa passi uidēt. maiorq; pars miratur ex interuallo fallē
tia. et uulgo bona pro magnis sūt. Hoc ne nobis quoq; eueniat quera
mus quid sit bonū. uaria eius interpretatio fuit. hoc alius alio modo
alius illud aliter expressit. Quidā ita diffiniūt. Bonū est quod inuitat
animos quod ad se uocat. huic statī opponitur. Quid si inuitat quidē?
sed ī perniciē. Scis q̄ multa mala blanda sint. Verū et uerisimile inter
se differūt. Itaq; qđ bonū est uero iungitur. Non est enī bonū nisi uerū
est. At quod inuitat ad se et allicere facit uerisimile est. surripit soli
citat attrahit. Quidā ita diffinierūt. bonū est qđ ad petitionē sui
mouet. uel qđ īpetū animi tendentis ad se mouet. Et huic idē opponi
tur. Multa enī impetū animi mouent que petantur petentiū malo.
Melius illi qui ita diffinierūt. Bonū est qđ ad se impetū animi secun
dū naturā mouet. et ita demū petendū est. cū cęperit esse expetēdū.
Iam enī honestū ē. hoc enī est perfecte petendū. Locus ipse me admonet
ut quid intersit inter bonū honestūq; dicam. Aliquid inter se mixtum
habent et īseparabile. nec potest bonū esse nisi cū aliquid honesti inest.
et honestū utiq; bonū est. Quid ergo inter duo interest? honestū ē per
fectū bonū quo beata uita completur. cuius contactu alia quoq; bona
fiūt. Qđ dico tale est. sūt quedā neq; bona neq; mala. tanq̄ militia
legatio iurisdictio. hec cū honeste ministrata sūt. bona esse incipiūt et
ex dubio in bonū transeūt. Bonū societate honesti fit honestū. ꝑ se bo
nū est bonū. ex honesto fluit honestū. ex se est. quod bonū ē malū esse
potuit. quod honestū est nisi bonū esse nō potuit. Hanc quidā diffini
tionē tradiderūt. Bonū est quod secundū naturā ē. Attende qđ dicā.
quod bonū est secundū naturā ē. nō protinus quod secundū naturā ē.
etiam bonū est. Multa nature quidē consentiūt. sed tam pusilla sūt

ut nō conueniat illis boni nomen · leuia enī sunt et contemnenda · nullū
etiam minimū contemnendū bonū est · Nam q̄ diu exiguū est bonū nō
est · cū bonū esse cepit non est exiguū · Vnde autē agnoscitur bonū? si p
fecte secūdū naturā est · Fateris inquis qđ bonū est secundū naturā esse ·
hec eius proprietas est · fateris et alia secundū naturā quidē esse · sed bo
na non esse · quomodo ergo bonū illud est cū hec non sint? quomodo ad
aliam proprietatē peruenit cū utriq; precipuū illud comune sit · secū
dū naturā esse ipām scilicet magnitudinē? Nec hoc nouū est quedam
crescendo mutari · Infans fuit factus pubes est · alia eius proprietas fit ·
Ille enī irrationalis · hic rationalis · quedā ī cremento non tantū in ma
ius exeūt sed in aliud · Non fit inquit aliud qđ maius fit · utrū lagenā
an doliū impleas uino · nichil refert · in utroq; proprietas uini ē · Ex
iguū mellis pondus et magnū sapore nō differūt · Diuersa ponis exē
pla · In istis enī qualitas eadē est · q̄uis augeantur · Manēt quedā ampli
ficata in suo genere et in sua proprietate perdurāt · quedā post multa
incrementa ultima demū uertit adiectio · et nouā illis aliamq; q̄ in
qua fuerūt condicionē imprimūt · Vnus lapis facit fornacē · ille qui
latera inclinata cuneauit et interuentu suo uixit · sūma adiectio q̄
plurimū facit ut exigua · qa nō auget sed implet · quedā processu pri
orem exuūt formā et ī nouam transeūt · ubi animus aliqđ diu protu
lit et ī magnitudinē eius laxatus est sequendo · Infinitū cepit uocari
qđ longe aliud factū est q̄ fuit cū magnū uideretur · sed et finitū eodē
modo aliquid difficulter secari cogitamus nouissime crescente · hac
difficultate insecabile inuentū ē · Sic ab eo qđ uix et egre mouebatur
processimus ad īmobile · Eadem ratione aliquid secundū naturā fuit ·
hoc in aliam proprietatē magnitudo sua transtulit · et bonū fecit · Val ·

· CXVIIII ·

De parsimonia uictus et tormēto īfelicis luxurie et q nūq paruū est qđ satis est ·

Quotiens aliquid inueni non expecto donec dicā ī cōmune ·
ipse michi dico · Quid sit quod inueneri queris? sinū laxa ·
Meū lucrū est · Docebo quomodo fieri diues celerrime possis ·
quod ualde cupis audire · Nec īmerito · Ad maximas te diuitias com
pendiarie ducā · Opus erit tantū tibi creditore ut negociari possis ·
Et alienū facias oportet · sed nolo p intercessorē mutueris · nolo pro
xenetę nomen tuū iactent · paratum tibi creditorem dabo Catonia

num illud a te mutuũ sumes. quantulũ cunq; est satis erit si quod de erit
id a nobis petierimus. Nichil enĩ mi lucili interest utrũ nõ desideres. an
habeas. Sũma rei in utroq; eadẽ est. nõ torqueberis. Nec illud precipio ut
aliquid nature neges. contumax est. nõ potest uinci. suũ poscit. sed et qc-
quid naturã excedit. scias precariũ esse. non necessariũ. Esurio edendũ
ẽ. Utrũ hic panis sit plebeius an siligineus ad naturã nichil pertinet. il
la uẽtrẽ nõ delectari uult sed impleri. Sitio. utrũ hec aqua sit quam
ex lacu proximo excepero. an ea quã multa niue eluero ut rigore refri
geretur alieno. ad naturã nichil pertinet. Illa hoc unũ iubet. sitĩ extingui.
Utrũ sit aureũ poculũ an crystallinũ an myrteũ an tiburtinus calix.
an manus concaua. nichil refert. finem omniũ rerũ specta et superua
cua dimittes. Fames me appellat. Ad proxima queq; extendatur manus.
En ipsa michi cõmendauit quodcunq; comprehendero. nichil contemnit
esuriens. Quod sit ergo quod me delectauerit queris? Uidetur michi e
gregie dictũ. Sapiens diuitiarũ naturaliũ ẽ questor acerrimus. Inani
me inquis lance muneras. qd istud qd inane parauerã. Ego fiscos cir
cũspiciebam. ĩ quod me mare negociaturus ĩmitterẽ. quod publicã agita
rem. quas accersere merces. Decipere est istud. docere paupertatẽ cum
diuitias promiseris. Ita tu pauperẽ iudicas cui nichil deest? suo inquis
et patientie sue beneficio nõ fortune. Ideo ergo illũ nõ iudicas diuitem
quia diuitie eius desinere nõ possũt? utrũ malis habere multũ an satis?
Qui multũ habet plus cupit. qd est argumẽtũ. nondũ illũ satis habere q
satis habet. cõsecutus est quod nunq̃ diuitiis contigit finẽ. An has ideo
nõ putas esse diuitias quia propter illas nemo proscriptus ẽ? quia propter
illas nulli uenenũ filius. nulla impegit uxor? quia ĩ bello tute sũt? quia
ĩ pace ociose? quia nec habere illas periculosũ ẽ? nec operosũ disponere? An
parũ habet qui tantũ nõ alget? non esurit? nõ sitit? Plus iupiter nõ habet.
Nunq̃ parũ est quod satis ẽ. et nunq̃ multũ est quod satis non ẽ. Post
Dariũ et indos paup est Alexander Macedo. querit qd suũ faciat. scru
tatur maria ignota. ĩ oceanũ classes mittit nouas. et ipsa ut ita dicã
mundi claustra perrumpit. qd nature satis non ẽ homini non est. in
uentus est qui concupisceret aliquid post omnia. Tanta est cecitas mẽ
tium et tanta initiorũ suorũ unicuiq; processit obliuio. Ille modo

ignobilis angeli. nō sine controuersia dominus tanto fine terrarū p suum
rediturus orbē tristis est. Neminē pecunia diuitē fecit. imo contra nulli
nō maiorē sui cupiditatē incussit. Queris que sit huius rei causa? Plus in
cipit habere posse qui plus habet. Ad sumā quē uoles michi ex his quorū
nomina cū Chreso liānioq; numerantur. ī mediū licet protrahas. Afferat
et censum et quicqd habet et quicqd sperat simul cōputet. Iste crede mi
chi paup est. si potest esse. At hic qui se ad quod exigit natura composuit.
nō tantū extra sensus est pauptatis. sed extra metū. sed ut scias q̄ difficile
sit res suas ad naturalē modū coartare. hic ipe de quo circa naturā di
cimus quē tu uocas pauperē habet aliquid ex supuacuis. At excecant
populū et in se conuertūt opes. Si nūmati multū ex aliqua domo effe
runtur. si multū auri tecto quoq; eius illinitur. si familia aut corpori
bus electa aut spectabilis cultu ē. omniū istorū felicitas ī publicum
spectat. Ille quē nos et populo et fortune subduximus. beatus ītrorsū
est. Nā quod ad illos pertinet apud quos falso diuitiarū nomē inuasit
occupata paupertas. sic diuitias habent. quomodo habere dicimur fe
brem. quasi illa nos habeat. E contrario dicere solemus febris illū te
net. eodē modo dicendū ē. diuitie illū tenent. Nichil ergo maluisse
te malim q̄ hoc qd nemo monetur satis. ut omnia naturalibus desi
deriis metiaris. quibus gratis aut satis fiat aut paruo tantū miscere
uitia desideriis noli. Queris quali mensa quali argento q̄ paribus mi
nisteriis et leuibus apparatur cibus? Nichil preter cibū natura deside
rat. Nū tibi cū fauces urit sitis. aurea queris pocula. nū esuriens fa
stidis omnia preter pauonē rūbūq;. Ambitiosa non est fames. cōten
ta desinere est. quo desinat nō nimis curat. Infelicis ista luxurie tormē
ta sunt. Querit queādmodū post saturitatē quoq; esuriat. queādmo
dū nō impleat uentrē sed farciat. Queādmodū sitim ī prima potione
sedata reuocet. Egregie itaq; horatius negat ad sitim pertinere quo
poculo aqua aut q̄ eleganti manu ministretur. Nam si ptinere ad te
iudicas q̄ crinitus puer et q̄ perluadū tibi poculū porrigat. nō sitis.
Inter reliqua hoc nobis prestat natura precipuū. q. necessitati fastidiū
excussit. recipiūt supuacua delicatū. hoc parū decens. illud parū lau
datū. oculos hoc meos ledit. id actū est ab illo mūdi conditore. q no

bis iura uiuendi descripsit ut salui essemus non delicati. Ad salutẽ
omnia parata sunt et ĩ prõptu. Delitijs omnia misere ac solicite com
parantur. Vtamur ergo hoc nature benificio inter magna numerãdo.
et cogitemus nullo nomine melius illam meminisse de nobis. quia qc
quid ex necessitate desideratur sine fastidio sumitur.

·C X X·

Quomodo ad nos pma puenerit boni honestiq; noticia. ubi notat eos qui assidue suũ statũ uariãt.

Epistola tua p plures questiũculas uagata est. sed ĩ una cõsti
tit. et hanc expediri desiderat. quomodo ad nos boni hone
stiq; notitia puenerit. hec duo apud alios diuersa sũt. apud
nos tantũ diuisa. Quid sit hec dicam. Bonũ putant esse aliqd qđ
utile est. Itaq; hoc et de diuitijs et equo et uino et calceo nomen im
ponũt. tanta fit apud illos utilitas boni. adeo ĩ sordida usq; descendit.
honestũ putant cui ratio recti officii constat. tanq̃ pie curatã patris
senectutẽ. adiutã amici pauptatẽ. fortẽ expeditionẽ. prudentẽ mo
deratãq; sententiã. Itaq; duo quidẽ facimus sed ex uno. nichil esse
bonũ nisi quod honestũ. quod honestũ est utiq; bonũ. Supuacuũ iudi
co adicere qđ inter ista discriminis sit cũ sepe dixerĩ. hoc unũ dicam
nichil nobis uideri bonũ quo quis et male uti potest. Vides autẽ diui
tijs nobilitate uiribus q̃ male utantur multi. Nunc ergo ad id reuer
tor de quo desideras dici. quomodo ad nos prima boni honestiq; no
ticia puenerit. hoc nos natura docere nõ potuit. semina nobis sciẽ
tie dedit. scientiã nõ dedit. quidã aiunt nos ĩ noticiã incidisse. qđ
est incredibile uirtutis alicuius speciẽ casu occurrisse. nobis uidetur
obseruatione nos collegisse. et rerũ sepe factarũ inter se collatiõe per
analogiã nostri intellectus. et honestũ et bonũ iudicat. hoc uerbum
cũ latini grãmatici ciuitate dãnauerit ego damnandũ nõ puto. ĩ
ciuitatẽ suã redigendũ. Vtar illo nõ tantũ tanq̃ recepto. sed tanq̃
usitato. Que sit hec analogia dicam. noueramus corporis sanitatẽ.
ex hac cogitauimus esse aliquã et animi. noueramus uires corporis.
ex his collegimus esse animi robur. aliqua benigna facta. aliqua
uera. aliqua fortia nos obstupefecerat. hec cepimus tanq̃ perfecta
imitari. Suberant illis multa uitia q̃ species conspicui alicuius facti
fulgorq; celabat. hec dissimulauimus. natura iubet augere laudã
da. Nemo nõ gloriã ultra uerũ tulit. Ex his ergo speciẽ ingentis

al humana

boni traximus· Fabricius pyrrhi regis aurū repulit. maiusq; regno
regias iudicauit opes posse contemnere· Idem medico pyrrhi promit
tente uenenū se regi daturū. monuit pyrrhū cauere insidias· Eiusdē
animi fuit auro nō uinci. ueneno nō uincere· Admirati sumus in
gentē uirū. quē nō regis. non contra regē promissa flexissent. boni
exempli tenacē. qđ difficillimū est. ī bello īnocentē. qui aliqđ esse
crederet etiam ī hoste nefas. q ī sūma paupertate quā sibi decus fece
rat. nō aliter refugit diuitias q̄ uenenū· Viue inqt beneficio meo pyr
rhe et gaude q. adhuc dolebas fabriciū nō posse corrūpi· horatius
Cocles solus impleuit pontis angustias· Ademit ergo sibi reditū dūmo
do iter hosti auferret· Iussit etiā diu prementibus resisti donec reuul
sa ingenti ruina tigna sonuerūt· Postq̄ respexit ubiq; et extra periculū
esse patriā periculo suo sensit· Veniat siquis uult inqt sic euntē seq.
deditq; se ī preceps et nō minus sollicitus ī illo rapido alueo flumi
nis ut armatus q̄ ut saluus exiret retento armorū uictricium decore
tā tutus rediit q̄ si ponte uenisset· hec et huiusmodi facta imaginē
nobis ostendere uirtutis· Adiciā quod mirū fortasse uideatur. ma
la interdū speciē honesti obtulere. et optimū ex contrario nituit·
Sūt enī ut scis uitia uirtutibus confinia. et perditis quoq; ac turpibus
recti similitudo ē· Sic mentitur prodigus liberalē. cū plurimū in
tersit utrū quis dare sciat an seruare nesciat· Multi inq̄ sūt lucili
qui non donāt sed proiciūt· Non uoco ego liberalē. pecunie sue ira
tū· Imitatur negligentia facilitatē. temeritas fortitudinē· hec
ergo nos similitudo coegit attendere et distinguere specie qdem
uicina. re autē plurimū inter se dissidentia. dū obseruamus eos
quos insignes opus egregiū fecerat cepimus annotare quis rē ali
quā generoso animo fecisset. et magno impetu· Sed semel uidimus
hūc ī bello fortē. ī foro timidū. animose paupertatē ferentē. humi
liter infamiā· factū laudauimus contēpsimus uirū· Aliū uidimus
aduersus amicos benignū. aduersus inimicos temperatū. et publi
ca ac priuata sancte ac religiose administrantē. nō deesse ei et
in his q̄ toleranda erant patientiā. et in his q̄ agenda prudē
tiam· Vidimus ubi tribuendū esset plena manu dantē. ubi

laborandū pertinacē et obnoxiū et lassitudinē corporis animo sub
leuantē. Preterea idē erat semp̄ et in omni actu par sibi. iam non
consilio bonus sed more. eo q; pductus. ubi nō tantū recte facere pos
set. sed nisi recte facere nō posset. Intelleximus ĩ illo perfectam esse
uirtutē et ĩ partes diuisimus. oportebat cupiditates refrenari me
tus comprimi. facienda prouideri. reddenda distribui. cōprendi
mus tempantiā. fortitudinē. prudentiā. iustitiā. et suū cuiq; dedi
mus officiū. Ex quo ergo uirtutē intelleximus ostendit illā nobis or
do eius et decor et cōstantia et omniū inter se actionū concordia et
magnitudo sup omnia efferens se se. hinc intellecta est illa beata
uita secundo defluens cursu arbitrij sui tota. Quomodo ergo hoc
ipm̄ nobis apparuit dicā. Nunq̄ uir ille perfectus adeptusq; uirtutē
fortune maledixit. nūq̄ accidentia tristis excepit. ciuē esse se uni
uersi et militē credens. labores uelut imperatos subiit. Quicqd in
ciderat nō tanq̄ malū aspernatus ē et in se casu delatū sed quasi de
legatū sibi. hoc qualecumq; est asperū ē. durū est. in ipso habemus opā.
Necessario itaq; magnus apparuit qui nunq̄ malis ingemuit. nunq̄
de fato suo questus est. fecit multis intellectū sui et nō aliter q̄ in
tenebris lumen effulsit aduertitq; in se omniū animos cū esset pla
cidus et lenis. humanis diuinisq; rebus pariter equus. habebat per
fectū animū ad sūmā sui adductus. supra quā nichil est nisi mens
dei. ex qua pars etiā in hoc pectus mortale defluxit qđ nunq̄ ma
gis diuinū ē q̄ ubi mortalitatē suā cogitat. et scit ĩ hoc natū homi
nē ut uita fungeretur. nec domū esse hoc corpus sed hospitiū. et qdē
breue hospitiū qđ relinquendū est. ubi te grauē hospitē esse uideas.
Maximū inq̄ mi lucili argumentū ē animi ab altiore uenientis sede
si hec ĩ quibus uersatur humilia iudicat. et angusta si et exire nō
metuit. Scit eni quo exiturus sit. qui unde uenerit meminit. Non
uidemus q̄ multa nos ĩ cōmoda exagitent. q̄ male nobis conueniat
hoc corpus. nūc de uentre. nūc de capite. nūc de pectore et faucibus
querimur. alias nerui nos alias pedes uexant. nūc deiectio. nūc di
stillatio. aliquando supest sanguis. aliquando deest. hinc itaq; et
illinc tēptamur et expellimur. Hoc euenire solet ĩ alieno habitātib;.

..hanc

At nos corpus tam putre sortiti nichilominus alterna proponimus. et
in quantū potest etas humana protendi tantū spe occupamus nulla
contenti pecunia nulla potentia. Quid hac re fieri imprudentius qd
stultius potest? Nichil satis est morituris imo morientibus quotidie. Pro
pius enī ab ultimo stamus. et illuc unde nobis cadendū est. hora nos omīs
impellit. Vide in quanta cecitate mens nostra sit. hoc quod futurū dico
nūc maxime fit. et pars eius magna iam facta est. Nā qđ uiximus tē
pus eo loco erat. quo erat anteq̄ uiximus. Erramus autē qui ultimū
timemus diē cū ī morte singuli conferit. Non ille gradus lassitudi
nem facit in quo deficimus. sed ille profitetur ad mortē. dies extremus
peruenit. accedit omnis. capit nos illa nō corripit. Ideo magnus animus
conscius sibi melioris nature. dat quidē operam ut ī hac statione qua
positus est honeste se ac industrie gerat. Ceterū nichil horū q̄ circa
sunt iudicat suū. sed ut cōmodatis utitur peregrinus iter properās.
Cū aliquē huius uideremus constantie. quidni subiret nos species nō
usitate indolis? Utiq; si hāc ut dixi magnitudinē uerā esse ostende
bat qualitas. uerus tenor pmanet. falsa nō durant. Quidā alterni
vatinij alterni Catones sunt. et modo parū illis seuerus ē Curio. parū
paup fabricius parū frugi et contētus uilibus Tubero. modo publiū
crassū diuitijs. Apiciū cenis. Mecenatē delitijs prouocant. Maximum
inditiū est male mentis fluctuatio. et inter simulationē uirtutū amo
remq; uitiorū assidua iactatio. Is habebat sepe ducentos sepe decē ser
uos modo reges atq; tetrarcas. omnia magna loquēs. modo sit michi mē
sa tripes et Concha salis puri. toga q̄ defendere frigus Quūis crassa
queat. Decies centena dedisses huic parco paucis contēto quinq; die
bus Nil erat in loculis. Omnes isti tales quidem qualē hūc describit ho
ratius flaccus nūq̄ eundē. ne similē quidē sibi. adeo indiuersū aber
rat multos dixi. prope est ut omnes sint. Nemo nō quotidie et consili
um mutat et uotū. modo uxorē uult habere. modo amicā. modo re
gnare uult. modo id agit nequis sit officiosior seruus. modo dilatat
se usq; ad īuidiā. modo subsidit et contrahitur infra humilitatē uere
iacentiū. Nūc pecuniā spargit. nūc rapit. Sic maxime coarguitur a
nimus imprudens. alios prodit atq; alios et quo turpius nichil iudico.

impar

impar sibi est. Magnam rem puta unū hominē agere. preter sapientē
autē nemo unū agit. ceteri multiformes sumus. modo tibi frugi ui
debimur et graues. modo profugi et uani. mutamus subinde psonā.
et contraria ei magis sumimus q̄ exuimus. Hoc ergo a te exige ut qua
lem institueris prestare te talē usq; ad exitū serues. Effice ut possis lau
dari. si minus ut agnosca. De aliquo quē heri uidisti merito dici potest.
hic quis est? tanta mutatio est. Vale.

· CXXI ·

Quomodo oīb; animalib; sit cōstitutionis sue tēp'. et q' oīb' cōstitutionib; suis sensus ē. et quid sit ɔstitutio.

Litigabis ego uideo cum tibi hodiernā questiunculā ī qua satis
diu hesimus exposuero. Interī enī clamabis hoc quod clamare
soles. quid ad mores? Sed ad exclamandū tibi primū alios oppo
nam cū quibus litiges Possidoniū et Archidemū. hi iudiciū accipient.
deinde dicam. nō quicquid morale est bonos mores facit. Aliud ad ho
minē alendū pertinet. aliud ad exercendū. aliud ad uestiendū. a
liud ad docendū. aliud ad delectandū. Omnia tamen ad hominem
pertinēt. etiā si non omnia meliorē eū faciūt. Mores alij aliter attin
gunt. quidā illos corrigūt et ordinant. quidā naturā eorū et originē
scrutantur. cū qua re hominē natura produxerit. quare pretulerit ani
malibus ceteris. Longe me iudicas mores reliquisse. falsum ē. quomo
do enim scies qui habendi sunt. nisi quid homini sit optimū inueneris?
nisi naturā eius inspexeris? Tūc demū intelliges quid faciendū. quid
uitandū sit. cū didiceris quid nature tue debeas. Ego inquis uolo di
scere quomodo minus cupiā. minus timeam. supstitionē michi excute.
doce leue esse uanūq; hoc qđ felicitas dicitur. unā illi syllabā facilli
me accedere. desiderio tuo satisfaciā et uirtutes exhortabor et uitia
conuerberabo. licet aliquis nimiū īmoderatūq; ī hac parte me iudi
cet. nō desistam prosequi nequitiā et affectus efferatissimos inhibere.
et uoluptates ituras in dolorē compescere. et uotis obstrepere. Quidni
cū maxima malorū optauerimus et ex gratulatione natū sit quicqđ
alloquimur? Interī permitte michi ea que paulo remotiora uidentur
excutere. Queramus an esset omibus animalibus constitutionis sue
sensus. Esse autē ex eo sensū maxime apparet. qđ mēbra apte et expe
dite mouet non aliter q̄ etiā in hoc erudita. nulli nō partiū suarum
agilitas est. Artifex instrumēta sua tractat ex facili. Rector nauis

sciat gubernaculũ flectere · Pictor colores quos ad reddendã similitudinẽ
multos uariosq; ante se posuit. celerrime denotat. et inter cetera opus -
q; facile uultu ac manu commeat · sic animaliũ omniũ usũ sui mobilẽ
mirari solemus · Satiãt peritos qđ in omnẽ significationẽ rerũ et af
fectuũ parata illorũ est manus. et uerborũ uelocitatẽ gestus assequitur ·
Quod illis ars prestat. his natura · Nemo egre molitur actus suos · Ne
mo ĩ usu sui hesit · Ad hoc edita protinus faciũt. cũ hac scientia prode
unt. instituta nascuntur · Ideo inquit partes suas animalia apte mo
uent. qđ si aliter mouerĩt dolorẽ sensura sĩt · Ita ut uos dicitis cogũ
tur. metusq; illa in rectũ nõ uoluntas mouet. qđ est falsũ · Tarda enĩ
sũt que necessitate ĩpellũt · Agilitas spontaneus motus est · Adeo autẽ
non adigit illa ad hoc doloris timor. ut ĩ naturalẽ motũ etiã dolore pro
hibente nitantur · Sic infans qui stare meditatur et ferre assuescit
se. simul ut tentare uires suas cepit. cadit. et cũ fletu totiens surgit
donec se p dolorem ad id qđ natura poscit exercuit · Animalia quedã
tergi durioris. inuersa tã diu se torquẽt ac pedes exerũt et obliquant.
donec ad locũ reponantur · Nullũ tormentũ sentit supina testudo. inq
eta est tamen desiderio naturalis status. nec ante desinit niti quatere
se. q̃ in pedes consistat. ergo omnibus cõstitutionis sue sensus est. et inde
mẽbrorũ tam expedita tractatio. nec ullũ maius iudiciũ habemus cũ
hac illa ad uiuendũ uenire noticia. q̃ qđ nullũ animal ad usũ sui rude
est · Constitutio est inquit ut uos dicitis principalis animi sensus quodã
modo se habens erga corpus · hoc tam perplexũ et subtile et nobis quoq;
uix enarrabile. quomodo infans intelligit · Omnia animalia dialec
tica nasci oportet ut istã suppletionẽ magne parti hominũ togatorũ
obscuram intelligat · Verũ erat qđ opponis. si ego ab animalibus cõsti
tutionis fini_tionẽ intelligi dicerẽ. nõ ipãm constitutionẽ facilius na
tura intelligit q̃ enarratur · Itaq; infans ille quid sit cõstitutio non
nouit. constitutionẽ suã nouit. et quid sit animal nescit. animal
esse se sentit · preterea ipãm cõstitutionẽ crasse ĩtelligit et sũmatim
et obscure · Nos quoq; animũ habere nos scimus. quid sit animus. ubi
sit qualis sit aut unde nescimus · qualis ad nos peruenerit animi
nostri sensus. q̃uis naturã eius ignoremus ac sedẽ. talis ad oĩa ani

malia cõstitutionis sue sensus est· Necesse est enĩ dissentiat p qđ illa
quoq; sentiũt· necesse est sensũ habeant cui parent a quo reguntur·
Nemo nõ ex nobis intelligit esse aliquid qđ impetus suos moueat· quid
sit illud ignorat et conatũ sibi esse scit· quid autẽ sit an unde sit nescit·
Sic infantibus quoq; animalibusq; pricipalis partis sue sensus ẽ nõ sa
tis dilucidus nec expressus· Dicitis inquit omne animal primũ consti
tutioni sue cõciliari· hominis autẽ cõstitutionẽ rationalẽ esse· et ideo
conciliari hominẽ sibi nõ tanq̃ animali sed tanq̃ rationali· Ea enĩ
parte sibi carus ẽ homo qua homo est· Quomodo ergo infans cõciliari
cõstitutioni rationali potest· cũ rationalis nondũ sit? Unicuiq; etati
sua cõstitutio est· alia infanti· alia puero· alia seni· Omnes ei constitu
tioni conciliantur ĩ qua sũt· Infans sine dentibus ẽ· huic cõstitutioni
conciliatur· renati sũt dentes· huic constitutioni conciliatur· Nam et
illa herba que ĩ segetẽ frugemq; uentura ẽ· aliã constitutionẽ habet
tenera et uix eminens sulco· aliã cũ conualuit et molli quidẽ culmo
sed quo ferat onus suũ cõstitit· aliã cũ flauescit et ad areã spectat
et spica eius induruit· In quãcũq; cõstitutionẽ uenit eã tuetur· in
eam componitur· Alia est etas infantis· pueri· adolescentis senis· Ego
tamen idem sũ q̃ infans fui et puer et adolescens· Sic q̃uis alia atq;
alia constitutio sit· conciliatio eadẽ constitutionis sue est· Nõ enim
puerũ michi aut iuuenẽ aut senẽ sed me natura cõmendat· ergo in
fans constitutioni sue conciliatur· et q̃ tũc infanti est· nõ que futura
iuueni est· Neq; enĩ si aliquid illi maius in quod transeat restat· non
hoc quoq; ĩ quo nascitur secundũ naturã est· Primũ sibi ipsi conciliatur
animal· Debet enĩ aliquid esse ad quod alia referantur· Voluptatem
peto· cui? michi· ergo mei curã ago· Dolorẽ refugio· pro quo? pro me·
ergo mei curam ago· Si omnia propter curam mei facio· ante omnia
est mei cura· hoc animalibus inest cunctis· nec inseritur sed ĩnascitur·
producit fetus suos natura· non abicit· Et quia tutela certissima ex pro
ximo est· sibi quisq; cõmissus est· Itaq; ut ĩ prioribus exemplis dixi te
nera quoq; animalia ex materno utero uel quoquomodo effusa quod
sit infestũ ipsis protinus norũt· et mortifera deuitant· umbrã quoq;
transuolantiũ reformidant· obnoxia auibus rapto uiuentibus· Nullũ

animal ad uitā prodit. sine metu mortis. Quē admodū inqt editū animal intellectū habere aut salutaris aut mortifere rei potest. primū queritur an intelligat. nō quē admodū intelligat. Esse autē illis intellectū ex eo apparet qd nichil amplius q̄ intellexerūt faciūt. Quid ē quare pauonē quare anserē gallina nō fugiat? ac tanto minorē et ne notū quidē accipitrē? Quare pulli felem timeant? canē nō timeant? apparet illis nō deesse nocituri scientiā nō experimento collectā. Nā ante q̄ possit experiri cauēt. deinde ne hoc casu existimes fieri. nō metuūt alia q̄ debent. nec unq̄ obliuiscantur huius tutele et diligentie. equalis est illis a pnitiosis fuga. Preterea non fiūt timidiora uiuendo. Ex quo qdē apparet nō usu illa in hoc puenire. sed naturali amore salutis sue. Et tardū est et uariū qd usus docet. qcqd natura tradit etiā equale omib; ē et stati. Si tamen exigis dicā quomodo omne animal intelligere pernitiosa conatur. sentit se carne constare. Itē et sentit quid sit quo secari caro. quo uri. quo obteri possit. que sint animalia armata ad nocendū. horū spetiē trahit inimicā et hostilē. inter se ista coniuncta sunt. simul enī conciliantur saluti sue. qd q; iuuat illa petūt. lesura formidant. naturales a contrariis aspernationes sūt sine ulla cogitatione q̄ hoc dictat. sine consilio fit quicqd natura precepit. Non uides q̄ta sit subtilitas apibus ad fingenda domicilia. q̄ta diuidui laboris obeundiq; concordia? Non uides q̄ nulli mortaliū imitabilis illa aranearū textura? q̄ta sit fila disponere. alia ī rectū īmissa. firmamenti loco. alia in orbē currētia? ex denso rara? qd minora animalia. ī quorū precaū illa tendūt uelut retibus implicata teneantur? Nascitur ars ista nō discitur. itaq; nullū est animal altero doctius. Videbis aranearū pares telas. par in fauis angulorū omniū foramen. incertū est et inequabile quicqd ars tradidit. et ex quo uenit qd natura distribuit. hec nichil magis q̄ tutelā sui et eius peritiā tradidit. Ideoq; etiā simul incipiūt et discere et uiuere. nec ē mirū cū eo nasci illa sine quo frustra nascerentur. Primū hoc instrumētū illa natura contulit ad pmanendū ī conciliationē et caritatē sui. nō poterāt salua esse nisi uellēt. nec nō hoc p se profuturū erat. sed sine hoc nulla res profuisset. Sed in nulla deprendes uilitatē sui. Negligentia qdē tacitis quoq; et brutis q̄uis incerta torpeat ad uiuendū solertia ē. uide

bis que aliis inutilia sunt. sibi ipsi non deesse. Val.

·CXXII·

De his qui officia lucis noctisq; peruertũt. et q naturã sequentib; oĩa facilia et expedita st.

DEtrimentũ iam dies sentit. resiluit aliquantulũ. ita tamen ut
liberale adhuc spatiũ supsit. Siquis cũ ipso ut ita dicã die surgat
officiosior meliorq;. siqs illũ expectat et lucẽ primã exuit. Tur
pis q alto sole semisomnis iacet. cuius uigilia medio die incipit. et adhuc
ĩ lectis ante lucanũ. hoc multis est. Sũt qui officia noctis lucisq; puertãt
nec ante deducant oculos hesterna graues crapula. q̃ apparere nox cepit.
qualis illorũ condicio dicatur quos natura ut ait virgilius sedibus nostris
subditos e contrario posuit. Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anhe
lis. Illis sera rubens accendit lumina uesp. Talis horũ contraria omnibus
non regio sed uita ẽ. Sunt quidam ĩ eadẽ urbe antipodes. q ut ait. M.
Cato nec orientẽ unq̃ solem uiderũt nec cadentẽ. hos tu existimas scire
quẽadmodũ uiuendũ sit. q nesciũt quando et ubi mortẽ timẽt ĩ quam
se uiui condiderũt. Iam ĩfausti homines q̃ nocturne aues sũt. licet in
uino unguentoq; tenebras suas exigant. licet epulis equidẽ ĩ multa peri
cula discoctis totũ puerse uigilie tempus educãt. nõ conuiuantur sed
busta sibi faciũt. mortuis certe interdiu parentantur. At me hercules
nullus agenti dies longus est. extendamus uitã. huius officiũ et argumẽ
tũ actus est. circũscribatur nox et aliquid ex illa in diẽ transferatur.
Aues q̃ conuiuiis comparantur ut ĩmote facile pinguescant. ĩ obscuro cõ
tinentur. ita sine ulla exercitatione iacentibus tumor pigrũ corpus in
uadit. sub ũbra iners sagina succrescit. At istorũ corpora qui se tenebris
dedicauerũt feda uisuntur. Quippe nõ speciosior illis q̃ morbo pallen
tibus color est. languidi et marcidi albent. et ĩ uiuis caro morticina ẽ.
hoc tantũ minimũ in illis malorũ dixerĩ. q̃to plus tenebrarũ in animo
est. ille in se stupet. ille caligat. inuidet cecis. qs unq̃ oculos tenebrarũ
causa habuit. Interrogas quomodo hec animo prauitas fiat auersandi
diem et totã uitam in noctẽ transferendi. Omnia uitia contra naturam
pugnãt. omnia debitũ ordinẽ deserũt. hoc ẽ luxurie propositũ gaude
re puersis nec tantũ discedere a rectis. sed q̃ longissime abire. deinde etiã
e contrario stare. nõ uidentur tibi contra naturã uiuere q ieiuni bibũt.
qui uinũ recipiũt inanibus uenis et ad cibũ ebrii transeũt. atq; hoc fre
quens uitiũ adolescentiũ est. q uires excolũt et in ipso pene balnei limine

inter nudos bibant. imo potent. et sudorē quē mouerūt potionibus cre
bris ac feruētibus subinde distrīgant. Post prandiū et cenā bibere uul
gare est. hoc patres familie rustici faciūt et uere uoluptatis ignari. me
rū illud delectat quod nō īnatat cibo. quod libere penetrat ad nume
ros. illa ebrietas iuuat q̄ ī uacuū uenit. Nō uidentur tibi cōtra naturā
uiuere q cōmutāt cū feminis uestē. nō uiuūt contra naturā q spectāt
ut pueritia splendeat tēpore alieno. Quid fieri crudelius uel miserius
potest. nūq̄ uir erit et siuirū pati posset. et cū illū contumelie sexus eri
puisse debuerat. nō etas quidē eripiet. Nō uiuūt contra naturā qui
hieme cōcupiscit rosam. fomentoq; aquarū calentiū et calorū apta
mutatione brumaliū florē uernū exprimūt. Nō uiuūt contra natu
ram qui pomaria ī sūmis turribus seruant. quorū silue in tectis do
morū ac fastigiis mutāt ī ortis radicibus quo improbe cacumina e
gissent. Nō uiuūt contra naturā qui fundamēta thermarū īmari ia
ciunt et delicate natare sibi ipsi uidentur nisi calentia stagna fluctu
aut tempestate feriantur. Cū instituere omnia contra nature consu
etudinē uelit. nouissime in totū ab illa desistūt. lucet. somni tēpus
ē cū quies est. Nūc exerceamur. nūc iantem̄. nūc prandeamus. Iam
lux propius accedit. tempus ē cene. nō oportet id facere qd̄ populus.
Res sordida est trita ac uulgari uia uiuere. dies publicus relinquat̄.
propriū nobis et peculiare mane fiat. Isti uero michi defunctorū loco
sūt. Quātulū enī a funere absūt. et quidē acerbo. q ad faces et ce
reos uiuūt. hanc uitā agere eodē tempore multos meminimus. in
ter quos et Atiliū Butam. Pretoriū. cui post patrimoniū ingens
consūptū Tiberius pauptatē confitenti sero inqt experrectus es.
Recitabat Mōtani illius carmen tolerabilis poete et amicicia Tibe
rij notus et frequenter ortus et occasus libentissime inserebat. Itaq;
cū indignarentur quidā illū toto die recitasse et negarēt accedendū
ad recitationes eius. Pinarius ait. nunq̄ possū liberalius agere. para
tus sū illū audire ab ortu ad occasū. cū hos uersus recitasset Incipit
ardentes phebus producere flamas Spargere se rubicunda dies iam
tristis irundo Argutis redit usa cibos īmittere nidis Incipit et molli
partitus ore ministrat

cenarũ bonarũ affectator quas ĩprobitate lingue merebatur excla
mauit Incipit Buta dormire · Deinde cũ subinde recitasset · Iam
sua pastores stabulis armenta locarũt · Iam dare sopitis nox pigra si
lentia terris Incipit idẽ varus inqt · qd dicit · iam nox ẽ · ibo et Bu
tam salutabo · Nichil erat notius hac eius uita ĩ contrariũ circũacta
quã ut dixi multi eodẽ tempore egerũt · Causa autẽ est ita uiuendi
quibusdã · nõ quia aliqd existimẽt noctẽ ipsã habere iocundius · sed
quia nichil iuuat solitũ · et grauis male cõscientie lux ẽ et omnia
cõcupiscenti aut contemnenti · prout magno aut paruo ẽpta sunt ·
fastidio est lumen gratuitũ · preterea luxuriosi uitã suã esse ĩ sermo
nibus dũ uiuũt uolũt · nã si tacetur perdere se putant operã · Itaq;
male habent quotiens faciũt qd excidat fame · Multi bona comedũt ·
multi amicas habent ut inter istos nomen ĩuenias opus est nõ tãtũ
luxuriosam rẽ · sed etiã notabilẽ facere · In tã occupata ciuitate fabu
las uulgaris nequitia nõ inuenit · Pedonẽ Albinũ uanũ narrantem
audieramus · erat autẽ fabulator elegantissimus · habitasse se supra
domũ supra Papiã q erat ex hac turba lucifugarũ · Audio iqt circa
audio inqt circa horã tertiã noctis flagellorũ sonũ · quero qd faciat ·
dicitur rationes accipere · Audio circa horã sextã noctis clamorẽ cõci
tatũ · quero qd sit · dicitur uocẽ exercere · quero circa octauã horã noc
tis · quid sibi ille sonus rotarũ uelit · gestari dicitur · circa lucẽ discur
ritur · pueri uocantur · cellarij coci tumultuantur · quero qd sit · dicit̃
metallica poposcisse · a balneo exisse · excedebat inqt eius diẽ cena ·
minime · Valde enĩ frugaliter uiuebat · nichil consumebat nisi noc
tem · Itaq; credo dicentibus illũ quibusdã auarũ et sordidũ · uos iqt
illũ lychnobiũ dicetis · Non debes admirari si tantas inuenis uitiorũ
proprietates · uaria sũt · ĩnumerabiles habent facies · comprẽdi eorũ
genera non possũt · simplex recti cura ẽ · multiplex praui · et quãtũ
uis nouas declinationes capit · id moribus euenit naturã sequẽtiũ ·
faciles sũt · soluti sũt · exiguas habẽt differentias · his distorti plurimũ
et omnibus inter sẽ dissident · Causa precipua uidetur michi huius
morbi uite cõmunis fastidiũ · quo cultu se a ceteris distinguũt · quo
modo elegantia cenarũ · munditijs uehiculorũ si uolũt separent

etiam tẽporũ dispositione · Nolũt solita spectare quibus peccãdi premiũ
infamia ẽ · hanc petũt omnes isti qui ut ita dicã retro uiuũt · Ideo lu
cili tenenda nobis uia est. quã natura prescripsit. nec ab illa declinã
dũ · Illã sequentibus omnia facilia et expedita sũt. contra illã nitẽti
bus nõ alia uita ẽ q̃ contra aquã remigantibus · Val ·

· C XXIII ·

De abstinẽtia et tẽpantia eius · de adulatione uitanda et duob' uerui generib; q̃ nos aut imi tant aut fugant.

Itinere confectus incõmodo magis q̃ longo ĩ Albanũ meũ mul
ta nocte perueni · Nichil habeo parati nisi me · Itaq; in lectũ
lassitudinẽ pono · hanc coqui pistoris more. boni consulo · Me
cũ enĩ de hoc ipe loquor. qd' nichil sit graue qd' leuiter excipias. qd' ĩ
dignandũ nichil ipe indignando astruas · Nõ habet panẽ meus pistor
sed habet uillicus. sed habet atriensis. sed habet colonus · Malũ panem
inquis? expecta · bonus fiet. etiã illũ tenerũ tibi et siligineũ fames red
det. ideo nõ est ante edendũ q̃ illa imperet · Expectabo ergo nec ante
edam q̃ ut bonũ panẽ habere cepero. aut malũ fastidire desiero · Ne
cessariũ est paruo assuescere · Multe difficultates locorũ multe tempo
rũ etiã locupletibus et instructis aciebus optatũ prohibentes occur
rent · Quicqd uult habere nemo potest · illud potest nolle qd nõ ha
bet · Rebus oblatis hilaris uti magna pars libertatis est bene moratus
uenter et contumelie patiens · Extimari nõ potest q̃tã uoluptatem
capiã ex eo qd' lassitudo mea sibi ipi assuescit · Nõ unctiones nõ balneũ
nõ ullũ aliud remediũ q̃ tẽporis quero · Nam qd' labor cõtraxit quies
tollit · hoc qualiscũq; cena dissoluit. quẽ attuli iocũdior erit · Aliquod
enĩ experimẽtũ animi sũpsi subito · hoc enĩ est simplicius et uerius ·
Nã nisi se preparauit et indixit sibi patientiã · nõ eque apparet q̃tũ
habeat uere firmitatis · Illa sunt certissima argumẽta que ex tẽpore
dedit. si nõ tantũ equus sed et placidus aspexit. si nõ excanduit non
litigauit. si qd' dari deberet ipe sibi nõ desiderando suppleuit. et cogi
tauit aliqd consuetudine sua sibi nichil deesse · Multa q̃ supuacua
essent nõ intelleximus nisi cũ deesse ceperũt · Utebamur enĩ illis nõ
quia debebamus. sed quia habebamus · q̃ multa autẽ parabamus qa
alii parauerãt? quia apud plerosq; sũt? Inter causas malorũ nostrorũ
est qd' uiuimus ad explenda desideria. nec ratione componimur sed
consuetudine abducimur · qd si pauci facerent nollemus imitari · cũ

plures facere ceperũt quasi honestius sit quia frequentius sequimur.
et recti apud nos locũ tenet error ubi publicus factus est· Omnes iam
sic peregrinantur ut illos numidarũ precurrat equitatus. ut agmen
cursorũ antecedat· Turpe est enĩ nullos esse. qui occurrẽtes uia deiciãt.
q hominẽ honestũ uenire magno puluere ostendãt· Omnes iã multos
habent q crystallina et murrina et celata magnorũ artificũ manu
portẽt· Turpe est uideri eas te habere sarcinas totas que toto concuti
possint· Omniũ pedagogia oblita facie uehuntur. ne sol. ne frigus te
nerã cutẽ ledat· Turpe ẽ neminẽ esse ĩ comitatu puerorũ cuius sana
facies medicamẽtũ nõ desideret· horũ omniũ sermo uitandus ẽ· hi sũt
autẽ q uitia tradũt. et alio aliunde transeũt· Pessimũ horũ genus ho
minũ uidebatur. qui uerba gestarẽt· Sũt quidã qui uitia gestãt· horũ
sermo multũ nocet· nã etiã si nõ statĩ proficit· semina ĩ animo relinquit
sequiturq; nos. et cũ ab illis discesserimus resurrecturũ postea malum·
quẽadmodũ qui audierũt symphoniã. ferũt in auribus secũ modu
lationẽ illam ac dulcedinẽ. cantusq; cogitationes impedit. nec ad seria
patitur intendi. sic adulatorũ et praua laudantiũ sermo diutius he
ret q̃ auditur. nec facile ẽ animo dulcẽ sonũ excutere· prosequitur
et durat et ex interuallo recurrit· Jdeo claudende sũt aures malis uoci
bus et quidẽ primis· Nam cũ initiũ fecerũt. admisse plus audẽt· Jnde
ad hec peruenitur uerba. uirtus. phia. et iusticia uerborũ inaniũ cre
pitus est· Vna felicitas est bene uite facere omnia. libere frui patri
monio. hoc ẽ uiuere. hoc est se mortalẽ esse meminisse· Fluũt dies et
irreparabilis uita decurrit· Dubitamus? qd iuuat sapere? et etati nõ
semp uoluptates decerpere interĩ dũ potest· dũ poscit ingere·
frugalitatẽ eo ut mortẽ precurre. et quicqd illi allatura ẽ iã sibi in
gere· Nõ amicã habes. nõ puerũ qui amice moueat inuidiã· quotidie
sobrius prodis· Si patri approbaturus. nõ ẽ istud
uiuere sed aliene uite interesse· Quanta dementia ẽ heredis sui res
procurare. et sibi negare omnia ut tibi ex amico inimicũ magna faci
at hereditas· Plus enĩ gaudebit tua morte qui plus acceperit· Jstos
tristes et superciliosos aliene uite censores. sue hostes. publicos pedagogos
absis ne feceris. nec dubitaueris bonã uitã q̃ opinionem bonã malle.

he uoces nō aliter fugiende sūt q̄ ille quas ulixes nisi alligatus pre
teruehi noluit · Idem possūt · abducūt a patria · a parentibus · ab ami
cis · a uirtutibus · et in turpē uitam miseros includūt · Quāto satius
ē rectū sequi limitē · et eo semp ducere ubi ea demū sint iocūda q̄
honesta · qđ assequi poterimus si fecerimus duo esse genera rerū q̄
nos aut inuitēt aut fugēt · Inuitēt ut diuitie uoluptates · forma ā
bitio · aut cetera blanda et arridentia · fugēt · labor · mors · dolor · i
gnorantia · uictus astrictior · Debemus itaq; exerceri · ne hec timea
mus · ne illa capiamus · In contrariū pugnemus ut ab īuitantibus
recedamus · aduersus impetentia concitemur · Nō uides q̄ diuersus
sit descendentiū habitus et ascendentiū · q per pronū eūtes supināt
corpora qui ī arduū incumbūt · Nā si descendas · pondus suū ī priorē
partē dare · si ascendas retro abducere · cū uitio lucili consentire est ·
In uoluptates descenditur · ī aspera et dura subeundū est · huc ī pel
lamus corpora · illic refrenemus · hoc nūc me existimas dicere · eos tan
tū p̄niciosos esse auribus nostris · q uoluptatē laudant · q dolores · me
tus per se formidabiles res incutiūt · Illos quoq; nocere existimo · q
nos sub specie stoice secte hortantur ad uitia · hec enī iactāt · Solū
sapientē et doctū esse amatorē · solus apte ad hāc artē · eque cōbibē
di et conuiuandi sapiens ē peritissimus · Queramus usq; ad quā
etatē iuuenes amandi sint · hec grece consuetudini data sūt · Nos
ad illa potius aures dirigamus · Nemo ē casu bonus · discenda uirtus
est · Voluptas humilis res et pusilla ē · et ī nullo habenda precio · cō
munis est mutis animalibus ad quā minima et contemptissima ad
uolant · Gloria uariū et uolatile qddā est · auraq; mobilius · Usus
paupertatis nulli malū est nisi repugnanti · Mors malū nō ē · qđ sit
queris · sola ius equū est generis humani · Supstitio error insanus
ē · amandos timet · quos colit uiolat · Quid enī interest utrū deos
neges an infames · hec discenda imo dediscenda sūt · Nō debes
excusationes uitio phie suggerere · Nullā habet spem salutis eger
quē ad ītemperantiā medicus hortatur · Val ·

· CXXIIII ·

Q. bonū nō sensu sed intellectu cōprenditur · et q. bonū in nullo ē nisi ī quo ratio est ·

Possum multa tibi ueterū precepta referre Ni refugis tenu
esq; piget cognoscere curas · Non refugis · an te ne illa subtilitas

abigit. Nō est eligentie tue tam magna sectari. sicut illud probo qd
omnia ad aliquē profectū redigis. et tūc tantū offenderis ubi sūma
subtilitate nichil agitur qd nec nūc fieri laborabo. Queritur utrū
sensu cōprendatur an intellectu bonū. huic adiūctū est ī mutis ani
malibus et īfantibus nō esse. Quicūq; uoluptatē ī sūmo ponūt. sensi
bile iudicāt bonū. Nos contra ītelligibile qdē illud animo damus. si
de bono sensus iudicaret. nullā uoluptatē reiceremus. Nulla enī nō
inuitat. nulla nō delectat et e contrario nullū dolorē uolētes subirem⁹.
Nullus enī nō offendit sensū. Preterea nō esset digni reprehensione.
quibus nimiū uoluptas placet. quibusq; sūmus ē doloris timor. Eque
improbamus gule ac libidini addictos. et cōtēnimus illos qui nichil
uiriliter ausuri sūt doloris metu. Quid autē peccant si sensibus idest
iudicibus boni ac mali parent. his enī tradidistis appetitiones. et fuge
arbitriū. sed uidelicet ratio istius rei p̄posita est illi. queadmodum
debeat de uita. queadmodū de uirtute. de honesto. sic et de bono ma
loq; constitui. Nam apud istos uilissime parti datur. de meliore sen
tentia ut de bono pronūtiet sensus. obtusa res et hebes et in homine
q̄ in aliis animalibus tardior. Quid si quis uellet nō oculis sed tactu mi
nuta discernere. subtilior ad hoc acies nulla q̄ oculorū. et interior
debet bonū maluq; discernere. Vides in quanta ignorantia ueritas
uersetur et q̄ humi sublimia ac diuina proiecerit. apud quē de sū
mo bono maloq; iudicat tactus. Queadmodū inquit omis scientia
atq; ars aliqd debet habere manifestū sensuq; cōprehensū ex quo ori
atur et crescat. sic beata uita fundamentū et initiū a manifestis du
cat. eo qd sub sensū cadat. Nempe uos a manifestis beatā uitā initiū
sui capere dicitis. Dicimus beata esse que secundū naturā sūt. Quid
autē secundū naturā sit palā et protinus apparet. sicut qd sit ītegrū.
qd secundū naturā est qd contingit protinus nato nō dico bonū sed ini
tiū boni. Tu sūmū bonū uoluptatē infantie donas ut inde īcipiat
nascens quo cū cōsumatur homo puenit. Cacumen radicis loco ponis.
Si quis diceret illū ī materno utero latentē sexus quoq; incepti tenerū
et īperfectū et īformē iā aliquo bono esse aptū. aperte uideť errare.
Atq quātulū interest inter eū quicunq; maxime uitam accepit et

illū qui maternorū uiscerū latebris uiuus est? Vterq; quantū ad intel
lectū boni ac mali eque maturus ē. et nō magis infans ad hoc boni ca
pax est q̄ arbor aut mutile aliquod animal. Quare autē bonū in arbo
re animaliq; muto nō est? quia nec ratio. ob hoc et in infante quoq;
nō est. Nam huic deest. tūc ad bonū perueniet cū ad rationē puene
rit. Est aliquod irrationale animal. est aliquod nōdū rationale. est
rationale sed īperfectū. ī nullo horū bonū. ratio illud secū affert. Quid
ergo inter illa que rettuli distat? In eo quod irrationale est. nunq̄ erit
bonū. In eo quod nondū rationale est. tūc esse bonū potest. sed īperfectū.
iam potest bonū esse. sed nō est. Ita dico Lucili bonū nō ī quolibet cor
pore. nō in qualibet etate inuenitur. et tantū abest ab infantia q̄tū
a primo ultimū. quātū ab initio perfectū. ergo nec in tenero modo co
alescente corpusculo ē. Quidni nō sit nō magis q̄ in semine? hoc si di
cas aliquod arboris ac sati bonū nouimus. hoc nō est ī prima fronde q̄
emissa cū maxime solū erumpit. Est aliquod bonū tritici. hoc nōdum
est in herba latente. nec cū folliculo se exerit spica mollis sed cū frumē
tū estas et debita maturitas coxit. Quēadmodū omnis natura bonū
suū nisi consumata nō profert. ita hominis bonū nō est ī homine nisi cū
illa ratio perfecta ē. Quod autē bonū hoc sit dicā. liber animus et rectus
alia subiciens sibi. se nulli. hoc bonū adeo non recipit infantia. ut pue
ritia nō speret. adolescentia improbe speret. Bene agitur cū senectute
si ad illud longo studio intentoq; peruenit si hoc et bonū et intelligi
bile est. Dixisti inquit aliquod bonū esse arboris. aliquod herbe. potest
ergo aliquod esse et infantiū. Verū bonū nec ī arboribus nec ī mutis
animalibus. hoc quod in illis bonū est. precario bonū dicitur. Quod ē
inquis? hoc. qđ secundū naturā cuiusq; est. Bonū quidē cadere in
mutū animal nullo modo potest. felicioris meliorisq; nature ē. nisi
ubi rationis locus ē. bonū nō est. quatuor he nature sūt. animalis. ho
minis. dei. Hec duo q̄ rationalia sūt eandē naturā habent. Illa diuer
sa sunt qđ alterū īmortale. alterū mortale est. Ex his ergo unū bonū
natura perficit scilicet dei. alterius cura scilicet hominis. Cetera in
sua natura perfecta sūt. nō uere perfecta a quibus abest ratio. Hoc
enī demū pfectū est qđ secundū uniuersam naturā perfectum ē.

Vniuersa autē natura rationalis est. Cetera possunt ī suo genere esse
perfecta. in quo nō potest beata uita esse. nec id potest quo beata uita
pficitur. beata autē uita efficitur. In muto animali bonū nō ē quo be
ata uita pficitur. ī muto igitur animali bonū nō est. Mutū autē ani
mal sensu cōprehendit presentia. preteritorū reminiscatur. cū id īca
dit quo sensus admonentur tanq̄ quo reminiscatur. Reminiscatur
uie cū ad initiū eius admotus ē. In stabulo quidē nulla illi uie. q̄uis se
pe calcate memoria ē. Tertiū uero tēpus idest futurū ad muta non
pertinet. Quomodo ergo potest uideri eorū pfecta natura. quibus usus
pfecti tēporis nō est. Tempus enī tribus partibus constat. preterito. pre
sente et futuro. Animalibus tantū qđ breuissimū est inter cursū datū
presens. Preteriti rara memoria ē. nec unq̄ reuocatur nisi presentiū
occursu. Nō potest ergo perfecte nature etiam ĩpfecta esse natura. aut
si natura habet. hoc habet qđ nō habet et sata. nec illud nego ad ea q̄
uidentur secundū naturā magnos esse mutis animalibus impetus et
concitatos sed inordinatos ac turbidos. Nunq̄ enī aut inordinatū ē
bonū aut turbidū. Quid ergo inquis muta animalia pturbate et īdis
posite moueri si mouentur secundū naturā suā. Perturbatur enī id
quod esse aliquando etiā nō perturbatū potest. Solicitū est quod potest
esse securū. Nulli uitiū est. nisi cui uirtus potest esse. Mutis animalib'
talis ex natura sua motus ē. Sed ne te diu teneā. nō erit aliquādo bo
nū in muto animali. erit aliquādo uirtus. erit aliud perfectū sed nec
bonū absolute. nec uirtus. nec perfectū. Hec enī rationalibus solis con
tingūt. quibus datū est scire. quare. quatenus. queādmodū. Ita bonū
ī nullo est. ī quo ratio nō est. Quo nūc pertineat ista disputatio queris.
et quid animo tuo profutura sit. dico. et exercet illū et acuit. et utiq;
aliquid acturū occupatione honesta tenet. Prodest autē etiam cū mora
tur ad parua properantē. sed illud dico nullo modo. prodesse sibi ma
gis possū q̄ tibi si bonū suū ostendero. si te a mutis animalibus separo.
si cū deo pono. Quid inq̄ uires corporis alis et exerces. pecudibus istas
maiores ferisq; natura concessit. Quid excolis formā. cū omnia sic
feceris. a mutis animalibus decore uinceris. Quid capillū unguenti
diligentia comis. cū illū effuderis more parthorū. ut germanorum

more unxeris. uel ut Scythe solent sparseris. In quolibet equo densior iactabitur iuba. horrebit in leonū ceruice formosior. Cū te ad uelocitatē paraueris. par lepusculo nō eris. Vis tu relictis in quibus uinci te necesse ē. dū in aliena niteris ad bonū reuerti tuū. Quid hoc ē? Animus scilicet emūdatus ac purus emulator dei sup humana se extollens. nichil extra se sui ponēs rationalis animalis. Quod ergo uite bonū ē? pfecta ratio. hāc tu ad suū finē euoca. in quantū potest plurimū crescere. Tūc beatū te esse iudica. cū tibi ex te gaudiū nascitur. cū uisis que homines eripiūt. optāt. custodiūt. nichil inueneris. non dico qđ malis. sed quod uelis. Breuē tibi formulā dabo. qua te metiaris. qua pfectū esse iā sentias. Tūc habebis tuū bonū cum intelliges infelicissimos esse felices. Vale.

LVCIJ ANNEI SENECE CORDVBENSIS EPISTOLE AD LVCILIUM FELICITER EXPLICIVNT.

Epitaphiū Senece.

Cura labor meritū sumpti pro munere honores
Ite. alias posthac sollicitate animas.
Me procul a uobis deus euocat. ilicet actis
Rebus terrenis hospita terra uale.
Corpus auara tamen sollēnibus accipe saxis.
Nanq; animam celo reddimus. ossa tibi.

Capitula super singulas epistolas.

Testamentū Porcelli.

M. Grunnius corococta. porcellus testamentū fecit. Qm̄ manu mea scribere non potui: scribendū dictaui. Magirus cocus dixit. Veni huc euersor domi: soli uertiator fugitiue porcelle. & hodie tibi dirimo uitam. Coracoctus porcellus dixit. Si qua feci: si qua peccaui: si qua uassella pedibus meis confregi. rogo domine coce. uitā peto & concede roganti. Magirus cocus dixit. Transi puer affer michi de coquina cultrū ut hūc porcellum faciā cruentum. Porcellus cōphendit' a famulis. ductus sub die xvi. Kl' lucinias. Vbi abundant cymę clibanato & piperato consulibus. Et ut uidit se moriturum ee̅. hore spaciū petyt & cocum rogauit ut testamentum facere posset. Clamauit ad se duos parentes ut de cibariis suis aliquid dimitteret eis. Qui ait patri meo uerrino: lardino delego dari glandis modios xxx. Et matri mee uerrine scrofe delego dari lalliugines modios xl. Et sorori mee quirine in cui' uotum ītēē non potui: delego dari ordei modios xxx. Et de uisceribus meis: dabo sutoribz setas: rixoribꝰ capitinas: surdis auriculas: causidicis & uerbosis linguam. Bubulariis intestina: esiciarys femora. mulieribus lumbulos: pueris uesicam: puellis caudam cynedis musculos: cursoribus & uenatoribus talos. Latronibz ungulas. Et nec nominando coco, legato dimitto popiam: & pistillum quē mecū attuleram de tebeste: usq: ad tergeste liget sibi collum de reste. Et uolo michi fieri monumentum ex litteris aureis scriptum. M. Grunnius corococta. porcellus. uixit annos. dcccc. xcviiii. & menses. vi. Quod si semis uixisse: mille annos ° impleSSe Optimi amatores mei uel consules uite: rogo uos ut cū corpore meo benefaciatis. bene condiatis de bonis condimentis: nuclei piperis & mellis ut nomē meum in sempiternum nominet'. Mei domini & consobrini mei qui in meo testamento interfuistis: iubete signari. Lardio signauit. offellicus signauit. Cimenat' signauit. Lucanicus signauit. Tergillus signauit. Celsan' signauit. nuptialicus signauit.

De hoc testamento meminit sanctus hieronim' ī proemio xii. cōmentarii in isaiam prophetam.